FRAGMENTA
PHILOSOPHORUM GRÆCORUM

VOLUMEN III

PARISIIS. — EXCUDEBANT FIRMIN DIDOT ET SOCII, VIA JACOB, 56.

FRAGMENTA
PHILOSOPHORUM GRÆCORUM

COLLEGIT RECENSUIT VERTIT

ANNOTATIONIBUS ET PROLEGOMENIS ILLUSTRAVIT

INDICIBUS INSTRUXIT

FR. GUIL. AUG. MULLACHIUS

PHIL. DR. ARTIUM LL. M. LITTERARUM ANTIQUARUM IN UNIV. LIT. BEROLINENSI PROFESSOR

VOLUMEN III

PLATONICOS ET PERIPATETICOS CONTINENS



PARISIIS

EDITORIBUS FIRMIN-DIDOT ET SOCIIS

INSTITUTI PUBLICI FRANCIÆ TYPOGRAPHIS

VIA JACOB, 56

M DCCC LXXXI

PRÆFATIO.

Quum Aristoteles (1) in Ethicis Nicomacheis dei vitam et beatam esse et in contemplatione consistere docuerit, ex hominibus autem eos qui proxime ad deos accederent cæterisque studiis rerum contemplationem præferrent, æqualis beatitudinis participes fore dixerit : vere nobis philosophiæ vim illi expressisse videntur, qui eam quasi quandam divinæ naturæ imitationem esse scripserunt. Est autem hominis ingeniosi, aut majora humano fastigio mentis acie dispicere, aut certe cum humanis divina copulando in consequenda omnium artium scientia totum se collocare. Hinc veteres sophistæ gloriati sunt, nihil esse in cœlo, nihil in terra, nihil in mari, nihil ulla in disciplina, quod ipsi nescirent, neque solum liberales doctrinas, geometriam, musicam, historiam se habere cognitas, elegantissima pœtarum aliorumque eruditorum hominum scripta attigisse, quæ porro de naturæ obscuritate, de hominum moribus, de civitatibus traderentur, didicisse, sed sordidiores quoque cerdonum artes exercuisse.

Quo in genere quum ab antiquis philosophis usque ad Socratem numeri mundique origines pervestigarentur, diligenterque siderum magnitudines, intervalla, cursus et cælestia omnia indagarentur, Socrates primus philosophiam e cœlo devocavit atque ad vitam communem et hominum mores traduxit, Plato de singulis philosophiæ partibus multa disseruit, sed ejus discipulus Xenocrates primus sapientiæ disciplinam in tres partes, physicam, ethicen, dialecticam divisit. Jam vero etsi eorum qui postea philosophati sunt aliis alia philosophiæ formula arrisit, tamen cavendum est, ne quis omnem philosophiam inutilem esse, pluraque detrimenta quam adjumenta publicis rebus a viris sapientiæ gloria præstantibus et facundis importata esse statuat. Posse enim dicendi facultatem ad corrumpendos civium mores, ad labefactandam rempublicam omninoque ad hominum perniciem converti, sophistarum disputationes declarant. At talibus exemplis id quod volunt nonnulli non confirmatur. Quippe omni ingenii facultate et bene et male uti licet.

---

(1) Aristoteles Ethic. Nicom. lib. X cap. 8. p. 1178 ed. Bekker. ὥστε ἡ τοῦ θεοῦ ἐνέργεια μακαριότητι διαφέρουσα θεωρητικὴ ἂν εἴη· καὶ τῶν ἀνθρωπίνων δὴ ἡ ταύτῃ συγγενεστάτη, εὐδαιμονεστάτη. Σημεῖον δὲ καὶ τὸ μὴ μετέχειν τὰ λοιπὰ ζῷα εὐδαιμονίας, τῆς τοιαύτης ἐνεργείας ἐστερημένα τελείως· τοῖς μὲν γὰρ θεοῖς πᾶς ὁ βίος μακάριος, τοῖς δ' ἀνθρώποις ἐφ' ὅσον ὁμοίωμά τι τῆς τοιαύτης ἐνεργείας ὑπάρχει et aliis locis.

Nimirum optime de humano genere meruit philosophia, e cujus præceptis unus dies actus peccanti immortalitati anteponendus est. Quocirca philosophi sive virtutis magistri ab aequis studiorum hominumque judicibus in honore semper habebantur. Nempe virtus omnia, quæ cadere in hominem possunt, despiciens, casus humanos contemnit, culpaque omni carens, præter se ipsam nihil censet ad se pertinere. Itaque multi gravissimis casibus defuncti magnaque tempestate jactati in philosophiæ portum se contulerunt. Quæ quum ita sint, libet mihi cum M. Tullio exclamare : « O vitæ philosophia dux! o virtutis indagatrix expultrixque vitiorum! quid non modo nos, sed omnino vita hominum sine te esse putuisset? tu urbes peperisti : tu dissipatos homines in societatem vitæ convocasti : tu eos inter se primo domiciliis, deinde conjugiis, tum litterarum et vocum communione junxisti : tu inventrix legum, tu magistra morum et disciplinæ fuisti. Ad te confugimus : a te opem petimus : tibi nos, ut antea magna ex parte, sic nunc penitus totosque tradimus. »

Neque tamen quemquam a sapientiæ studio doctorum virorum de difficillimis quæstionibus dissensione deterreri oportet, quia nec modus est ullus investigandi veri, nisi inveneris, et quærendi defatigatio turpis habetur. Quando igitur omnes trahimur et ducimur ad cognitionis et scientiæ cupiditatem, in qua excellere præclarum putamus, labi autem, errare, ignorare, decipi et malum et turpe ducimus : omne genus philosophorum pervolutare consuevimus. Quare leguntur avidissime apud nos e Græcis naturæ interpretibus iisdemque intelligendi et dicendi gravissimis auctoribus non tantum principes illi Plato et Aristoteles, quos præter materiæ gravitatem summa sapientia et magna eloquentia commendat : aut illi primis proximi Sextus Empiricus, Proclus, Plotinus, aut alii multo deterioris notæ scriptores qui nihil ornatus ad philosophiæ explicationem adhibuerunt, sed etiam illi, quorum fragmenta ex aliorum scriptis collecta exstant.

Postquam igitur duo priora hujus operis volumina, quibus tum poesis philosophica cæterorumque qui ante Socratem floruerunt philosophorum reliquiæ, tum Pythagoreorum, Sophistarum, Cynicorum, Cyrenaicorum fragmenta continentur, annis MDCCCLX et MDCCCLXVII edita viris doctis placuisse vidi : nihil mihi potius fuit, quam ut tenerem propositum atque inchoatum opus absolvere conarer.

Quamvis autem sperassem fore ut omnia sapientiæ antistitum fragmenta tribus voluminibus comprehenderentur, postea tamen animadverti hoc opus quod neque molesti neque injucundi laboris est, etiam quartum volumen desiderare. Quare quid in tertio hoc tomo qui nunc divulgatur præstiterim, breviter exponi convenit.

Quum e philosophorum sectis Platonicorum et Peripateticorum lucubra-

tiones, libellos, fragmina hoc tertio volumine complecti destinassem, abundante passim materia operam in colligendis, emendandis, vertendis quorundam utriusque familiæ principum opusculis, quæ argumentorum gravitatis politæque orationis maxime commendationem haberent posui.

Itaque ab Eusebio scriptore Ionico commentandi exordium cepi, qui ab aliis quidem alii philosophorum gregi annumeratur, sed mihi videtur esse Myndius ille Platonicam sectam professus, Aedesii discipulus, de quo mentionem facit Eunapius p. 48. Ejus autem librorum reliquias post Orellium Opusc. Vet. Græc. sent. et moral. Vol. II, p. 362-391 et Stobaci editores diligenter recensitas et latine versas subjeci.

Transii deinde ad Albinum, Galeni præceptorem, secundi post Chr. n. sæculi Platonicum, quem in summam gloriam venisse veteres scriptores testantur. Constat eum in optimorum Platonis interpretum numero habitum esse, magnique æstimasse antiquos ejus de rebus divinis et humanis judicium. Jam quoniam apud veteres in honore atque in pretio fuit Albinus, credibile est, nos quoque de ejus doctrina melius existimaturos fuisse, si plura ipsius ingenii monumenta exstarent. Nunc quum ex ejus scriptis sola supersit Isagoge in Platonis dialogos, in exiguo hoc fortunæ munere facile acquiescimus. Quamquam autem commentariolum non sustinet exspectationem, quam titulus ambitiosior movere legentibus possit, tamen locos quosdam minime vulgares eo contineri nemo negabit. Primus hanc Isagogen in Platonis dialogos e codice Holsteniano exscriptam in lucem protulit J. A. Fabricius a. 1707 inseruitque Bibliothecæ Græcæ volumini secundo, deinde iterum edidit J. F. Fischerus una cum Platonis Euthyphrone, Apologia Socratis, Critone et Phædone Lipsiæ anno 1783, postremo C. J. Chr. Schneiderus secundum codicem Lobcovicianum emendatam publicavit Vratislaviæ anno 1852. Hi omnes, quantum in ipsis situm erat, depravata scriptoris verba restituerunt multumque ei profuerunt. Sed requirebatur subtilior recensio, qua et lacunæ libelli explerentur et menda a viris doctis non animadversa tollerentur. Hanc igitur institui simulque totum libellum latinum feci.

Mox de Sallustio, Platonico posterioris ævi philosopho, quem Juliani imperatoris æqualem et amicum fuisse scimus, disserui. Est vero sine dubio unus ex sapientibus illorum temporum hominibus, cui merito tribuas elegantem de diis et mundo libellum. Hunc a Luca Holstenio e membranis exscriptum cum ejus annotationibus et Leonis Allatii translatione primus Romæ emisit Gabriel Naudæus anno 1630, quod exemplum repetitum est Lugduni Batavorum anno 1639. Postea Thomas Galeus eundem philosophum interposuit Opusculis mythologicis, physicis et ethicis Cantabrigiæ 1671 et Amstelodami 1688 divulgatis, gallice vertit Formejus

Berolini 1748, germanice Jo. Georg. Schultesius Turici 1779. At illi omnes Holstenii recensionem secuti verba scriptoris non expoliverunt. Verumenimvero nostra ætate multam operam Sallustio et utilem præbuit Jo. Conr. Orellius qui tum plurimis locis correctum tum suis et aliorum animadversionibus illustratum græce et latine Turici anno 1821 pervulgavit. Sed expetebatur jam accuratior Sallustianæ scriptionis editio et nova interpretatio latina, quæ Allatianam diligentia vinceret. Utramque igitur lectoribus exhibui, appositis notis, quibus partim lectionum partim decretorum fontes indicarem.

Tum de Platone ejusque discipulis et successoribus egi adjecta copiosa de Spensippi vita, scriptis atque in philosophiam meritis disputatione, propterea quod ejus fragmenta primus collegi, recensui, verti et explicui.

Post autem de Xenocrate commentatus sum, cujus vitam, mores, ingenii monumenta adumbravi, collectis, emendatis, in latinam denique linguam translatis ejus reliquiis. Præterea Crantoris Academici, nobilissimi scriptoris, memoriam renovavi, cujus de luctu liber si exstaret, sempiternum græcarum litterarum monumentum haberetur. Fuit autem libellus non magnus ille quidem, sed ut Panætio et Ciceroni, id est doctis et intelligentibus talium rerum existimatoribus, visum est, aureolus et ad verbum ediscendus. Sed quæcunque tanti viri dicta et fragmenta per antiquorum libros sparsa feruntur, undique collecta subtiliter recensui atque interpretatus sum.

Porro antequam ad Peripateticos transirem, Severi, Attici et Numenii fragmina recognita et latine versa proposui, adjuncta de his sapientiæ doctoribus commentatione. Denique ne quid huic libro deesset, quod ad consequendam pleniorem veteris sapientiæ cognitionem valeret, de Aristotele ejusque discipulis et successoribus Eudemo Rhodio, Andronico Rhodio, Aristocle Messenio, aliis uberius dixi, simulque Aristoclis locos quosdam et capita ex Eusebii Præparatione Evangelica in medium protuli atque interpretatus sum, eandemque operam post alios virorum doctorum labores Eudemo Rhodio navavi. Etenim primus Christian. Aug. Brandisius in Scholiis Aristoteleis Berolini anno 1836 vulgatis partem illius fragmentorum edidit, reliqua in tertium historiarum philosophiæ tomum anno 1860 recepit. Inchoato operi successit Leonardus Spengelius qui excussis scriniis antiquis σύνταγμα in hoc genere omnibus suis numeris et partibus expletum Berolini anno 1866 et iterum 1870 foras dedit. Qui quamvis optime de Eudemo esset meritus, tamen nihilominus totum opus retractandum suscepi.

Itaque pauca voluminum Eudemiorum capita, quæ consulto omiserat Spengelius, adjeci, verba græca correxi, depravata restitui, denique non

modo primarios Eudemi locos, sed etiam dicta Aristotelea, quæ apud Simplicium Rhodius philosophus exponit, e græco in latinum sermonem verti. Postremo Ethicorum Nicomacheorum paraphrasin, quæ Andronico Rhodio assignatur, neglectam a plerisque qui Aristotelis scripta legendo conterunt, critica subtilitate castigandam esse ratus sum. Hanc primum sine auctoris nomine Lugduni Batavorum a. 1607, deinde adjecto Andronici Rhodi nomine additaque sua translatione latina edidit Daniel Heinsius a. 1617. Nempe in codice quem pervolutaverat titulum Ἀνδρονίκου Ῥοδίου Περιπατητικοῦ φιλοσόφου non quidem omissum, sed indocti hominis manu exaratum invenerat. Jam vero ea est hujus opusculi excellentia, ut jure Andronicum ejus auctorem agnoscere queamus. Itaque etiam Heinsii industria laudata est a Casaubono (2), quod insignem paraphrasin, quæ longe præstaret Eustratio, in lucem protulisset. Quamobrem dignam duxi, quam collatis superioribus editionibus recognitam et latine versam Peripateticorum fragmentis adjicerem.

Subjunxi huic antiquitatis monumento Andronici de animi affectibus libellum, mancum illum quidem atque a librariis male habitum, sed a Daniele Heinsio ex eodem codice, qui paraphrasin continet, atque ex aliis quibusdam membranis, ut mea fert opinio, depromptum.

Ipse enim hac de re silet. Etsi vero novos lectionum fontes aperire mihi non contigit, id tamen studui, ut hanc disputatiunculam inculcatam crebris locis et refectam latineque redditam in lucem revocarem.

Ita spero fore, ut tertium quoque hujus operis volumen veteris sapientiæ studiosis probetur.

Cæterum maximis laudibus efferendus est Alfredus Firminus Didot, vir egregius, studiorum humanitatis ac litterarum fautor et antistes, qui patris vestigia persecutus Bibliothecam Græcam, amplissimum solidæ veræque gloriæ monumentum, ita instituit, ut omnis generis præstantissimorum scriptorum copia abundet.

Quartum autem volumen cum aliorum quæ feruntur philosophorum fragmenta, tum Stoicorum atque Epicureorum disputationes, quas huic tomo inserere fas mihi esse non putavi, cum indicibus rerum et verborum continebit.

Scripsi Berolini a. d. VIII Id. Jan. a. MDCCCLXXIX.

(1) Vide Casauboni epist. 507 ed. Græv.

DE EUSEBIO.

Eusebius, scriptor Ionicus, cujus plura fragmenta partim Florilegio partim Eclogis physicis et ethicis inseruit Stobæus, ab aliis alii philosophorum gregi annumeratur. Mihi videtur esse Myndius ille Platonicam sectam professus, Ædesii discipulus, magicæ artis et theurgiæ contemtor, de quo mentionem facit Eunapius p. 48. (1) Arguit autem Porphyrii et ejus familiæ sectatorem non solum Justitia geniorum choro stipata Flor. XLVI, 32 (2), sed etiam vox ἄγγελος pro δαίμων adhibita Eclog. lib. II cap. VIII (3). Huc accedit magni Mercurii, id est Hermetis Trismegisti, et reliquorum deorum tum vates tum consultor genius ibidem commemoratus (4), qui non convenit nisi in hominem ex recentiorum Platonicorum disciplina doctum. Sed cum cætera sunt egregia sapientiæ præcepta, quæ locis ejus a Stobæo servatis continentur, tum nihil præclarius illa disputatione, qua duplicem hominibus vivendi viam, alteram ad virtutis arcem ducentem, alteram ad vitium pertinentem, propositam esse docet (5). Ejus vero disputationis fons habentur Hesiodi verba Op. et D. vs. 285-290 :

(1) Eunapius vit. Soph. p. 48. (2) Eusebius apud Stobæum Flor. XLVI, 32 (fragm. 45) ἀρχὴν ἔχων μὴ ἀπομνησικάκεε πρὸς τοὺς ἐν διχοστασίῃ σοι πρότερον γεγενημένους. Οὐ γὰρ ὅκως ἀμύνηαι ἐχθροὺς ἐπὶ τὴν ἀρχὴν εἶ ἀραιρημένος, ἀλλ' ὅκως καὶ τῆς παρ' ἄλλων ἐπιβουλῆς ἀσφαλέας καὶ ἀνεπιβουλεύτους φυλάξῃς τοὺς ὑπὸ σοὶ τεταγμένους, ἀλλ' ὅκως τοῦ ὀρθοῦ φύλαξ ἔῃς καὶ θεοῦ μεγάλης, δικαιοσύνης, ὑπηρέτης τε καὶ ἐξηγητής. Ὥστε παρὰ τὰ αὐτῇ δοκέοντα ποιέων καὶ αὐτῆς καταψευδόμενος, ὡς ἐς θεὸν μεγίστην ἁμαρτάνων, καὶ παρ' αὐτῆς καὶ τῶν περὶ αὐτὴν τεταγμένων δαιμόνων ἐφόρων τε καὶ τιμωρῶν τὴν τῶν ποιευμένων μῆνιν προσδέκεο. Similiter Porphyrius de summo Deo ac de triplici prole divina in Phil. Gr. Fragm. Vol. I p. 191 seq. Σὴ γὰρ ὑπὲρ κόσμον τε καὶ οὐρανὸν ἀστερόεντα χρυσῆ ὑπέρκειται πολλὴ αἰώνιος ἀλκή, ἧς ὑπερῃώρησαι ὀρίνων φωτὶ σεαυτόν, ἀενάοις ὀχετοῖσι τιθηνῶν νοῦν ἀτάλαντον, ὅς ῥα κυεῖ τόδε πᾶν τεκνούμενος ἄφθιτον ὕλην, ἧς γένεσις δεδόκηται, ὅτε σφε τύποισιν ἔδησας. Ἔνθεν ἐπεισρείουσι γοναὶ ἁγίων μὲν ἀνάκτων ἀμφί σε, παντόκρατορ, βασιλεύτατε καὶ μόνε θνητῶν ἀθανάτων τε πάτερ μακάρων· αἱ δ' εἰσὶν ἄτερθεν, ἐκ σέο μὲν γεγαυῖαι, ὑπ' ἀγγελίῃσι δ' ἕκαστα πρεσβυγενεῖ διάγουσι νόῳ καὶ κάρτεϊ τῷ σῷ. Πρὸς δ' ἔτι καὶ τρίτον ἄλλο γένος ποίησας ἀνάκτων, οἵ ῥ' ἑκὰς ἦμαρ ἄγουσιν ἀνυμνείοντες ἀοιδαῖς βουλόμενόν σ' ἐθέλοντες, ἀοιδιάουσι δέ σ' ὧδε. Τύνη δ' ἐσσὶ πατὴρ καὶ μητέρος ἀγλαὸν εἶδος καὶ τεκεων τέρεν ἄνθος, ἐν εἴδεσιν εἶδος ὑπάρχων, καὶ ψυχὴ καὶ πνεῦμα καὶ ἁρμονίη καὶ ἀριθμός. — (3) Eusebius apud Stobæum Eclog. lib. II cap. VIII (fr. 63.) περὶ τῶν δὴ καὶ αὐτῶν ὁ προειρημένος ἄγγελος ἀπηγήσεται. Hierocles aurei carminis enarrator in Phil. Græc. Vol. I p. 424 : οἳ δὴ καὶ εἰκότως ἀγαυοὶ ἥρωες λέγονται, ἀγαυοὶ μὲν ὡς ἀγαθοὶ ὄντες καὶ φωτεινοὶ ἀεὶ καὶ μήτ' ἐν κακίᾳ μήτ' ἐν λήθῃ ποτὲ γινόμενοι, ἥρωες δὲ ὡς ἐρωτές τινες ὄντες καὶ ἔρωες, οἷον ἐρωτικοὶ καὶ διαλεκτικοὶ ἐρασταὶ τοῦ θεοῦ, αἴροντες ἡμᾶς καὶ κουφίζοντες πρὸς τὴν θείαν πολιτείαν ἀπὸ τῆς ἐν γῇ διατριβῆς. Τοὺς δὲ αὐτοὺς καὶ δαίμονας ἀγαθοὺς καλεῖν ἔθος, ὡς ὄντας δαήμονας καὶ ἐπιστήμονας τῶν θείων νόμων, ἔστι δὲ ὅτε καὶ ἀγγέλους ὡς ἐκφαίνοντας καὶ διαγγέλλοντας ἡμῖν τοὺς πρὸς εὐζωΐαν κανόνας. Porphyrius περὶ ἀποχῆς lib. II, 38 ἐν δὲ τούτοις [ἀγαθοῖς δαίμοσιν] ἀριθμητέον καὶ τοὺς πορθμεύοντας, ὥς φησι Πλάτων, καὶ διαγγέλλοντας τὰ παρ' ἀνθρώπων θεοῖς καὶ τὰ παρὰ θεῶν ἀνθρώποις, τὰς μὲν παρ' ἡμῶν εὐχὰς ὡς πρὸς δικαστὰς ἀναφέροντας τοὺς θεούς, τὰς δὲ ἐκείνων παραινέσεις καὶ νουθεσίας μετὰ μαντειῶν ἐκφέροντας ἡμῖν. Iamblichus Theologum Arithm. p. 42 seq. Ast. και Βαβυλωνίων οἱ δοκιμώτατοι καὶ Ὀστάνης καὶ Ζωροάστρης ἀγέλας κυρίως καλοῦσι τὰς ἀστρικὰς σφαίρας, ἤτοι παρ' ὅσον τελείως ἄγονται περὶ τὸ κέντρον μόναι παρὰ τὰ σωματικὰ μεγέθη, ἢ ἀπὸ τοῦ σύνδεσμοί πως καὶ συναγωγαὶ χρηματίζειν δογματίζεσθαι παρ' αὐτῶν τῶν φυσικῶν λόγων, ἃς ἀγέλους κατὰ τὰ αὐτὰ καλοῦσιν ἐν τοῖς ἱεροῖς λόγοις, κατὰ παρέμπτωσιν δὲ τοῦ γάμμα ἐφθαρμένως ἀγγέλους· διὸ καὶ τοὺς καθ' ἑκάστην τούτων τῶν ἀγγέλων ἐξάρχοντας ἀστέρας καὶ δαίμονας ὁμοίως ἀγγέλους καὶ ἀρχαγγέλους προσαγορεύεσθαι, οἵπερ εἰσὶν ἑπτὰ τὸν ἀριθμόν, ὥστε ἀγγελία κατὰ τοῦτο ἐτυμώτατα ἡ ἑβδομάς. Augustinus de Civ. Dei X, 9 : Porphyrius animam dicit per quasdam consecrationes theurgicas, quas teletas vocant, idoneam fieri atque aptam susceptioni spirituum et angelorum et ad videndos deos. Idem ibid. Quamquam discernat (Porphyrius) a dæmonibus angelos, aeria esse loca dæmonum, ætheria vel empyrea disscrens angelorum etc. Idem lib. X, 26 Nescio quomodo (quantum mihi videtur) amicis suis theurgis erubescebat Porphyrius. Nam ista utcunque sapiebat, sed contra multorum deorum cultum non libere defendebat. Et angelos quippe alios esse dicit, qui deorsum descendentes hominibus theurgicis divina prænuntient, alios, qui in terris ea quæ patris sunt et altitudinem ejus profunditatemque declarent. Num igitur hos angelos, quorum ministerium est declarare voluntatem patris, credendum est velle nos subdi, nisi ei, cujus nobis annuntiant voluntatem? Unde optime admonet etiam ipse Platonicus, imitandos eos potius, quam invocandos. Idem ibid. Jam distinxisti angelos, qui patris annuntiant voluntatem, ab eis angelis, qui ad theurgos homines, nescio qua deducti arte, descendunt etc. Cf. J. A. Fabricius Bibliograph. Antiquar. cap. VIII § 27 pag. 379. — (4) Eusebius apud Stobæum Eclog. lib. II cap. VIII (fr. 63) καὶ διὰ τοῦτο παραινέω, θεοῦ μεγάλου Ἑρμέω καὶ θεῶν τῶν λοιπῶν προφήτης τε καὶ σύμβουλος λόγος κτλ. — (5) Eusebius apud Stobæum Eclog. lib. II cap. VIII (fr. 63) θεοῦ ἐξ ἀρχῆς φήναντος τῷ γένεϊ τῶν ἀνθρώπων κατὰ τὰ φατιζόμενα ὄψις ἐούσας διαφανέας, ὁδοὶ διφάσιαι προκέαται βίου ψυχῇσι ἀνθρώπων, ἀδαμαντίνῃ αἱμασιῇ παχυτάτῃ καὶ ἐς πολλὸν ὕψος ἀνηκούσῃ, κατὰ τὰ ὑπὸ τοῦ ἐξ ἀρχῆς φήναντος, ἀπ'

τὴν μὲν γὰρ κακότητα καὶ ἰλαδόν ἐστιν ἑλέσθαι
ῥηϊδίως· ὀλίγη μὲν ὁδός, μάλα δ' ἐγγύθι ναίει.
Τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν
ἀθάνατοι· μακρὸς δὲ καὶ ὄρθιος οἶμος ἐπ' αὐτήν,
καὶ τρηχὺς τὸ πρῶτον· ἐπὴν δ' εἰς ἄκρον ἵκηαι,
ῥηϊδίη δὴ ἔπειτα πέλει, χαλεπή περ ἐοῦσα.

Hanc igitur fictionem certatim inferioris ætatis poetæ et philosophi exornarunt, maxime ii qui allegorias tam invenire quam explicare solerent. Vide quæ dixi ad Prodici fragmentum ex Xenophontis Memor. lib. II, cap. 1 petitum. Quo in genere Cebetis tabula excellit. Quid? quod recentiores Platonici materiam ab aliis tractatam ita denuo poliverunt, ut compilatis Platonis scriniis fabulas de animorum humanorum ante hanc vitam statu ex decimo de republica libro vel aliunde sumtas ad eam accommodarent et Platonicis commentis (6) variatam refingerent.

Hujusmodi ergo sapientiæ doctor fuit Eusebius, cujus librorum reliquias post Orellium Opusc. Vet. Græc. sent. et moral. Vol. II p. 362-391 et Stobæi editores diligenter recensitas ac latine versas jam subjiciam.

ἀλληλέων τὰ πρῶτα διειργόμεναι. Καὶ ἡ μὲν αὐτέων ἐστί, ὁκοῖα δὴ τὴν τιμιωτέρην τάξιν λαχοῦσα, ἐκ δεξιῆς χερὸς ἐσιόντων· αὕτη ἐπὶ τὴν ἀρετὴν αὐτῆσι ἡγέεται· ἡ ἑτέρη δὲ λαιὴ ἐοῦσα ἐπὶ τὴν κακίην ἐστὶ παραπέμπουσα. Φατίζονται δὲ εἶναι τοιαίδε· ἡ μὲν τῆς ἀρετῆς τὰ πρῶτα οὐκ εὐήλατά κως παρέχειν δοκέει, οἷά τε μέντοι συνεχέϊ πόνῳ ἀνυσθῆναι· ἀλλὰ καὶ τοὺς κατηγεομένους ἔχει καὶ παραπέμποντας ἀκινδύνως· τὸ δὲ μετὰ τοῦτό ἐστι ὁδὸς ἰθέη τε καὶ εὐρέη μέχρι τῆς ἐπὶ τὴν ἀκρόπολιν αὐτοῦ τοῦ καλοῦ· ἐπ' ἣν ἀνελθὼν ἐν τοῖσι καλλίστοισι ἔσεαι καὶ θέῃ ἄλλων τε μυρίων ἀγαθῶν καὶ τῶν εὐδαιμονεστάτων, ἀτὰρ δὴ καὶ φωτός, παντὸς τοῦ λοιποῦ κάλλεϊ μυρίῳ προήκοντος καὶ αὐγοειδεστάτου. Πέριξ δὲ καὶ ἐπὶ πᾶσαν γῆν ἀναπεπταμένην αἱ πόλιες ἔασι καὶ οἱ τὴν γῆν κατοικέοντες καὶ ἐργαζόμενοι, περὶ τῶν ὡς ἕκαστα ἔχει ὁ ἐπὶ συμβουλίῃ τῶν ψυχέων προπεμφθεὶς ἐρέει λόγος. Καὶ ἥδε μὲν ὧδέ κως ἔχει· ἡ δὲ ἐπὶ τὴν κακίην ἄγουσά ἐστι λείη τὰ μὲν κατ' ἀρχάς, ὡς ὀλίγου πάγχυ καὶ τούτου οὐ γνησίου, ἀπατηλοῦ δέ, καὶ ἐπὶ παραγωγῇ τῶν προσιόντων, γεύσασθαι αὐτοὺς τοῦ ἡδέος· ὥστε καὶ μηδενὸς μετὰ ταῦτα ἡγεμόνος εὑρισκομένου εὐθὺς ἄγει ἐς ὁδὸν σκολιὴν σκόλοπάς τε ἔχουσαν, οἵτινες δὴ ὀξέες, μεγάλοι καὶ πυκνοὶ καταπεπήγασι, καὶ χαράδρας καὶ κρημνούς, κατὰ κεφαλῆς ὠθέοντας τοὺς πορευομένους κατὰ τοῦ συμψήσοντος καὶ παρασύροντος τοὺς κατενεχθέντας ἐς αὐτὸν ποταμοῦ κάτω βορβόρῳ καὶ λίθοις ῥέοντος· ὥστε πολλοὺς εὐθὺς οὕτω διαφθείρεσθαι, οἱ δὲ λοιποὶ τύχῃ, οὔτ' ἄρ' οἰκείῃ προμηθείῃ, ἐπὶ τὰς αὐτόθι ἐούσας πόλιας διασκεδαννύαται ἄλλοι ἄλλοσε καὶ ἐπὶ πᾶσαν πολλὴν ἐοῦσαν τὴν χώρην, περὶ τῶν δὴ καὶ αὐτῶν ὁ προειρημένος ἄγγελος ἀπηγήσεται. — (6) Eusebius apud Stobæum Eclog. lib. II cap. VIII (fr. 63) ψυχαὶ ἀνθρώπων, φύσιν ἔχουσαι θνηταί τε εἶναι καὶ ἀθάνατοι, καὶ ζωῇ μὲν τῇ ἐπὶ τῆς γῆς νομιζομένῃ θανάτῳ ἐγκυρέουσαι, θανάτῳ δὲ τῷ δοκέοντι αὐτόθι ζωὴν ἀπολαμβάνουσαι, ἐπεὰν χρόνου τοῦ τεταγμένου ὑμῖν ἀνυσθέντος αὖτις ἀπολυθῆτε σώματος τοῦ ἐν τῷ αὐτόθι θανάτῳ ὑποδεξαμένου ὑμέας, διαδέξονται αὖτις ὑμέας τρόπον τῆς ἐπὶ γῆς ζωῆς βίοι οἱ ὀφειλόμενοι. In eandem sententiam Plato Gorg. p. 492 e. ἀλλὰ μὲν δὴ καὶ ὥς γε σὺ λέγεις, δεινὸς ὁ βίος. Οὐ γάρ τοι θαυμάζοιμ' ἄν, εἰ Εὐριπίδης ἀληθῆ ἐν τοῖσδε λέγει, λέγων, τίς δ' οἶδεν, εἰ τὸ ζῆν μέν ἐστι κατθανεῖν, τὸ κατθανεῖν δὲ ζῆν; καὶ ἡμεῖς τῷ ὄντι ἴσως τέθναμεν· ὅπερ ἤδη του ἔγωγε καὶ ἤκουσα τῶν σοφῶν, ὡς νῦν ἡμεῖς τέθναμεν, καὶ τὸ μὲν σῶμά ἐστιν ἡμῖν σῆμα, τῆς δὲ ψυχῆς τοῦτο, ἐν ᾧ αἱ ἐπιθυμίαι εἰσί, τυγχάνει ὂν οἷον ἀναπείθεσθαι καὶ μεταπίπτειν ἄνω καὶ κάτω· ubi Scholiastes: τὰ ἰαμβεῖα ἐκ τοῦ Φρίξου τοῦ δράματος Εὐριπίδου. Τίς δ' οἶδεν, εἰ τὸ ζῆν μέν ἐστι κατθανεῖν, τὸ κατθανεῖν δὲ ζῆν κάτω νομίζεται, Eosdem e Phrixo versus ita profert Stobæus Flor. CXX, 18 τίς δ' οἶδεν, εἰ ζῆν τοῦθ', ὃ κέκληται θανεῖν, τὸ ζῆν δὲ θνήσκειν ἐστί; Vid. Euripidis fragment. p. 821 ed. Wagner. Plato Cratyl. p. 400 καὶ γὰρ σῆμά τινές φασιν αὐτὸ (τὸ σῶμα) εἶναι τῆς ψυχῆς, ὡς τεθαμμένης ἐν τῷ νῦν παρόντι. Sed communis hæc multorum fuit opinio atque ab antiquissimis ducta temporibus. Theodoretus Græc. Affect. Curat. V p. 544 σύμφωνα δὲ τούτων καὶ Φιλόλαος ὁ Πυθαγόρειος ἔφη· λέγει δὲ ὧδε· μαρτυρέονται δὲ καὶ οἱ παλαιοὶ θεολόγοι τε καὶ μάντεις, ὡς διά τινας τιμωρίας ἡ ψυχὴ τῷ σώματι συνέζευκται καὶ καθάπερ ἐν σήματι τούτῳ τέθαπται; Sextus Empiricus Pyrrh. III, 230 ὁ δὲ Ἡράκλειτός φησιν, ὅτι καὶ τὸ ζῆν καὶ τὸ ἀποθανεῖν καὶ ἐν τῷ ζῆν ἡμᾶς ἐστι καὶ ἐν τῷ τεθνάναι· ὅτε μὲν γὰρ ἡμεῖς ζῶμεν, τὰς ψυχὰς ἡμῶν τεθνάναι καὶ ἐν ἡμῖν τεθάφθαι, ὅτε δὲ ἡμεῖς ἀποθνήσκομεν, τὰς ψυχὰς ἀναβιοῦν καὶ ζῆν. Clemens Alex. Strom. III p. 520 τί δέ; οὐχὶ καὶ Ἡράκλειτος θάνατον τὴν γένεσιν καλεῖ; Πυθαγόρας δὲ καὶ τῷ ἐν Γοργίᾳ Σωκράτει ἐμφερῶς, ἐν οἷς φησι, θάνατός ἐστιν, ὁκόσα ἐγερθέντες ὁρέομεν· ὁκόσα δὲ εὕδοντες, ὕπνος. Philo Alleg. leg. 1 fin μονονοὺ καὶ ὁ Ἡράκλειτος, κατὰ τοῦτο Μωϋσέως ἀκολουθήσας τῷ δόγματί φησι" Ζῶμεν τὸν ἐκείνων θάνατον, τεθνήκαμεν δὲ τὸν ἐκείνων βίον· ὡς νῦν μὲν ὅτε ἐνζῶμεν τεθνηκυίας τῆς ψυχῆς καὶ ὡς ἂν ἐν σήματι τῷ σώματι ἐντετυμβευμένης. Hierocles in carm. aur. p. 142 διὸ καὶ ἐπαμφοτερίζει ταῖς σχέσεσιν, ὁτὲ μὲν ἐκεῖ ζῶσα τὴν νοερὰν εὐζωΐαν ὁτὲ δὲ ἐνταῦθα τὴν αἰσθητικὴν ἐμπάθειαν προσλαμβάνουσα. Ἔνθεν καὶ λέγεται ὀρθῶς ὑπὸ Ἡραπλείτου, ὅτι ζῶμεν τὸν ἐκείνων θάνατον, τεθνήκαμεν δὲ τὸν ἐκείνων βίον Numenius apud Porphyrium de Antro p. 256 ed. Cantabr. καὶ ἀλλαχοῦ δὲ φάναι ζῆν ἡμᾶς τὸν ἐκείνων [τῶν ψυχῶν] θάνατον, καὶ ζῆν ἐκείνας τὸν ἡμέτερον θάνατον. Vide Phil. Græc. Fragm. Vol. I pag. 321 et 323

ΕΥΣΕΒΙΟΥ ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΙΑ.

EUSEBII FRAGMENTA

1. Ἐχθρὸς γενοίμην μηδενός, φίλος δὲ τοῦ αἰεὶ καὶ παραμενέοντος· καὶ μήκοτε μὲν διενεχθείην πρὸς τοὺς οἰκειοτάτους, διενεχθεὶς δὲ διαλλαχθείην ὡς τάχιστα. Μηδενὶ ἐπιδουλεύσαιμι, ἐπιδουλευόμενος δὲ ἄνευ ἀνάγκης τοῦ τι ἀντιδρᾶσαι [a] ἀνήκεστον ἀπαθὴς διαφύγοιμι. Ὀργῆς κρατοίην. Ἐρῴην καὶ ἐπιθυμέοιμι καὶ τυγχάνοιμι μούνων τῶν καλῶν, τῶν δὲ ἀπ' ἐναντίης τῆς ἐπιθυμίης, μηδὲ ἁμαρτών κοτε ὥστε εὔξασθαι, τύχοιμι. Βουλοίμην πάντας εὐτυχέειν, φθονήσαιμι μηδενὶ τῶν εὐτυχεόντων. Μήκοτέ τις ἐμὲ τῶν νομιζομένων παραλόγως εὖ πρήσσειν ἐκπλήξειε μηδὲ ἀνιήσειε· τί γὰρ δεῖ τοῖσι παρὰ τῆς τύχης διδομένοισι [b] φθονέειν; φίλοι δέ με καὶ οἱ κατ' ἀξίην εὐτυχέοντες εὐφραίνοιεν. Μήκοτε τῷ ἀπὸ οἰκείης γνώμης ἔχθρην κατ' ἐμέο [c] ἐπανελομένῳ δυστυχήσαντι ἐπησθείην. Μήκοτε συγγνοίην ἐμεωυτῷ κακοῦ τεύ τινι αἰτίην παρασχόντι. Λαθών κοτε ἐμεωυτὸν ὡς παρὰ μέλος ἤτοι τι εἴπας ἢ πράξας, μὴ περιμείναιμι τοὺς μωμησομένους καὶ ἐπιπλήξοντας· αὐτὸς δὲ ἐμεωυτὸν μωμησαίμην ἄχρι τοῦ ἀκέσασθαι. Εἰδείην γενναίως φέρειν τὰ προσπίπτοντα, καὶ τὰ μὲν μέτρια [d] ἐκδεχοίμην ὥσπερ αὐτῶν ἔχει ἡ φύσις, τοῖσι [e] δὲ ὑπερβάλλουσι μὴ καὶ τὸ παρ' ἐμεωυτοῦ προστιθείην. Εὐτυχίην εἰδείην φέρειν σωφρόνως. Μήκοτε ὑπὸ εὐπρηγίης ἐς ὑπερηφανίην ἄλογον ἀερθείην. Πλοῦτον νομίζοιμι τὸν ἀρκέοντα βίῳ τῷ σώφρονι. Ἄπαυστον καὶ ἀκόρεστον ἐπιθυμίην χρημάτων μὲν μήκοτε σχοίην [f], μούνων δὲ τῶν [g] ὠφελεόντων τὴν ψυχὴν μαθημάτων ἐθέλοιμι αἰεὶ ἐφίεσθαι [h]. Νικῴην νίκην τὴν καὶ ἐμοὶ καὶ τῷ προσδιαλεγομένῳ ἀβλαβέα. Φιλοτιμέεσθαι παρὰ καιρὸν πρὸς φίλους καὶ ἐν τῇσι [i] ζητήσεσι φυλασσοίμην. Μήκοτε καὶ παρὰ τὸ ἐμοὶ δοκέον ἐν τῇσι [k] ζητήσεσι τοῦ νικᾶν ἕνεκα ἔριν ἀσπασαίμην. Μήκοτε ἐπὶ βλάβῃ τοῦ ἀληθέος καὶ ὥστε παρ' ἃ αὐτὸς οἶδα παραλογίσασθαι τὸν προσδιαλεγόμενον ἢ ἐρίσαι ἐπαρθείην. Τοῖσι [l] τὸ ἀληθὲς λόγοισι [m] ξυνιστᾶσι [n] αἰεὶ [o] ξυμμαχοίμην. Ἀκολάστου ἐπιθυμίης τι μήκοτε μηδὲ ἐννοηθείην. Ξυνείην αἰεὶ τοῖσι σώφροσι [p]· εἴη τέ μοι αἰεὶ προσδιαλέγεσθαι, παρ' ὧν ἔστι τι πάντως ἀπελθέειν [q] χρηστὸν προσλαβόντι. Μήκοτε ἐπαρθείην κέρδεος ἕνεκα πλημμελῆσαι. Φίλους διαφερομένους καταρτίζοιμι. Φίλοις, δυνάμενος, καὶ τοῖσι δεομένοισι [r] τὰ δέοντα ἐπαρκέοιμι. Φίλους ἐν κινδύνοισι καταστάντας δυνάμενος [s] ὠφελέειν μήκοτε ἐγκαταλείποιμι. Φίλων ξυμφορὰς, ἀπ' ὧν [t] οἷόν τε, ἐπανορθοῦσθαι προθυμοίμην· λυπεο-

1. Nemini inimicus esse velim, amicum autem eum habere qui in amicitia etiam perpetuo mansurus sit; neque unquam dissidere a familiarissimis : sin dissidium factum sit, quam primum iis reconciliari. Nolim cuiquam insidias parare, insidiis vero petitus utinam salvus evadam, nequaquam gravissimum malum vicissim alteri afferre coactus. Utinam iram cohibeam; amem, desiderem et assequar sola bona. Quæ vero sunt inhonestæ cupiditatis, ea nec per errorem optanti contingere velim. Omnes quidem felicitate florere cupiam, sed illorum qui felices sunt nemini invideam. Nunquam quisquam eorum qui fortunati temere habentur, me vel obstupefaciat vel molestia afficiat. Quid enim attinet fortunæ donis invidere? Amici potius me, quique pro dignitate fortuna secunda utuntur, exhilarent. Nunquam etiam ei qui sponte sua inimicitiam mecum suscepit, postquam cum fortuna adversa conflictatus est, lætus insultem. Nunquam mihi conscius sim, me occasionem ullius mali cuiquam præbuisse. Si quando per imprudentiam inepte quid vel dixero vel fecero, ne exspectem, dum alii reprehendant et objurgent, sed ipse me potius vituperem, donec incommodo medear. Norim fortiter ferre casus, et mediocria pro re nata accipiam; quæ vero modum excedunt, iis ne quid mea culpa addam, cavebo. Fortunam secundam modeste ferre sciam, ne quando ob res secundas stulta arrogantia efferar. Divitias judicem, quod satis sit vitæ moderatæ. Effrenata et insatiabili pecuniæ cupiditate ne unquam flagrem, sed solarum quæ animis prosunt disciplinarum desiderio semper agi velim. Victoriam consequar, quæ et mihi et contradicenti innoxia sit. Contendere intempestive cum amicis etiam in disputationibus caveam. Porro ne unquam supra meam opinionem in disputationibus vincendi studio contentionis cupidus sim. Præterea ne unquam veritatis damno ac secus quam ipse sentio falsa argumentatione decipere colloquentem aut saltem litigare in animum inducam. Qui veritatem dictis suis confirmant, eorum socius semper esse velim. Ne mihi ulla unquam inexplebilis cupiditas vel in mentem veniat. Converser assidue prudentibus : liceatque mihi cum his colloqui, a

μένοισι παρεὼν ἐλαφρύνοιμι ἠπίῳ καὶ ἀκεσίμῳ λόγῳ τὰς ἀνίας. Εἰδείην ἐμεωυτὸν αἰδέεσθαι. Τῶν καλῶν φιλομαθείην ἀσκέοιμι. Ζητοίην μὴ τὰ πέρισσά, ἀλλὰ περὶ ὧν ἄριστον, καὶ ἃ μαθὼν ὠφελησοίμην. Θεοὺς τιμῴην καὶ νόμῳ πόλιος καὶ σπουδῇ οἰκείῃ καὶ νόῳ εὐσεϐέϊ [u]. Αἰεὶ [v] τὸ ἐν ἐμοὶ θυμούμενον ἡμεροίην. Ἐθίζοιμι ἐμεωυτὸν ἵλεω εἶναι, καὶ μὴ πρὸς τὰ πρήγματα ἔχειν δυσκόλως. Τίς πονηρός, καὶ τίνι τούτων τί κοτε πέπρηκται, μὴ μέλοι μοι [x]· εἰδείην δὲ τοὺς ἀγαθούς, καὶ τούτους μεταδιώκοιμι. Ὀφείλοιμι μηδενὶ μηδέν· εἰ δέ κοτε ὑπ' ἀνάγκης μεγάλης ἐς τοῦτο κατασταίην, γένοιτό μοι τάχιστα ἐλευθέρῳ γενέσθαι δυνηθῆναι. Αἰνέοιμι τοὺς ἀγαθοὺς ἀφθόνως· φιλόψογον δὲ γλῶσσαν παντὸς ἀποστυγοίην. Εἰδείην σιγᾶν, περὶ ὧν ἄμεινον.

(Stobæus Flor. I, 85. Εὐσεϐίου. Scripsi : [a] τοῦ τι ἀντιδρᾶσαι cum Jacobsio; libri τοῦ τι ἂν δρᾶσαι. — [b] διδομένοισι; codd. διδομένοις vel δεδομένοις. — [c] ἐμέο; codd. ἐμοῦ. — [d] τὰ μὲν μέτρια cum Jacobsio; libri τὰ μέτρια vel μετὰ μέτρια. — [e] τοῖσι; codd. τοῖς. — [f] σχοίην cum Meinekio; codd. ἐχοίην. — [g] μούνων δὲ τῶν cum Valckenario; libri μούνων θ' αὐτῶν vel μούνων θ' ἃ τῶν. — [h] αἰεὶ ἐφίεσθαι cum Jacobsio; membranæ ἃ δεῖ ἔσεσθαι. — [i] τῇσι; codd. ταῖς. — [k] τῇσι; codd. ταῖς. — [l] τοῖσι; codd. τοῖς. — [m] λόγοισι; codd. λόγοις. — [n] ξυνιστᾶσι; codd. ξυνιστᾶσιν. — [o] αἰεὶ; libri ἀεὶ. — [p] αἰεὶ τοῖσι σώφροσι; codd. ἀεὶ τοῖς σώφροσιν. — [q] ἀπελθέειν; libri ἀπελθεῖν. — [r] τοῖσι δεομένοισι; libri τοῖς δεομένοις. — [s] κινδύνοισι; codd. κινδύνοις — [t] ἀπ' ὧν; libri ἀφ' ὧν. — [u] εὐσεϐέϊ; libri εὐσεϐεῖ. — [v] αἰεὶ τὸ cum Halmio; codd. ἀεὶ τόν. — [x] μέλοι μοι cum Hirschigio; vulgo μέλοιμι. —)

2. Ἄνθρωποι πολυμαθίης ἔχειν δόξαν ἢ τοῦ ἀληθίζεσθαι ἔρωτα πλεῦνα ἐκτέαται. Πολλοὶ γοῦν τοῖσι [a] πρὸ ἑωυτῶν ἐναντίας δόξας συστησάμενοι τὴν γνῶσιν τοῦ ἀληθέος περὶ τῶν ἀναγκαιοτάτων ἀφείλοντο τῷ τὴν πίστιν αὐτέων [b] μὴ ἐν βεβαίῳ ἑστάναι, ὑπὸ δὲ τοῦ ἀπὸ τῆς προτέρης δόξης περιτρέψαι ἐς [c] τοὐναντίον, λόγον παρασκευάσαντες ἐν τῷ ἀσταθμητοτάτῳ αἰωρέεσθαι.

(Stobæus Flor. IV, 100. Εὐσεϐίου. Scripsi : [a] τοῖσι; codd. τοῖς. — [b] αὐτέων; codd. αὐτῶν. — [c] ἐς; codd εἰς.)

3. Πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων ἐν τῇσι [a] συζητήσεσι τῶν πραγμάτων ὁμοίως τοῖσι ἀλόγοισι τῶν ζωΐων [b] ὥσπερ ἐκεῖνα μαχόμενα, οὕτω καὶ αὐτοὶ μούνου τοῦ νικᾶν μεταποιέονται· ὅκως δὲ (τοῦπερ χρὴ πάντα ἄνδρα προμηθέεσθαι καὶ λέγοντα καὶ πρήσσοντα) μὴ παρὰ τὸ ξυμφέρον καὶ σφέων αὐτῶν καὶ τῶν παρεόντων, καὶ ὥστε μὴ τὸ ἀληθὲς αὐτὸ βλάψαι, οὐκέτι λόγον τούτου ποιέονται.

(Stobæus Flor. IV, 101 τοῦ αὐτοῦ. Scripsi : [a] τῇσι; codd. ταῖσι — [b] ἀλόγοισι τῶν ζωΐων; codd. ἀλόγοις τῶν ζώων. —)

4. Ἀνθρώποισι [a] ἔριδες προσφιλέες, καὶ τοῦ περὶ παντὸς τοῦ προτεθέντος ἀντιλέγοντας ἐθέλειν κρατέειν ἄπλετος καὶ ἄλογος ἐπιθυμίη· ὁκότε [b] πολλοὶ οὐκ αἰδέονται [c] καὶ κατὰ τῶν σπουδαιεστάτων καὶ τῶν οὐ χρὴ τῷ χείρονι λόγῳ νικᾶν, νικῶντες ἀξίην κεκλῆσθαι νίκην Καδμηΐην [d].

(Stobæus Flor. IV, 102 τοῦ αὐτοῦ. Scripsi :) ἀνθρώποισι; codd. ἀνθρώποισιν. — [b] ὁκότε; codd. ὁπότε. — [c] οὐκ αἰδέονται cum Jacobsio in Addit. ad Athenæum pag. 186; libri οὔτε δέονται. — [d] νίκη Καδμηΐη dicitur victoria ipsis victoribus damnosa. Vid. Zenob. Proverb. Centur. IV, 45

---

quibus insuper omnino aliquid boni adeptus discedam. Nunquam adducar, ut lucri causa peccem. Amicos dissidentes reconciliem. Amicis, si queam, et indigentibus necessaria suppeditem. Amicos in periculo versantes, si queam juvare, nunquam deseram. Amicorum calamitates, quibuscunque rebus fieri potest, levare studeam. Dolentibus conversans leni et benigna oratione eorum mœrorem minuam. Norim me ipsum vereri. Rerum honestarum studia colam. Quæram non supervacanea, sed ea de quibus optime habeatur quæstio et quæ percepta mihi prodesse poterunt. Deos venerer et ritu civitatis et propria diligentia et mente pia. Semper iram meam placabo. Assuescam comitati facilitatique, ita ut res nequaquam iniquo animo feram. Quis malus sit et quid tandem ab horum quovis patratum sit, ne curem; norim autem bonos eosque secter. Ne cui quid debeam : sed si quando fatali necessitate coactus eo descendam, contingat mihi, ut citissime queam liberari. Laudem bonos copiose : maledicam autem linguam cujusvis oderim. Tacere sciam, de quibus tacere satius est.

2. Homines multa potius scire videri, quam veraces esse cupiunt. Multi igitur, dum in medio ponunt sententias veteribus contrarias, veri perspicientiam in rebus maxime necessariis tollunt, ita ut earum fides haudquaquam certa sit, sed quoniam ex antiqua persuasione in contrariam mutatur, verbis ad illum finem accommodatis, instabili volutatione pendeat.

3. Multi homines in rerum investigatione haud secus ac bruta animalia pugnantes solam sibi victoriam asserunt : ne quid autem (quod unumquemque in dictis et factis curare oportet) præter utilitatem tum suam tum præsentium hominum accidat, neve veritas ipsa infringatur, ejus rei nequaquam rationem habent.

4. Gratæ sunt hominibus contentiones et omni rei propositæ contradicentibus immensa atque insana vincendi cupiditas; quoniam multi non verentur etiam in rebus gravissimis, in quibus deteriorem sententiam superare non convenit, victoriam, ut dicitur, vere Cadmeam referre.

et Erasm. Adag. Chil. II Centur. VIII, 34. —

5. Ἄνθρωποι τοὺς μὲν παρὰ φύσιν καὶ ἐν τεράτων λόγῳ ἐόντας ἀσπάζονται, καὶ μεγάλων χρημάτων ὠνεόμενοι ὡς ἐπὶ μεγίστῳ κτήματι χαίρουσι καὶ μεγαλοφρονέονται, περὶ δὲ τὰ σπουδαιότατα καὶ τὰ σμικρὰ ἄχθονται ἀναλίσκοντες.

(Stobæus Flor. IV, 103 τοῦ αὐτοῦ. Nolui σπουδαιότατα in σπουδαιέστατα mutare, quod legitur in fragm. 4, quum Herodotus quoque utramque formam usurpet. Obversantur autem Eusebio inprimis nani sive pumili quos multis veterum in deliciis fuisse notum est. Vid. Casaubon. ad Suet. August. cap. 83.)

6. Οἱ πλεῦνες τῶν ἀνθρώπων περὶ πάντα τὰ λοιπὰ φειδωλοὺς σφέας παρεχόμενοι καὶ εἰ δαπανοῖεν ἀσχάλλοντες, ὑπὲρ τοῦ παρὰ τῶν δήμων κροτηθῆναι καὶ τὰ ἐόντα σφι πάντα ἡδέως προΐενται.

(Stobæus Flor. IV, 104 τοῦ αὐτοῦ.)

7. Οἱ μάταιοι τῶν ἀνθρώπων τοὺς μὲν μεγάλα χρήματα ἔχοντας καὶ φαύλους ἐόντας τιμῶσί τε καὶ τεθωυμάκασι, τῶν δὲ σπουδαίων ἐπειδὰν ἀχρηματίην καταγνῶσι, ὑπερφρονέουσι.

(Stobæus Flor. IV, 105 et Maximus serm. de divitiis et paupertate p. 159. Scripsi καταγνῶσι; libri καταγνῶσιν.)

8. Τῶν τῇσι αἰσχρῇσι ἐπιθυμίῃσι [a] ἐπιχειρεόντων ἐλεύθερον μηδένα νόμιζε· τῶν γὰρ τοὺς τῇ τύχῃ δούλους κεκτημένων πολὺ βαρυτέροισι [b] οὗτοι δεσπότῃσι [c] τοῖσι [d] καταναγκάζουσι πάντα δουλεύουσι. [e])

(Stobæus Flor. VI, 13 Εὐσεβίου. Scripsi : τῇσι αἰσχρῇσι ἐπιθυμίῃσι; codd. ταῖς αἰσχραῖς ἐπιθυμίαις. — [b] βαρυτέροισι; codd. βαρυτέροις. — [c] δεσπότῃσι; libri δεσπόταις. — [d] τοῖσι; codd. τοῖς. — [e] πάντα δουλεύουσι; codd. ταῦτα δουλεύουσιν. —)

9. Γαστριμαργίη σῶμα πιαίνει, ἀλογίην ἀείρει, ψυχῆς δὲ τὸ κάλλιστον λογισμὸν κοιμίζει.

(Stobæus Flor. VI, 14 τοῦ αὐτοῦ. Scripsi τὸ e Gesneri conjectura; codd τόν. —)

10. Ψυχῇ σῶμα ἀνθρώπου ἔδοσαν οἱ θεοί, ὥστε τῇ ψυχῇ τὸ σῶμα ὑπηρετέεσθαι. Οἱ δὲ πολλοὶ τὸ ἔμπαλιν ποιέουσι, σώματι πρὸς πάντα καὶ ἐς μοῦνα τὰ ἐκείνου ὑπουργήματα τὸ κρέσσον τῷ χείρονι καὶ θνητῷ ἀθάνατον ψυχὴν καταδουλούμενοι.

(Stobæus Flor. VI, 15 τοῦ αὐτοῦ. Scripsi καταδουλούμενοι ex Damasceno; vulgo καταδουλευόμενοι. —)

11. Ἀκολασίη ψυχὴν λυμαίνεται καὶ σῶμα διαφθείρει, τόπερ ἕνεκα τῆς ἡδονῆς, καὶ ὥστε αὐτῷ χαρίζεσθαι, τὸν ἔχοντά μιν καταναγκάσει τὰ αἴσχιστα πάντα ποιέειν.

(Stobæus Flor. VI, 16 τοῦ αὐτοῦ.)

12. Ἀκολασίη ψυχὴν ὥσπερ νῆα ἄνεμοι ὑπολαβόντες τῇδε καὶ τῇδε φορέοντες συγκλονέουσι καὶ ἀπειθέα ποιέουσι τῷ κυβερνήτῃ· οὕτω καὶ ψυχὴν δονέουσα καὶ ἀπειθέα νόῳ εἶναι καταναγκάζουσα εἰρηνεύειν καὶ ἐν τῷ εὐδίῳ καὶ ἀσφαλεστάτῳ ὁρμέειν οὐ ξυγχωρέει.

(Stobæus Flor. VI, 17 τοῦ αὐτοῦ.)

13. Φιλοχρηματίη τοῦ κτήσασθαι εὑρέειν ἀρκέοντα οὖρον οὐκ οἶδε.

(Stobæus Flor. X, 28 Εὐσεβίου. Scripsi εὑρέειν; codd. εὑρεῖν.)

14. Φιλοχρηματίην ἐπ' ἡμέρῃ [a] ἑκάστῃ ἐπιρρέων πλοῦτος οὐκ ἵστησι [b], ὥσπερ οὐδὲ πυρκαΐην ὕλη ἐπιβαλλομένη· ἐπιγινόμενος [c] δ' αἰεὶ [d] τοῦ πλεῦνος [e] τὴν ἐπιθυμίην [f] ἐξάπτει μεζόνως [g]. Νόος δὲ μοῦνος παραστὰς καὶ τοῦτο οἶδε [h] ἀκέεσθαι.

(Stobæus Flor. X, 29 Εὐσεβίου. Scripsi : [a] ἐπ' ἡμέρῃ; codd. ἐφ' ἡμέρῃ. — [b] οὐκ ἵστησι; codd. οὐχ ἵστησι. — [c] ἐπιγινόμενος; codd. ἐπιγιγνόμενος. — [d]

---

5. Homines eos, qui præter naturam et monstros sunt, amplectuntur, iisque grandi pretio comparatis, tanquam maxima possessione gaudent ac superbiunt, in res serias autem et magnopere expetendas quamvis exiguum sumtum facere gravantur.

6. Homines plerique in reliquis rebus omnibus parsimoniam adhibent, ac si pecuniam in eas impenderint, indignantur; ad plausum vero popularem ferendum etiam bona sua omnia libenter profundunt.

7. Homines vani et inepti prædivites quidem quamvis malos colunt et admirantur : bonos vero, simul atque inopes esse animadverterunt, illico contemnunt.

8. Eorum qui fœdis voluptatibus dediti sunt noli quemquam liberum existimare. Hi enim multo sævioribus dominis, quam sint, qui fortuna servos possident, cogentibus omnia, serviunt.

9. Edacitas corpus pinguefacit, stuporem affert, animi vero optimam partem rationem sopit.

10. Animo corpus hominis dii dederunt, ut ipsi animo corpus serviret. Plerique autem contra faciunt, corpori ad omnia, etiam sola ejus ministeria, meliorem naturam deteriori et mortali immortalem animum subjicientes.

11. Intemperantia animum corrumpit et corpus perdit, quod voluptatis gratia atque ut ipsi morem gerat, coget illum a quo habetur turpissima quæque facere.

12. Quemadmodum venti navem correptam huc illuc ferentes concutiunt et non obsequentem efficiunt gubernatori : sic etiam animum agitans et menti non obedientem esse cogens intemperantia pace uti atque in portu velut tranquillo et tutissimo esse non sinit.

13. Avaritia quærendæ pecuniæ finem sufficientem reperire nescit.

14. Avaritiam quotidie affluentes divitiæ non explent, ut neque rogum ardentem injecta materia. Quin accedentes semper opes majorum cupiditatem magis inflammant. Sola vero mens, si præsto sit, huic quoque malo mederi potest.

αἰεί; codd. ἀεί. — [e] τοῦ πλεῦνος; codd. ἐς τοῦ πλεῦνος. — [f] ἐπιθυμίην; libri ἐπιθυμίαν. — [g] μεζόνως; codd. μειζόνως. — [h] οἶδε; codd. οἶδεν. —

15. Φιλοχρηματίην ἄλογον τὰ κτώμενα ἀποβαλλόμενα μᾶλλον ἂν ἀνύσειε [a] ἢ ὁ ἐπ' ἑκάστη [b] ἡμέρῃ πλοῦτος ἄπλετος ἐπιγινόμενος [c].

(Stobæus Flor. X, 30 τοῦ αὐτοῦ. Scripsi [a] ἂν ἀνύσειε; codices ἀνύσειεν. — [b] ἢ ὁ ἐπ' ἑκάστῃ; codd. ἢ ὁ ἐφ' ἑκάστῃ. — [c] ἐπιγινόμενος; membranæ ἐπιγιγνόμενος.)

16. Τὸ οἰκονομέειν τὰ παρεόντα ἀνδρὸς προνόου· τὸ δὲ μηδ' ὅλως ἐθέλειν ἔς τι τῶν δεόντων χρέεσθαι οὐ δεσπότεω τῶν κτηθέντων, καταδεδουλωμένου δὲ ἑωυτὸν τῶν χρημάτων ἐστὶ τῇ κτήσι.

(Stobæus Flor. X, 31-32. τοῦ αὐτοῦ. Conjunxi utrumque fragmentum receptis Halmii emendationibus. Antea enim locus sic edebatur : τὸ οἰκονομέειν τὰ παρεόντα ἀνδρὸς προνόου, τὸ δὲ μηδ' ὅλως ἐθέλειν ἐστὶ τῶν δεόντων χρέεσθαι. Οὐδέποτε τῶν κτηθέντων, καταδεδουλωμένου δὲ ἑωυτὸν τῶν χρημάτων τῇ κτήσει. Præterea pro κτήσει posui κτήσι. —)

17. Οἱ πλεῦνες τῶν ἀνθρώπων παρὰ λόγον φειδόμενοι ἀξιεῦσι πολυχρήματοι πεπιστευμένοι ἠλίθιοι καὶ σκαιοὶ νομίζεσθαι ἢ περὶ τὰ δεῖ ἀναλίσκοντες δεξιοὶ κεκλῆσθαι.

(Stobæus Flor. X, 33. Scripsi φειδόμενοι; vulgo φιλεύμενοι. Neque enim cum Valckenario ad Herodot. lib. VIII cap. 10 reponendum φειδεύμενοι, quod non est ionicum. —)

18. Πλούσιον χρὴ νομίζειν τὸν ἡγεόμενον ἔχειν τὰ ἀρκέοντα· τὸν δὲ αἰεὶ [a] ἐπιθυμέοντα προσκτήσασθαι καὶ πληθώρην μηδέκοτε [b] τοῦ πλούτου [c] λαμβάνοντα, καὶ εἰ Μίδεω [d] πλουτέοι μᾶλλον, πένητα καλέω καὶ Ἴρου τὴν [e] ἐκεῖνος ἐξ ἀνάγκης εἶχε τύχην [f] κεκτῆσθαι λέγω [g].)

(Stobæus Flor. X, 36 Εὐσεβίου. Scripsi : [a] αἰεί; codd. ἀεί. — [b] μηδέκοτε; codd. μηδέποτε. — [c] τοῦ πλούτου cum Jacobsio; vulgo τοῦ τοιούτου. — [d] Μίδεω; libri Μίδου. — [e] τήν; codd. ἥν. — [f] τύχην cum Valckenario; libri ψυχήν. — [g] λέγω addidi e Meinekii conjectura; vulgo desideratur. —

19. Ἀληθηΐην [a] νόος ἀσπάζεται καὶ αἰεὶ [b] αὐτῇ συνοικέει· ἐὼν δὲ ἐν τοῖσι [c] ἑωυτοῦ ἀψευδέστατος, ὅμως ἔστιν ὅτε καὶ ψεῦδος ἀγαθῷ κεράσας παρέχεται ἐπ' ὠφελίῃ ἀνθρώπων τῶν τούτου χρηιζόντων [d] καὶ ἐπὶ χρηστῷ τῷ σφετέρῳ παραλογισθησομένων πρὸς αὐτοῦ. Τότε γὰρ δὴ μοῦνον καὶ οὔκοτε ἄλλοτε νόος, καὶ ἐν καιρῷ τῷ αὐτὸς οἶδε, πάντα τἄλλα ψεύδεα ἀποστυγέων, ψεῦδος τὸ τοιοῦτον εἰσφέρεται, ἀπὸ τῆς τῶν λοιπῶν ἁπάντων ψευδέων φύσιος ἐς [e] ἄλλο εἶδος μεταληφθὲν χρησιμώτατον τέχνῃ καὶ σοφίῃ αὐτοῦ τοῦ νόου τοῦ φαῦλον πρῆγμα ἐς τοῦτο μετακοσμήσαντος.

(Stobæus Flor. XI, 21. Scripsi [a] ἀληθηΐην; codd. ἀληθείην. — [b] αἰεί; codd. ἀεὶ — [c] τοῖσι; libri τοῖς. — [d] χρηιζόντων; codd. χρηζόντων. — [e] ἐς; libri εἰς. —

20. Ψεύδεσθαι ἐν πόλι [a] μηδὲ εἷς νόμος ξυγχωρεέτω μηδενί, [b] μηδενὸς πλὴν τοῦ φιλαλήθεος καὶ νοήμονος ἐπισταμένου τε ὁκότε καὶ ὅκως ὠφελίῃ [c] ψεύδεος· τῆς δὲ ἀπὸ τούτου γινομένης χρείης ἀναγκαίῃ [d] καὶ τοῦτο ποιέειν.

(Stobæus Flor. XI, 22 τοῦ αὐτοῦ. Scripsi : [a] πόλι; codd. πόλει. —[b] μηδενί, μηδενὸς cum Jacobsio in Lectt. Stob. p. 61; libri μηδενί — [c] ὠφελίῃ cum Meinekio; codd. οὐ φιλίῃ. —[d] ἀναγκαίῃ cum Kœnio ad Greg. Cor. p. 393. —

21. Παῤῥησίη ἀπὸ γνώμης ἐλευθέρης καὶ ἀληθηΐην [a] ἀσπαζομένης προέρχεται· παρέξεαι δὲ αὐτὴν ἀμώμητον οὐ τῷ πᾶσι καὶ ὡς ἔτυχεν ἐπιτιμᾶν καὶ λοιδορέεσθαι, νομίζων τοῦτο εἶναι τὴν παῤῥησίην· ἀλλ' εἰ πρὸς οὓς δεῖ καὶ ὑπὲρ τίνων χρὴ καὶ ἐν ᾧ χρὴ μετὰ τοῦ

---

15. Avaritiam hiantem citius consument abjectæ res partæ, quam crescentes quotidie opes immensæ.

16. Præsentia rite componere viri est providi : at prorsus nolle iis ad ullam rem necessariam uti non domini est bonorum partorum, sed hominis pecuniæ quæstui tantum dediti.

17. Homines plerique præter rationem parci, modo pecuniosi habeantur, stulti ac dementes judicari malunt, quam pecuniam in res necessarias impendendo sollertes nominari.

18. Ille dives existimandus est, qui quod satis est habere sibi videtur. Eum vero qui semper majorem pecuniam sibi facere concupiscit neque unquam acquirendi satietatem capit, etiamsi Mida fuerit opulentior, pauperem dico et qua sorte necessario Irus contentus vivebat, eandem ipsum tenere.

19. Mens veritatem amplectitur, et semper cum ipsa versatur. Sed quamvis in rebus suis nequaquam mendax sit, tamen interdum bono mixtum mendacium ad hominum eo indigentium utilitatem profert, qui quidem sane sui ipsorum commodi causa mendacio isto decipiendi sunt. Tunc enim solum nec unquam alias mens, quum tempus opportunum esse scit, abhorrens interim ab omnibus aliis mendaciis, tale quoddam mendacium ingerit, e reliquorum omnium mendaciorum natura in aliam eamque utilissimam speciem mutatum arte sapientiaque ipsius, utpote rem malam in eam formam redigentis.

20. In civitate mentiri nulla lex cuiquam permittere debet, quum nemo nisi vir veritatis studiosus et prudens noverit, quando et quomodo mendacia prosint : ob utilitatem vero, quam illa res præbet, fieri etiam eam necesse est.

21. Liberior sermo ab animo ingenuo et veritatis stu-

χρησίμου περὶ τῶν παρισταμένων ξὺν νόῳ προσδιαλέγοιο.

(Stobæus Flor. XIII, 44 Εὐσεβίου. Scripsi : [a] ἀληθίην; codd. ἀληθείην. — [b] περὶ τῶν παρισταμένων cum Gesnero in margine; codd. τῶν παρισταμένων. —

22. Ἐχθρὸς τἀληθέα εἰπὼν τοῦ προσποιευμένου φίλου πρὸς χάριν εἰπόντος πάντα αἱρετώτερος.

(Stobæus Flor. XIII, 45 τοῦ αὐτοῦ. Scripsi e Jacobsii conjectura πάντα pro vulgato παντὸς vel πάντως.)

23. Ἀνὴρ μεγάλα ἔχων χρήματα ἀποτεθησαυρισμένα, ἔπειτα γνώμῃ τῇ ἑωυτοῦ [a] ἐς μηδὲν τῶν δεόντων οἷός τε ἐὼν αὐτοῖσι [b] χρέεσθαι, ἔοικε τῷ τὰ ἐν τοῖσι δημοσίοισι [c] ἀποκείμενα πεπιστευκότι ἑωυτοῦ εἶναι. Δόξῃ μὲν γὰρ ὁμοίῃ πλουτέουσι· τόπερ δὲ τοῦ κεκτῆσθαί ἐστι [d] οἰκήϊον, τοῦ αὐτοῖσι [e] χρέεσθαι, ἀπεστερέαται [f] ὁμοίως ἀμφότεροι.

(Stobæus Flor. XVI, 14. Εὐσεβίου. Scripsi : [a] γνώμῃ τῇ ἑωυτοῦ e codd. et cum Valckenario; vulgo γνώμῃ μὴ τῇ ἑωυτοῦ. — [b] αὐτοῖσι; codd. αὐτοῖς. — [c] τοῖσι δημοσίοισι; libri τοῖς δημοσίοις. — [d] ἐστι; codd. ἐστιν. — [e] αὐτοῖσι; codd. αὐτοῖς. — [f] ἀπεστερέαται cum Schæfero; codd. ἀποστερέαται vel ἀπεστερέεται.)

24. Ἄνδρα χρήματα μεγάλα ἔχοντα ἀποτεθησαυρισμένα, καὶ αὐτοῦ τούτου εἵνεκα [a] ἐπικτώμενον, καὶ ὅκως αἰεί τι τοῖσι παρεοῦσι προσθέῃ [b] πρήγματα [c] μὲν ἔχοντα, μήτε δὲ ἐς ἑωυτὸν μήτε ἐς ἄλλο τι τῶν χρησίμων ἀναλίσκοντα, μήκοτε πλουτέειν ἀποφήναιο [d], φύλακα δὲ καὶ ποριστὴν εἶναι ἀλλοτρίων χρημάτων, καὶ πόνους ἔχειν αἱρέεσθαι πολλάκις καὶ τοῖσι [e] ἑωυτῷ μηδὲν προσήκουσι [f] ἐπικτώμενον.

(Stobæus Flor. XVI, 24 Εὐσεβίου. Scripsi : [a] καὶ αὐτοῦ τούτου εἵνεκα cum Valckenario; libri καὶ τοῦ θησαυρίζειν αὐτοῦ τούτου εἵνεκα. — [b] προσθέῃ cum Halmio; codd. προσθείῃ. — [c] πρήγματα cum Meinekio; vulgo χρήματα. — [d] ἀποφήναιο cum Meinekio; codd. ἀποφήνειε. — [e] τοῖσι; codd. τοῖς. — [f] προσήκουσι; codd. προσήκουσιν. —)

25. Γνώμης ἀνδρὸς ἀρίστου ἀπόδεξις ἥδε, μὴ ἐπὶ τῷ σιτέεσθαι ἑωυτὸν νομίζειν γεγονέναι, μηδὲ ἐν τούτῳ τὴν ζωὴν ἡγέεσθαι, μούνου δὲ αὐτοῦ τοῦ ζώειν εἵνεκα [a] ἀνθρώποισι [b] τροφὴν νομίζειν εὑρῆσθαι.

(Stobæus Flor. XVII, 41 Εὐσεβίου. Scripsi : [a] εἵνεκα; codd. ἕνεκα. — [b] ἀνθρώποισι; codd. ἀνθρώποις. —)

26. Ἐγκράτεια καὶ σώματι ἀγαθόν· πρὸς γὰρ ὑγιείην αὐτῷ ξυμμάχεται, καὶ σωφροσύνην ἐν ψυχῇ τίκτει. Σωφροσύνη δὲ ἀστασίαστον καὶ εὔδιον, καὶ βίον εἰρηναῖον ψυχῇ παρασκευάζει.

(Stobæus Flor. XVII, 42 τοῦ αὐτοῦ.)

27. Ὀργῆς κρατέειν ἄριστον ἐθίζειν ἑωυτόν, μάλιστα μὲν καὶ πρὸς τὸ μὴ εὐπετέως ὑπ' αὐτῆς ξυγκινέεσθαι· εἰ δὲ μή, ἀλλ' ὥστε γε πάντως μὴ τὸ καταναγκαζόμενον ὑπ' αὐτῆς αὐτίκα σε καὶ ἐν τῷ ἀλογίστῳ ἀποπιμπλάναι.

(Stobæus Flor. XIX, 9. Εὐσεβίου.)

28. Πολλοὶ δοκέοντες ἑωυτοὺς φιλέειν οὐ φιλέουσι [a] ἀληθέως· πάντα γοῦν αὐτοῦ τούτου εἵνεκα [b] εἴκοντες ἑωυτοῖς καὶ παρὰ τὸ ἀτρεκὲς χαριζόμενοι αὐτοῖς τοῖς ἐναντιωτάτοις περιπίπτουσι.

(Stobæus Flor. XXIII, 15 Εὐσεβίου. Scripsi : [a] φιλέουσι; codd. φιλέουσιν. — [b] εἵνεκα; codd. ἕνεκα. —)

29. Πολλοὶ βουλόμενοι δοκέειν εἶναι εὐβουλότατοι

---

dioso proficiscitur. Uteris autem eo sine ulla noxa, non omnes neque prout sors tulerit reprehendendo et objurgando, hanc libertatem esse ratus, sed illos quorum refert, et quibus hoc convenit, suo tempore non sine utilitate de iis quæ in mentem veniunt prudenter compellando.

22. Inimicus, qui vera loquitur, cuivis amicitiæ simulatori ad voluntatem loquenti longe præferendus est.

23. Vir qui grandem pecuniam congestam seposuit, sed ea suo arbitratu ad res necessarias uti non audet, similis est homini publicum thesaurum suum esse credenti. Quantum enim ad opinionem, æque uterque dives est. Usum vero divitiarum, qui proprius est possidentis, non magis hic quam ille facit.

24. Virum qui grandem pecuniam congestam seposuit, et seponendi gratia tantum ampliores opes acquirit, semper præsentibus aliquid addere studens, licet neque ad suam utilitatem neque ad alias res fructuosas quidquam conferat, ne unquam divitem esse affirmes, sed alienæ pecuniæ tum custodem tum exactorem, quum sæpenumero labores suscipere velit et res nihil ad se pertinentes augeat.

25. Magni ingenii est, non ad epulandum se natum putare, neque in eo vitam consistere arbitrari, sed vivendi tantum gratia hominibus cibos apponi existimare.

26. Continentia tum corpori bona est, quippe quæ ad prosperam valetudinem ipsi prosit, tum in animo temperantiam gignit. Temperantia vero tranquillitatem, quietem et placidam animo vitam conciliat.

27. Optimum quidem est assuescere ita cohibere iram, ut non facile ea incendaris : sin minus, saltem, ut quod ipsa imperat, non statim prorsus inconsiderata cupiditate exsequaris.

28 Multi quum se ipsos amare videantur, non vere amant. Nam sibi idcirco omnia indulgentes perperamque gratificantes in ipsa illa, quæ maxime sunt contraria, incidunt.

29. Plurimi quum prudentissimi haberi velint, familiarium benevolentia a consilio quodam revocati, de sen-

πρὸς τῶν οἰκειοτάτων καὶ εὖ φρονεόντων ἀναποδιζόμενοι, οὐκ ἀξιεῦσι [a] ἀπὸ τῶν δοξάντων ἅπαξ ἀναχωρέειν, ἀλλ' ὅκως μὴ ἐλεγχοίατο ὡς ἀπὸ ἡμαρτημένης ἀφιστάμενοι ἐμμένουσι τῇ γνώμῃ, ἐς ὃ δὴ καὶ τοῖσι [b] ἀπ' αὐτῆς κακοῖσι [c] ἐγκυρήσωσι.

(Stobæus Flor. XXIII, 16. Εὐσεβίου. Scripsi : [a] ἀξιεῦσι; libri ἀξιεῦσιν. — [b] τοῖσι; codd. τοῖς. — [c] κακοῖσι; codd. κακοῖς.)

30. Οἱ πολλοὶ τοῖσι ἀνθρώποισι [a] τὸ εὐόρκους εἶναι αὐτοῖσι [b] παραινέουσι [c]· ἐγὼ δὲ καὶ τὸ ἀρχὴν μηδ' εὐπετέως ὀμνύναι ὅσιον ἀποφαίνομαι.

(Stobæus Flor. XXVII, 13. Εὐσεβίου. Scripsi : [a] τοῖσι ἀνθρώποισι; codd. τοῖς ἀνθρώποις. — [b] αὐτοῖσι; codd. αὐτοῖς. — [c] παραινέουσι; codd. παραινέουσιν. Cæterum falluntur qui αὐτοῖσι tanquam a librariis additum deleri volunt. Vid. Brunck. ad Soph. Philoct. v. 316 et Viger. p. 171 ed. Hermann. —)

31. Φημὶ πάντα τὸν προαίρεσιν τοῦ ἐπιορκῆσαι ἀναδεξάμενον [a] καὶ ἐπορμήσαντα [b] ἐπὶ τὸν ὅρκον, εἰ καὶ μὴ περανέει [c] τὸ ἔργον τῆς ἐπιορκίης τύχῃ τινί, ἢ καὶ τῷ μὴ βουληθῆναι τὸν ἀπαιτέοντα, ὅμως αὐτὸν ἔχειν γνώμην τὴν τοῦ ψευδόρκου, καὶ εἶναι τῆς ἐπὶ τῇ ἐπιορκίῃ ἁμαρτάδος τῆς τ' ὀφειλομένης [d] κατὰ τῶν καὶ ἔργῳ ἐπιορκησάντων ἔνοχον τιμωρίης.

141. Depositum est donum alicujus fidei permissum.

142. Purgatio est separatio deteriorum a melioribus.

143. Vincere est pugna superiorem esse.

144. Homo bonus talis est, ut homini beneficia det.

145. Modestus est qui moderatas cupiditates habet.

146. Continens est qui animi partes rectæ rationi repugnantes coercet.

147. Probus est perfecte bonus : qui suam virtutem habet.

148. Σύννοια διάνοια μετὰ λύπης ἄνευ λόγου.

149. Δυσμαθία βραδυτὴς ἐν μαθήσει.

150. Δεσποτεία ἀρχὴ ἀνυπεύθυνος δικαία.

151. Ἀφιλοσοφία ἕξις καθ' ἣν ὁ ἔχων μισολόγος ἐστί.

152. Φόβος ἔκπληξις ψυχῆς ἐπὶ κακοῦ προσδοκίᾳ.

153. Θυμὸς ὁρμὴ βίαιος ἄνευ λογισμοῦ· νοῦς τάξεως ψυχῆς ἀλογίστου.

154. Ἔκπληξις φόβος ἐπὶ προσδοκίᾳ κακοῦ.

155. Κολακεία ὁμιλία ἡ πρὸς ἡδονὴν ἄνευ τοῦ βελτίστου· ἕξις ὁμιλητικὴ πρὸς ἡδονὴν ὑπερβάλλουσα τὸ μέτριον.

156. Ὀργὴ παράκλησις τοῦ θυμικοῦ εἰς τὸ τιμωρεῖσθαι.

157. Ὕβρις ἀδικία πρὸς ἀτιμίαν φέρουσα.

158. Ἀκρασία ἕξις βιαστικὴ παρὰ τὸν ὀρθὸν λογισμὸν πρὸς τὰ δοκοῦντα ἡδέα εἶναι.

159. Ὄχνος φυγὴ πόνων ἀρχῆς.

160. Δειλία ἀντιληπτικὴ ὁρμῆς πρώτη τοῦ εἶναι αἰτία [1].

161. Διαβολὴ διάστασις φίλων λόγῳ.

162. Καιρὸς ἐν ᾧ ἕκαστον ἐπιτήδειον παθεῖν ἢ ποιῆσαι.

163. Ἀδικία ἕξις ὑπεροπτικὴ νόμων.

164. Ἔνδεια ἐλάττωσις τῶν ἀγαθῶν.

165. Αἰσχύνη φόβος ἐπὶ προσδοκίᾳ ἀδοξίας.

166. Ἀλαζονεία ἕξις προσποιητικὴ ἀγαθοῦ ἢ ἀγαθῶν τῶν μὴ ὑπαρχόντων.

167. Ἁμαρτία πρᾶξις παρὰ τὸν ὀρθὸν λογισμόν.

168. Φθόνος λύπη ἐπὶ φίλων ἀγαθοῖς ἢ οὖσιν ἢ γεγενημένοις.

169. Ἀναισχυντία ἕξις ψυχῆς ὑπομενητικὴ ἀδοξίας ἕνεκα κέρδους.

170. Θρασύτης ὑπερβολὴ θράσους πρὸς φόβους οὓς μὴ δεῖ.

171. Φιλοτιμία ἕξις ψυχῆς προετικὴ πάσης δαπάνης ἄνευ λογισμοῦ.

172. Κακοφυΐα κακία ἐν φύσει καὶ ἁμαρτία τοῦ κατὰ φύσιν· νόσος τοῦ κατὰ φύσιν.

173. Ἐλπὶς προσδοκία ἀγαθοῦ.

174. Μανία ἕξις φθαρτικὴ ἀληθοῦς ὑπολήψεως.

175. Λαλιὰ ἀκρασία λόγου ἄλογος.

176. Ἐναντιότης τῶν ὑπὸ τὸ αὐτὸ γένος κατά τινα διαφορὰν πιπτόντων ἡ πλείστη διάστασις.

177. Ἀκούσιον τὸ παρὰ διάνοιαν ἀποτελούμενον.

178. Παιδεία δύναμις θεραπευτικὴ ψυχῆς.

---

148. Mentis suspensæ agitatio est cogitatio cum dolore ratione vacans.

149. Durior ad studia animus ingenii ad discendum tarditas est.

150. Dominium est principatus justus et legibus solutus.

151. Animus a philosophia alienus est naturæ habitus, quo qui eum gerit doctrinæ osor est.

152. Timor est animi consternatio propter impendentis mali opinionem.

153. Ira est violentus animi ratione carentis impetus : animi partis ratione vacantis sententia.

154. Consternatio est timor propter impendentis mali opinionem.

155. Adulatio est sermo ad voluntatem loquentis, eo quod optimum est carens : habitus hominis ad voluntatem loquentis, modum excedens.

156. Iracundia est adhortatio partis animi irritabilis ad ultionem.

157. Contumelia est injuria ad ignominiam tendens.

158. Incontinentia est habitus cogens, præter rectam rationem, ad ea quæ jucunda esse videntur.

159. Pigritia est suscipiendi laboris fuga.

160. Timiditas incursionis capax prima vitæ causa est.

161. Calumnia est dissidium amicorum ex sermone ortum.

162. Occasio est qua quidque ad patiendum aut ad faciendum idoneum est.

163. Injustitia est habitus contemnens leges.

164. Indigentia est deminutio bonorum.

165. Verecundia est timor propter ignominiæ exspectationem.

166. Gloriatio est habitus simulator boni aut bonorum quæ non exstant.

167. Peccatum est actio a recta ratione abhorrens.

168. Invidentia est ægritudo suscepta propter amicorum facultates, quæ iis aut sunt aut fuerunt.

169. Impudentia est animi habitus patiens ignominiæ ob lucrum.

170 Temeritas est audaciæ abundantia degenerans in timores, in quos non oportet.

171. Ambitio est animi habitus omni occasione profusos sumtus inconsiderate faciens.

172. Pravum ingenium est innata pravitas et aberratio ab eo quod naturæ convenit : morbus ejus quod naturæ conjunctum est.

173. Spes est exspectatio boni.

174. Insania est habitus qui veram opinionem mente comprehensam corrumpit.

175. Loquacitas est incontinentia sermonis aversa a recta ratione.

176. Contrarietas est eorum quæ sub idem genus secundum differentiam aliquam cadunt maximum discrimen.

177. Non voluntarium est quod præter sententiam perficitur.

178. Eruditio est colendi animi facultas.

179. Παίδευσις παιδείας παράδοσις.

180. Νομοθετικὴ ἐπιστήμη ποιητικὴ πόλεως εὐπαγής.

181. Νουθέτησις λόγος ἐπιτιμητικὸς ἀπὸ γνώμης· λόγος ἁμαρτίας ἀποτροπῆς ἕνεκεν.

182. Βοήθεια κακοῦ κώλυσις ὄντος ἢ γιγνομένου.

183. Κόλασις ψυχῆς θεραπεία ἐπὶ ἁμαρτήματι γενομένῳ.

184. Δύναμις ὑπεροχὴ ἐν πράξει ἢ ἐν λόγῳ· ἕξις καθ' ἣν τὸ ἔχον δυνατόν ἐστιν· ἰσχὺς κατὰ φύσιν.

185. Σώζειν τὸ περιποιεῖν ἀβλαβῆ.

(Definitiones hæ leguntur in decem codicibus quos Bekkerus ad Platonis editionem adornandam contulit. Eorum unus Vindobonensis 32 titulum addit Ὅροι Σπευσίππου τοῦ Πλάτωνος recentiore manu scriptum, qui in reliquis libris desideratur. De paucis tantum locis agam. — [a] Fragm. 11, posui καὶ ἡ ἐκ τοῦ αὐτομάτου cum plerisque membranis; vulgo καὶ ἐκ τοῦ αὐτομάτου. — [b] Fragm. 28. ψυχῆς λογιστικῆς rescripsi cum Stephano et codd. nonnullis; vulgo λογιστικὴ vel λογιστικῶς — [c] Fragm. 38. ὠφέλεια αὐτάρκης ζωῆς, quod exprimit Ficinus, vulgavi; libri ὠφέλεια αὐτάρκης ζώου. — [d] Fragm. 39. ὀρθὸν καὶ τὸ σεμνότατον edidi; libri ὀρθὸν τὸν σεμνότατον vel ὀρθὸν τὸ σεμνότατον vel ὀρθὸν καὶ σεμνότατον. — [e] Fragm. 40. στοχαστικός ἐστιν ἐν ἑκάστῳ recepi ex cod. regio Parisiaco 3052; vulgo στοχαστικός ἐστιν ἑκάστῳ. — [f] Fragm. 84. λογιζομένου, quod passive accipiendum, prætuli alteri scripturæ λεγομένου. — [g] Fragm. 96. μετὰ πίστεως λογική scripsi cum Stephano et codice regio Paris. 3052; vulgo μεταπειστὸς ὑπὸ λόγου. — [h] Fragm. 101. καθ' ἑαυτὸ cum Stephano recepi ex libro Vaticano 679; vulgo ἑαυτοῦ. — [i] Fragm. 106. προγιγνωσκομένων scripsi, vulgo προγινωσκομένων. — [k] Fragm. 124. παρὰ θεῶν, quod interpretatur Ficinus, recepi ex libro Paris. 3052; vulgo παρὰ θεοῖς vel παρὰ θεῷ. — [l] Fragm. 159-160. ὄκνος φυγὴ πόνων ἀρχῆς. Δειλία ἀντιληπτικὴ ὁρμῆς πρώτη τοῦ εἶναι αἰτία scripsi Bekkerum secutus. Sed in codice regio Parisiaco 1807 et in Vaticano 796 pro ἀρχῆς legitur ἀρχή. Adde quod pro ὁρμῆς liber regius Paris. 1813 habet ὁρμὴ et pro αἰτία codex regius 1642 exhibet αἰτία συστολῆς. Similem lectionem exprimit Ficinus locum ita vertens : Pigritia est fuga laborum. Principium est prima causa, ut aliquid sit. Timiditas est affectio quæ percipit impetum. Conjicias igitur eum in vetusto exemplari hæc scripta repperisse : Ὄκνος φυγὴ πόνων. Ἀρχὴ πρώτη τοῦ εἶναι αἰτία. Δειλία διάθεσις ἀντιληπτικὴ ὁρμῆς. Neque tamen hoc pro certo affirmare ausim. — [m] Fragm. 182. γιγνομένου exaravi, quod est in cod. Vindobonensi 32; vulgo γινομένου, cujus loco Stephanus aliorum librorum scripturam γενομένου vulgavit.

186. Σῶμα μὲν ἐν κόλποις κατέχει τόδε γαῖα Πλάτωνος,
ψυχὴ δ' ἰσοθέων τάξιν ἔχει μακάρων.

(Epigramma hoc tribuitur Speusippo in Anthol. Planud. 31. Simile illud est, quod præter duo alia Platonis monumento inscriptum fuisse dicit Diogenes Laertius lib. III, 44 Γαῖα μὲν ἐν κόλπῳ κρύπτει τόδε σῶμα Πλάτωνος, ψυχὴ δ' ἀθανάτων τάξιν ἔχει μακάρων, υἱοῦ Ἀρίστωνος, τόν τις καὶ τηλόθι ναίων τιμᾷ ἀνὴρ ἀγαθός, θεῖον ἰδόντα βίον. Idem exstat in Anthol. Pal. VII, 61 pag. 285 ed. Dübner. Vide Bergkium ad Poët. lyr. Græc. p. 503 et Dübnerum l. c. pag. 425.

187. Σπεύσιππος Φιλίππῳ.

Ἀντίπατρος (1) ὁ φέρων τὴν ἐπιστολὴν τὸ μὲν γένος ἐστὶ Μάγνης, γράφει δὲ Ἀθήνησι πάλαι τὰς Ἑλληνικὰς πράξεις· ἀδικεῖσθαι δέ φησιν ὑπό τινος ἐν Μαγνησίᾳ. Διάκουσον οὖν αὐτοῦ (2) τὸ πρᾶγμα, καὶ βοήθησον, ὡς ἂν δύνῃ, καὶ προθυμότατα. Δικαίως δ' ἂν αὐτῷ βοηθήσειας διὰ πολλά, καὶ διότι παρ' ἡμῖν διαγνωσθέντος ἐν διατριβῇ τοῦ σοὶ πεμφθέντος ὑπὸ Ἰσοκράτους λόγου τότε, τὴν μὲν ὑπόθεσιν ἐπῄνεσε, τὸ δὲ παραλιπεῖν τὰς εἰς τὴν Ἑλλάδα γενομένας εὐεργεσίας ὑμῶν ἐνεχάλεσε. Πειράσομαι δ' αὐτῶν εἰπεῖν ὀλίγας. Ἰσοκράτης μὲν γὰρ (3) οὔτε τὰς εἰς τὴν Ἑλλάδα γενομένας εὐεργεσίας ὑπὸ σοῦ καὶ τῶν σῶν προ-

---

179. Institutio est doctrinæ traditio.

180. Ars ferendarum legum bene ordinata disciplina est, quæ rempublicam constituit.

181. Admonitio est sermo de industria reprehendentis : sermo ad errorem deprecandum accommodatus.

182. Auxilium est prohibitio mali præsentis aut nascentis.

183. Castigatio est animi sanatio propter delictum commissum.

184. Potentia est excellentia in actione aut sermone : habitus, quo quod eum gerit potens est : innatum robur.

185. Servare est incolumem tueri.

186. Corpus quidem hoc Platonis terra sinu complectitur.

Animus autem beatorum diis æqualium locum tenet.

187. Speusippus Philippo.

Antipater, qui tibi litteras affert, genere Magnes quidem est, sed Athenis jam dudum Græcorum res gestas scribit, aitque se a nescio quo in Magnesia injuriis affici. Audi ergo ex eo rem, atque opitulare homini, quantum in te situm est, et promtissime. Nam jure cum multis aliis nominibus illi præsidio eris, tum, quod quum apud nos in doctorum hominum congressu oratio ad te ab Isocrate missa examinaretur, argumentum quidem operis

γόνων δεδήλωκεν, οὔτε τὰς ὑπό τινων κατὰ σοῦ γεγενημένας διαβολὰς λέλυκεν, οὔτε Πλάτωνος ἐν τοῖς πρὸς σὲ πεμφθεῖσι λόγοις ἀπέσχηται. Καίτοι χρὴ (4) πρῶτον μὲν τὴν ὑπάρχουσαν οἰκειότητα πρὸς τὴν ἡμετέραν πόλιν αὐτὸν μὴ λαθεῖν, ἀλλὰ ποιῆσαι καὶ τοῖς ἀπὸ σοῦ γενομένοις φανεράν. Ἡρακλῆς γάρ (5), ὄντος νόμου τὸ παλαιὸν ἡμῖν μηδένα ξένον μυεῖσθαι, βουληθεὶς μυεῖσθαι γίγνεται Πυλίου (6) θετὸς υἱός. Τούτου δὲ ὄντος τοιούτου, τοὺς λόγους ἐξῆν Ἰσοκράτει λέγειν ὡς πρὸς πολίτην, ἐπειδὴ τὸ γένος ὑμῶν (7) ἐστιν ἀφ' Ἡρακλέους, μετὰ ταῦτα τὰς Ἀλεξάνδρου (8) τοῦ σοῦ προγόνου, καὶ τῶν ἄλλων τὰς εἰς τὴν Ἑλλάδα γενομένας εὐεργεσίας ἐξαγγέλλειν. Νυνὶ δὲ ὥσπερ ἀποῤῥήτους συμφορὰς αὐτῶν κατασεσιώπηκεν. Ξέρξου (9) γὰρ πρέσβεις ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα πέμψαντος γῆν καὶ ὕδωρ αἰτήσοντας, Ἀλέξανδρος τοὺς μὲν πρέσβεις ἀπέκτεινεν· ὕστερον δέ, στασιαζόντων τῶν βαρβάρων, οἱ Ἕλληνες ἐπὶ τὴν ἡμετέραν Ἡράκλειαν (10) ἀπήντησαν, Ἀλεξάνδρου δὲ τοῦ Ἀμύντου τὴν Θετταλῶν προδοσίαν (11) τοῖς Ἕλλησι μηνύσαντος, ἀναζεύξαντες οἱ Ἕλληνες δι' Ἀλέξανδρον ἐσώθησαν. Καίτοι τούτων χρὴ οὐ μόνον Ἡρόδοτον καὶ Δαμάστην (12) μεμνῆσθαι τῶν εὐεργεσιῶν, ἀλλὰ καὶ τὸν ἐν ταῖς τέχναις ἀποφαινόμενον ἐκ τοῦ τῶν προγόνων ἐγκωμίου εὔνους δεῖν ποιῆσαι τοὺς ἀκροατάς (13). Προσήκει δὲ καὶ τὴν ἐν Πλαταιαῖς ἐπὶ Μαρδονίου γεγενημένην δηλῶσαι, καὶ τὰς ἑξῆς τούτου τὰς τῶν σῶν προγόνων εὐεργεσίας. Οὕτως γὰρ ἂν ὁ περὶ (15) σοῦ γραφεὶς λόγος τῆς παρὰ τῶν Ἑλλήνων εὐνοίας ἔτυχε μᾶλλον, ἢ μηδὲν ἀγαθὸν περὶ τῆς ὑμετέρας βασιλείας εἰπόντος. Ἦν δὲ καὶ τὰ παλαίτερα διαλεχθῆναι (16) τῆς Ἰσοκράτους ἡλικίας, τὸ δέ, εὐθαλῶς, ὥς φησιν αὐτός, ἀνθούσης τῆς διανοίας. (17) Ἀλλὰ μὴν καὶ τὰς διαβολὰς ἐνῆν λῦσαι τὰς τὸ πλεῖστον ὑπ' Ὀλυνθίων γιγνομένας. Τίς γὰρ ἂν οὕτως εὐήθη σε νομίσειεν (18), ὥστε σοι πολεμούντων Ἰλλυριῶν καὶ Θρακῶν, ἔτι τε Ἀθηναίων καὶ Λακεδαιμονίων, καὶ ἄλλων Ἑλλήνων καὶ βαρβάρων, πόλεμον πρὸς Ὀλυνθίους ἐξενεγκεῖν; Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων οὐχ ἐν ἐπιστολῇ πρὸς σὲ μηκυντέον. Ἃ δέ ἐστιν οὐχ ἐμποδὼν τοῖς τυχοῦσιν εἰπεῖν, ἐκ πολλοῦ τε χρόνου τοῖς πᾶσι κατασεσιώπηται, συμφέρει δέ σοι πυθέσθαι, ταῦτά μοι δοκεῖ φράσειν (19), καὶ τούτων ἀξιώσειν εὐαγγέλια (20) δικαίαν χάριν Ἀντιπάτρῳ παρὰ σοῦ δοθῆναι. Περὶ γὰρ τῆς γιγνομένης Ὀλυνθίοις χώρας, ὡς ἔστι τὸ παλαιὸν Ἡρακλειδῶν, ἀλλ' οὐ Χαλκιδέων, ὁ φέρων τὴν ἐπιστολὴν (21) μόνος καὶ πρῶτος ἀξιοπίστους μύθους εἴρηκεν. Τὸν αὐτὸν γάρ, φησι, τρόπον Νηλέα (22) μὲν ἐν Μεσσήνῃ, Συλέα (23) δὲ περὶ τὸν Ἀμφιπολιτικὸν τόπον ὑφ' Ἡρακλέους ὑβριστὰς ὄντας ἀπολέσθαι, καὶ δοθῆναι παρακαταθήκην φυλάττειν, Νέστορι μὲν τῷ Νηλέως Μεσσήνην (24), Δικαίῳ δὲ τῷ Συλέως (25) ἀδελφῷ τὴν Φυλλίδα χώραν· καὶ Μεσσήνην μὲν ὕστερον πολλαῖς γενεαῖς Κρεσφόντην (26) κομίσασθαι, τὴν δὲ Ἀμφιπολῖτιν (27) Ἡρακλειδῶν οὖσαν Ἀθηναίους καὶ Χαλκιδεῖς λαβεῖν. Ὡσαύτως (28) ὑφ' Ἡρακλέους

---

laudavit, beneficia autem a vobis in Græciam collata silentio prætermissa esse questus est. Eorum pauca memorare conabor. Etenim Isocrates neque beneficia a te et majoribus tuis Græciæ tributa declaravit, neque probra a quibusdam in te jactata diluit, neque in scriptis ad te missis Platonis insectatione abstinuit. Atqui debebat ante omnia, quæ intercedat vobis cum nostra urbe necessitudo non ignorare, sed posteris tuis eam planam facere. Hercules enim, quum olim lege sanctum esset Athenis, ne peregrinus mysteriis initiaretur, initiari cupiens a Pylio adoptatus est. Quæ res quum ita se habeat, in te tanquam in civem, quoniam ab Hercule genus ducis, Isocrati dicta ingerere licebat, post hæc autem Alexandri, unius e majoribus tuis, cæterorumque beneficia apud Græcos collocata celebrare. At nunc ille quasi non divulgandas clades ipsorum res istas relicuit. Siquidem legatos a Xerxe in Græciam missos, qui aquam et terram poscerent, Alexander interfecit: deinde barbaris seditiose inter se certantibus, Græci Heracleam nostram petiverunt, et Alexandro Amyntæ filio ipsis Thessalorum proditionem indicanti prosperum in patriam reditum debuerunt. Quamquam horum beneficiorum non solum Herodotum ac Damasten memores esse oportebat, sed illum etiam qui in institutione oratoria tradit, e majorum laudibus auditorum benevolentiam oratori esse conciliandam. Præterea illud beneficium, quo ad Platæas sub Mardonio ornati estis, cæteraque huic proxima majorum tuorum merita declaranda erant. Talis enim oratio de te scripta Græcorum benevolentiam magis collegisset, quam hominis nullam laudem vestro regno tribuentis sermo. Licebat etiam res ante Isocratis ætatem gestas edisserere, præsertim quum, ut ipse dicit, incorrupta mentis sanitate esset. Poterat item criminationes repellere quæ ab Olynthiis plerumque afferebantur. Quis enim te adeo stultum existimabit, ut belligerantibus tecum Illyriis, Thracibus, præterea Atheniensibus et Lacedæmoniis, nec non cæteris Græcis et barbaris, Olynthiis arma inferas? Sed de his rebus in epistola ad te data non est copiosius disputandum. Quæ vero orationis cursum non morantur et ab omnibus jam pridem silentio præterita sunt, et quorum cognitio tibi prodesse potest: ea mihi dicenda videntur simulque a te petendum, ut pro illis Antipatro exoptatum nuntium afferenti meritum præmium des. Namque agrum, quem Olynthii possident, olim Heraclidarum, non Chalcidensium fuisse, ipse qui tibi litteras reddit, solus et primus probabili ratione demonstravit. Eodem enim modo ait Neleum apud Messenios, Syleum autem in regione Amphipolitana ab Hercule ut injuriosos trucidatos, et tanquam rem depositam Nestori quidem Nelei filio Messe-

ἀναιρεθῆναι κακούργους καὶ παρανόμους, Ἱπποκόωντα (29) μὲν ἐν Σπάρτῃ τύραννον, Ἀλκυονέα (30) δὲ ἐν Πολλήνῃ, καὶ Σπάρτην μὲν Τυνδάρεῳ, Ποτίδαιαν δὲ καὶ τὴν ἄλλην Παλλήνην Σιθῶνι (31) τῷ Ποσειδῶνος παρακαταθέσθαι (32), καὶ τὴν μὲν Λακωνικὴν τοὺς Ἀριστοδήμου παῖδας ἐν ταῖς Ἡρακλειδῶν καθόδοις ἀπολαβεῖν, Παλλήνην δὲ Ἐρετριεῖς καὶ Κορινθίους, καὶ τοὺς ἀπὸ Τροίας Ἀχαιούς, Ἡρακλειδῶν οὖσαν κατασχεῖν. Τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον ἐξαγγέλλει (33) περὶ τὴν Τορωναίαν τοὺς Πρωτεΐδας (34) τυράννους, Τμῶλον (35) καὶ Τηλέγονον ὡς Ἡρακλῆς ἀνέλοι, καὶ περὶ Ἀμβρακίαν Κλείδην καὶ τοὺς Κλείδου παῖδας ἀποκτείνας, Ἀριστομάχῳ μὲν τῷ Σιθῶνος τὴν Τορωναίαν τηρεῖν προστάξειεν, ἣν Χαλκιδεῖς ὑμετέραν οὖσαν κατῴκισαν· Λαδίκῃ δὲ καὶ Χαράττῃ (36) τὴν Ἀμβρακικὴν χώραν ἐγχειρίσειεν (37) ἀξιῶν ἀποδοῦναι τὰς παρακαταθήκας τοῖς ἀπ' αὐτοῦ γιγνομένοις (38). Ἀλλὰ μὴν καὶ τὰς ὑπογυίους Ἀλεξάνδρου τῆς Ἠδωνῶν χώρας κτήσεις Μακεδόνες πάντες ἴσασιν· καὶ ταῦτά ἐστιν οὐ προφάσεις Ἰσοκράτους, οὐδὲ ὀνομάτων ψόφος (39), ἀλλὰ λόγοι δυνάμενοι τὴν σὴν ἀρχὴν ὠφελεῖν. Ἐπειδὴ δὲ καὶ περὶ τῶν Ἀμφικτυονικῶν πραγμάτων δῆλος εἶ σπουδάζων, ἐβουλήθην σοι φράσαι μῦθον παρὰ Ἀντιπάτρου, τίνα τρόπον πρῶτον οἱ Ἀμφικτύονες συνέστησαν (40), καὶ πῶς ὄντες Ἀμφικτύονες Φλεγύαι μὲν ὑπὸ Ἀπόλλωνος (41) Δρύοπες δὲ ὑπὸ Ἡρακλέους (42), Κρισσαῖοι δὲ ὑπὸ Ἀμφικτυόνων ἀνῃρέθησαν (43). Οὗτοι γὰρ πάντες Ἀμφικτύονες γενόμενοι τῶν ψήφων ἀφῃρέθησαν, ἕτεροι δὲ τὰς τούτων ψήφους λαβόντες τῆς τῶν Ἀμφικτυόνων συντελείας μετέσχον, ὧν ἐνίους σέ φησι μεμιμῆσθαι, καὶ λαβεῖν ἆθλον Πυθίοις τῆς εἰς Δελφοὺς στρατείας παρὰ τῶν Ἀμφικτυόνων τὰς δύο Φωκέων (44) ψήφους. Ὧν ὁ τὰ παλαιὰ καινῶς (45), καὶ τὰ καινὰ παλαιῶς ἐπαγγελλόμενος διδάσκειν, λέγει νῦν οὔτε τὰς ἀρχαίας πράξεις, οὔτε τὰς ὑπὸ σοῦ νεωστὶ διαγωνισθείσας, οὔτε τὰς τοῖς χρόνοις μεταξὺ γενομένας μεμύθευκε. Καίτοι δοκεῖ τὰς μὲν οὐκ ἀκηκοέναι, τὰς δὲ οὐκ εἰδέναι, τῶν δὲ ἐπιλελῆσθαι. Πρὸς δὲ τούτοις ἐπὶ πράξεις σε δικαίας παρακαλῶν ὁ σοφιστής, τὴν μὲν Ἀλκιβιάδου φυγὴν καὶ κάθοδον ἐπαινῶν, ἐν παραδείγματι δεδήλωκε, τὰ δὲ μείζω καὶ καλλίω πράγματα τῷ πατρί σου πραχθέντα παρέλιπεν. Ἀλκιβιάδης (46) μὲν γὰρ ἐπ' ἀσεβείᾳ φυγών, καὶ πλεῖστα τὴν πατρίδα τὴν αὐτοῦ κακῶς ποιήσας, εἰς αὐτὴν κατῆλθεν· Ἀμύντας δὲ ὑπὲρ βασιλείας στάσει (47) νικηθεὶς βραχὺν χρόνον ὑποχωρήσας (48), μετὰ ταῦτα πάλιν Μακεδονίας ἦρξεν. Εἶθ' ὁ μὲν πάλιν φυγὼν αἰσχρῶς τὸν βίον ἐτελεύτησεν, ὁ δὲ σὸς πατὴρ βασιλεύων κατεγήρασεν. Παρήνεγκε δέ σοι καὶ τὴν Διονυσίου (49) μοναρχίαν, ὥσπερ προσῆκόν σοι τοὺς ἀσεβεστάτους, ἀλλ' οὐ τοὺς σπουδαιοτάτους μιμήσασθαι, καὶ ζηλωτὴν τῶν κακίστων, ἀλλ'

---

nen, sed Dicæo, Sylei fratri Phyllida regionem custodiendam traditam esse, et Messenen multis sæculis post ad Cresphonten pervenisse, Amphipolitana autem regione, quæ Heraclidarum erat, Athenienses et Chalcidenses esse potitos. Similiter ab Hercule Hippocoontem Spartanorum, item Alcyoneum Pallenæorum tyrannos facinorosos jurisque violatores obtruncatos, ac Spartam Tyndareo, Potidæam et reliquam Pallenen Sithoni Neptuni filio concreditas esse, Laconicam vero in Heraclidarum reditu Aristodemi filios recuperasse: Pallenen denique Eretrienses atque Corinthios Achivosque, qui Troja venerant, Heraclidarum quum esset, occupasse. Eadem ratione Protei filios tyrannos, Tmolum et Telegonum circa Toronæam refert ab Hercule occisos esse, qui etiam in Ambracia Clide ejusque filiis interemtis, Aristomacho Sithonis filio, ut Toronæam servaret, mandaverit, quam Chalcidenses, vestra quum esset, incolis frequentarunt: Ladicæ autem et Charattæ fidei Ambraciam regionem commiserit, eo animo ut stirpi ex se relictæ depositum redderent. Quid? quod recentes quoque Alexandri Hedonorum regis possessiones Macedones omnes norunt: atque hæc non sunt velamenta, quæ Isocrates orationi suæ quæsiverit, neque inanis verborum sonitus, sed argumenta ad confirmandum imperium tuum accommodata. Sed quando et in Amphictyonum rebus aperte operam ponis, allata ex Antipatro fabula tibi exponere volui, qua ratione Amphictyones primum societatem coierint, et quomodo quum Amphictyones essent Phlegyæ ab Apolline, Dryopes ab Hercule, Crissæi ab Amphictyonibus deleti sint. Hi enim omnes qui Amphictyones essent suffragio privati sunt, aliique illorum loco jam suffragia ferentes Amphictyonum concilio accesserunt, quorum nonnullos ait te imitatum Pythiis Delphicæ expeditionis præmium duplicem Phocensium calculum ab Amphictyonibus accepisse. Quæ omnia homo ille, qui se antiqua novo modo, recentia per speciem vetustatis docere profitetur, silentio præterit, quippe qui neque majorum gesta, neque facinora nuper a te fortiter et animose facta, neque opera interposito spatio edita enarraverit. Quamquam mihi videtur ea partim non audivise, partim non nosse, partim oblivioni dedisse. Præterea quum dicendi artifex te ad honestas actiones adhortaretur, Alcibiadis quidem exsilium atque in patriam reditum mirifice laudatum tibi tanquam exemplum proposuit, sed majora et pulchriora patris tui facta prætermisit. Alcibiades enim quamvis ob impietatem exsilio multatus esset plurimaque detrimenta patriæ importasset, tamen eam repetiit: Amyntas autem in regno occupando primum seditione superatus parumper cessit, deinde iterum regni Macedonici potitus est. Postea ut ille rursus exilium ejectus turpiter vitam finivit: ita tuus pater in regia potestate consenuit. Porro Dionysii dominationem tibi proposuit, tanquam si te deceret nequissimos, non probis-

οὐ τῶν δικαιοτάτων γενέσθαι. Καί φησι μὲν ἐν ταῖς τέχναις προσήκειν οἰκεῖα καὶ γνώριμα τὰ παραδείγματα (50) φέρειν· ὀλιγωρήσας δὲ τῆς τέχνης, ἀλλοτρίοις καὶ τοῖς αἰσχίστοις, καὶ τοῖς πρὸς τὸν λόγον ὡς ἐναντιωτάτοις παραδείγμασι χρῆται. Καίτοι πάντων καταγελαστότατα τοιαῦτα γράφων χαριέντως ἀμύνασθαί φησι τῶν μαθητῶν τοὺς ἐπιτιμῶντας (51). Οἱ δὲ χειρωθέντες ὑπὸ τῶν αὐτῷ πλησιαζόντων ἀκμαζόντων τῆς ῥητορικῆς τῇ δυνάμει (52), καὶ παρὰ ταῦτα οὐδὲν ἔχοντες εἰπεῖν οὕτως ἐπήνεσαν τὸν λόγον, ὥστε τὸ πρωτεῖον τῶν λόγων τῷ λόγῳ τούτῳ δεδώκασι. Καταμάθοις δ' ἂν ἐν βραχεῖ τὴν Ἰσοκράτους ἱστορίαν ἐξ ὧν Κυρηναίους μὲν ποιεῖ (53) τοὺς ἀκούοντας ἀποίκους Λακεδαιμονίων, τὸν δὲ Ποντικὸν (54) μαθητὴν ἀπέδειξε τῆς αὐτοῦ σοφίας διάδοχον, οὗ σὺ πολλοὺς τεθεαμένος σοφιστὰς βδελυρώτερον οὐχ ἑώρακας. Πυνθάνομαι δὲ καὶ Θεόπομπον (55) παρ' ὑμῖν μὲν εἶναι πάνυ ψυχρόν, περὶ δὲ Πλάτωνος βλασφημεῖν (56), καὶ ταῦτα, ὥσπερ οὐ Πλάτωνος τὴν ἀρχὴν τῆς ἀρχῆς ἐπὶ Περδίκκα (57) κατασκευάσαντος καὶ διὰ τέλους χαλεπῶς φέροντος, εἴ τι γίγνοιτο παρ' ὑμῖν ἀνήμερον ἢ μὴ φιλάδελφον. Ἵνα οὖν Θεόπομπος παύσηται τραχὺς ὤν, κέλευσον Ἀντίπατρον παραναγνῶναι τῶν ἑλληνικῶν πράξεων αὐτῷ, καὶ γνώσεται Θεόπομπος δικαίως μὲν ὑπὸ πάντων ἐξαλειφόμενος, ἀδίκως δὲ παρὰ σοῦ χορηγίας τυγχάνων. Ὁμοίως δὲ καὶ Ἰσοκράτης, ἐπειδὴ νέος μὲν ὢν εἰς τὸν δῆμον μετὰ Τιμοθέου (59) καθ' ὑμῶν ἐπιστολὰς αἰσχρὰς ἔγραψε, νυνὶ δὲ πρεσβύτης ὢν ὥσπερ ἀγνοῶν, ἢ φθονῶν (60) τὰ πλεῖστα τῶν ὑμῖν ὑπαρχόντων ἀγαθῶν (61) παραλέλοιπεν· ἀπέσταλκε δέ σοι λόγον, ὃν τὸ μὲν πρῶτον ἔγραψεν Ἀγησιλάῳ, μικρὰ διασκευάσας ὕστερον ἐπώλει τῷ Σικελίας τυράννῳ (62) Διονυσίῳ· τὸ δὲ τρίτον τὰ μὲν ἀφελών, τὰ δὲ προσθεὶς ἐμνήστευσεν Ἀλεξάνδρῳ τῷ Θετταλῷ· τὸ δὲ τελευταῖον νῦν πρὸς σὲ γλίσχρως αὐτὸν ἐπηκόντισεν. Βουλοίμην δ' ἂν χωρῆσαι τὸ βυβλίον (63) ἀναμνῆσαι τὰς ἐν τῷ λόγῳ πρὸς σὲ πεμφθείσας ὑπ' αὐτοῦ προφάσεις. Ἐπὶ μὲν γὰρ Ἀμφιπόλεώς φησι κωλῦσαι τὴν γενομένην εἰρήνην γράψαι λόγον ὑπὲρ τῆς Ἡρακλέους ἀθανασίας (64), ὕστερον δὲ αὐτῷ σοι φράσειν. Ὑπὲρ ἐνίων δὲ διὰ τὴν ἡλικίαν ὁμολογῶν (65) μαλακώτερον γράφειν, συγγνώμης ἀξιοῖ τυχεῖν· μὴ θαυμάζειν δέ, εἰ καί πως ἀναγνοὺς ὁ Ποντικὸς (66) ἀμβλύτερον καὶ φαυλότερον ποιεῖ φαίνεσθαι τὸν λόγον· τὸν Πέρσην δὲ ὡς καταστρατηγήσεις αὐτὸν εἰδέναι σέ φησιν. Ἀλλὰ γὰρ τὰς λοιπὰς σκήψεις γράψοντα (67) ἐπιλείπει με τὸ βυβλίον· (68) τοσαύτην ἡμῖν σπάνιν βυβλίων βασιλεὺς Αἴγυπτον λαβὼν πεποίηκεν. Ἔρρωσο, καὶ Ἀντιπάτρου διὰ ταχέων ἐπιμεληθεὶς πρὸς ἡμᾶς αὐτὸν ἀπόστειλον.

(Epistola hæc omisso auctoris nomine simpliciter Φιλίππῳ inscripta, quæ inter Socraticas trigesima est, legitur apud Orellium (in Epist. Socraticorum et Pythagoreorum Lipsiæ 1815) pag. 35-39. Eam autem cum Leone Allatio et aliis Speusippo vindicamus, quia convenit cum ejusdem philosophi loco quem ex litteris ad Philippum Macedonem missis Carystius Perga-

---

simos imitari, et pessimorum, non justissimorum regum æmulatorem esse. Sed quamquam ipse in institutione oratoria tradit, apta notaque exempla esse afferenda, tamen oblitus artis alienis, turpissimis et argumento quam maxime contrariis exemplis utitur. Verum cum alias res perridiculas scribit, tum omnium lepidissime ait, ulturum se discipulos ipsum objurgantes. At illi circumventi ab ejus assectatoribus dicendi facultate florentibus quum nihil præter hæc dicere possent, tanto plausu exceperunt orationem, ut ex omnibus orationibus dignitatis principatum huic dederint. Animadvertes autem brevi, quæ sit in Isocrate rerum cognitio, siquidem Cyrenenses qui vocantur Lacedæmoniorum colonos facit, et Ponticum discipulum suæ sapientiæ successorem atque heredem instituit, quo tu, licet multos conspexeris sophistas, neminem impuriorem vidisti. Accipio etiam Theopompum apud vos deversantem, hominem valde frigidum, verborum contumeliis lacerare Platonem, idque quasi non a Platone tempore Perdiccæ regni tui fundamenta jacta sint, et perpetuo hoc ægre tulerit Plato, si quid apud vos minus humanum, et quod a fraterno amore abhorreret, contigisset. Ut igitur Theopompus agrestis esse desinat, jube Antipatrum Græcorum res gestas illo audiente in comparationem diligentiæ legere; et Theopompus jure quidem ab omnibus abjici, injuria vero a te beneficiis se ornari sentiet. Similiter et Isocrates, postquam juvenis adhuc una cum Timotheo contra vos epistolas probrosas ad populum scripsit, nunc senex, quasi ignoraret, aut invideret, majorem virtutum vestrarum partem silentio præteriit, misitque ad te orationem, quam primum Agesilao inscripserat, deinde paucis mutatis Dionysio, Siciliæ tyranno, vendidit: tum aliis demtis aliis additis Alexandro Thessalo despondit: postremo nunc illiberaliter in te, ut ita dicam, jaculatus est. Vellem autem charta sufficeret ad commemorandas speciosas, quibus in oratione ad te missa utitur, excusationes. Nam de Amphipoli fatetur, pacem factam obstitisse, ne orationem super Herculis immortalitate scriberet, se tamen in posterum ea de re tibi verba facturum. Quum vero nonnulla propter ætatem se languidius tractasse confiteatur, veniam sibi dari vult, nec mirari te, si forte Pontico remissius recitante abjectior etiam et humilior tibi videatur oratio; Persarum autem regem a te profligatum iri se scire affirmat. Sed enim reliqua quæ prætendit scripturum deficit me charta: ad tantam papyri inopiam nos redegit rex Ægypto potitus. Vale et Antipatrum celeriter opera tua sublevatum ad nos remitte.

menus in commentarios rettulit exscripsitque Athenæus XI, p. 506. e. De singulis locis pauca dicenda. 1 Ἀντίπατρος videtur esse Alexandri successor, de quo Suidas : Ἀντίπατρος Ἰολάου, πόλεως δὲ Παλιούρας τῆς Μακεδονίας, στρατηγὸς Φιλίππου, εἶτα Ἀλεξάνδρου, καὶ διάδοχος βασιλείας, μαθητὴς Ἀριστοτέλους, κατέλιπεν ἐπιστολῶν σύγγραμμα ἐν βιβλίοις δυσί, καὶ ἱστορίαν, τὰς Περδίκκου πράξεις Ἰλλυρικὰς κτλ. Cf. Fabric. Bibl. Græc. Vol. III pag. 465 ed. Harl. — 2 αὐτοῦ] correxit Allatius; codd. αὐτῷ. — 3 Sequitur censura quintæ orationis Isocrateæ, quam multis nominibus Speusippus reprehendit. — 4 χρὴ] quominus in χρῆν mutes, obstat idem præsentis temporis usus in sequentibus. — 5 Ἡρακλῆς γάρ, ὄντος κτλ.] Ita locum emendavit Hemsterhusius ad Schol. Aristoph. Plut. v. 1014, ubi hæc leguntur : ἐστὶ καὶ μικρὰ μυστήρια γινόμενα δι' Ἡρακλέα. Ἡρακλῆς γὰρ ἐπιστὰς ἠξίου μυεῖσθαι, ἔθος δὲ ἦν Ἀθηναίοις ξένον μὴ μυεῖν. Μὴ βουλόμενοι δὲ λῦσαι τὸ ἔθος μηδὲ ἀπῶσαι τὸν εὐεργέτην Ἡρακλέα, ἐπενόησαν μυστήρια εὐμετάδοτα. — 6 Πυλίου] Ita rescribendum esse docet Scholiastes Homeri ad Iliad. θ. 368 : ἦλθεν Ἡρακλῆς πρὸς Εὔμολπον εἰς Ἐλευσῖνα, βουλόμενος μυηθῆναι· ἦν δὲ οὐχ ἐξὸν ξένοις τότε μυεῖσθαι· διὸ γίνεται Πυλίου θετὸς υἱός, καὶ διαγενόμενος ἐμυεῖτο. Cf. Apollodorus II, 5, 12; codd. Πηλίου. — 7 ὑμῶν] Philippus, Alexandri pater, ab Hercule se oriundum ferebat. Vid. Theocrit. Idyll. XVII et Plutarchum in vit. Alexandri cap. 1. Quare aliorum codd. lectio ἡμῶν ferri non potest. — 8 τὰς Ἀλεξάνδρου] Vid. Herodot. IX, 44 et 45. — 9 Confundit tempora epistolæ auctor. Legatos enim non Xerxis, qui ei amicissimus erat, adeo ut ab rege Græciam occupante totam regionem inter Olympum et Hæmum montes interjectam dono acciperet, sed Darii Hystaspis ad patrem Amyntam, Macedonum regem, missos, qui terram et aquam poscerent, super vinum et epulas trucidavit Alexander. Testes sunt Herodotus lib. V cap. 17-21 et Justin. lib. VII, cap. 3. — 10 ἐπὶ τὴν ἡμετέραν Ἡράκλειαν] scripsi; codd. ἐπὶ τὸ ἡμέτερον Ἡράκλειον. Est autem intelligenda urbs illa Phthiotidis prope sinum Maliacum et Thermopylas sita, quæ Ἡράκλεια Φθιώτιδος vel ἡ ἐν Τραχῖνι vocari solet. Cf. Thucyd. III, 92 IV, 78; Strabo I p. 60; Ptolem. III, 13, 46; Hermippus apud Athen. XI p. 461. e. Cæterum ἡμετέραν dicit, quia Græcorum erat colonia a Lacedæmoniis ibi constituta. — 11 Ἀλεξάνδρου δὲ τοῦ Ἀμύντου τὴν Θετταλῶν προδοσίαν] scripsi; codd. Ἀλεξάνδρου δὲ τὴν Ἀλέου καὶ Θετταλῶν προδοσίαν. Vid. Herod. VII, 172 seq. — 12 Δαμάστην] intelligit Damasten, Dioxippi filium, historicum, memoratum a Dionysio Halicarnassensi de Thucydidis charactere Vol. VI pag. 818 ed. Reisk. Plutarcho in vita Camilli, Valerio Maximo lib. VIII cap. 13, aliis, de quo Suidas hæc tradit : Δαμάστης Σιγειεὺς ἀπὸ Σιγείου, γῆς τῆς Τρωάδος, Διωξίππου υἱὸς γεγονώς, πρὸ τῶν Πελοποννησιακῶν, σύγχρονος Ἡροδότου, τῶν παλαιτάτων ἱστορικός· γέγραφε περὶ τῶν ἐν Ἑλλάδι γενομένων περὶ γονέων καὶ προγόνων, τῶν εἰς Ἴλιον στρατευσαμένων βιβλία δύο, ἐθνῶν κατάλογον καὶ πόλεων, περὶ ποιητῶν καὶ σοφιστῶν, καὶ ἄλλα συχνά· γέγονε δὲ Ἑλλανίκου μαθητής. Contemnitur a Strabone qui Eratosthenem reprehendit, quod illius et similium scriptorum testimoniis sententiam suam confirmet. Strabonis verba sunt lib. I pag. 47 ed. Casaub. οὐδὲ τοῦτ' εὖ Ἐρατοσθένης, ὅτι ἀνδρῶν οὐκ ἀξίων μνήμης ἐπὶ πλέον μέμνηται, τὰ μὲν ἐλέγχων τὰ δὲ πιστεύων καὶ μάρτυσι χρώμενος αὐτοῖς, οἷον Δαμάστῃ καὶ τοιούτοις ἄλλοις. κ. τ. λ. — 13 ἐκ τοῦ τῶν προγόνων ἐγκωμίου εὔνους δεῖν ποιῆσαι τοὺς ἀκροατάς] scripsi; codd. ἐκ τῆς προγ... εὔνους δεῖν προσεῖναι τοὺς ἀκροατάς. — 14 τὴν ἐν Πλαταιαῖς ἐπὶ Μαρδονίου γεγενημένην] Vid. Herodot. IX, 44. — 15 περὶ] correxit Allatius; codd. παρά. — 16 τὰ παλαίτερα διαλεχθῆναι] posui; membranæ τὰ παλαιὰ διαλεχθῆναι. — 17 τὸ δέ, εὐθαλῶς, ὥς φησιν αὐτός, ἀνθούσης τῆς διανοίας] spectat Isocratis verba orat. V, pag. 84 ed. Steph. ταῦτα δὲ διανοηθείς, καὶ νομίσας οὐδέποτ' ἂν εὑρεθῆναι καλλίω ταύτης ὑπόθεσιν οὐδὲ κοινοτέραν οὐδὲ μᾶλλον ἅπασιν ἡμῖν ξυμφέρουσαν, ἐπήρθην πάλιν γράψαι περὶ αὐτῆς, οὐκ ἀγνοῶν οὐδὲν τῶν περὶ ἐμαυτόν, ἀλλ' εἰδὼς μὲν τὸν λόγον τοῦτον οὐ τῆς ἡλικίας τῆς ἐμῆς δεόμενον, ἀλλ' ἀνδρὸς ἀνθοῦσαν τὴν ἀκμὴν ἔχοντος καὶ τὴν φύσιν πολὺ τῶν ἄλλων διαφέροντος. — 18 τίς γὰρ ἂν οὕτως εὐήθη σε νομίσειεν] emendavit Schæfer. libri τίς γὰρ ἂν οὕτως εὐήθης νομίσειεν. — 19 ταῦτα μοι δοκεῖ (al. δοκῶ) φράσειν] verborum junctura nequaquam mendosa. Vid. Matthiæ Gramm. Gr. § 506. VI. Adde Krugerum ad Thucyd. I, 27, 2 et Lobeck. ad Phryn. p. 747 seqq. — 20 εὐαγγέλια] reposui; codd. εὐαγγελίᾳ. — 21 ὁ φέρων τὴν ἐπιστολήν] sequentia de Herculis rebus gestis et tyrannorum occisorum regnis, quæ frustra alibi quæras, ex Antipatri historiis excerpta videntur. — 22 Νηλέα] Vid. Apollodor. Bibl. lib. II cap. 7, 3 et ibi Heynium p. 187. — 23 Συλέα] correxit Orellius; libri Δυλέα. — 24 Νέστορι μὲν τῷ Νηλέως Μεσσήνην] Rem narrat Philostratus in Heroicis pag. 696 ed. Olear. — 25 Δικαίῳ δὲ τῷ Συλέως ἀδελφῷ] correxit Orellius; libri Δικαίῳ δὲ τῷ Νηλέως ἀδελφῷ Cf. Conon. Narrat. XVII. — 26 Κρεσφόντην] scripsi; libri Κρε-

σφόντα. Vid. Pausan. lib. IV cap. III. — 27 Ἀμφιπολῖτιν] emendavit Schæfer; codd. Ἀμφιπολίτην. — 28 ὡσαύτως] correxit Allatius; libri ὁ δ' αὔτως. — 29 Ἱπποκόωντα] Vide Pausan. III, 15. Diodor. IV, 33. Apollodor. II, 7, 4 et III, 10, 5. — 30 Ἀλκυονέα] Cf. Apollodor. lib. I cap. VI, 1. — 31 Σιθῶνι] al. Σίθωνι, ut apud Parthen. ἐρωτ. παθ. cap. 6. Cf. Conon. Narrat. X. — 32 παρακαταθέσθαι] i. e. ἐγχειρισθῆναι. Vid. Matthiæ Gr. § 496. 8. — 33 ἐξαγγέλλει] correxit Bremius; codd. ἐξαγγέλλειν. — 34 Πρωτείδας] scripsi; libri Πρωτίδας. — 35 Τμῶλον καὶ Τηλέγονον] Confudisse videtur Speusippus Tmolum, Lydorum regem, Omphales maritum, qui moriens uxori regnum reliquit, cum Polygono, Protei filio, ab Hercule cæso. Sic enim Apollodorus lib. II cap. V, 9 ἐκ Θάσου δὲ ὁρμηθεὶς (Ἡρακλῆς) ἐπὶ Τορώνην, Πολύγωνον καὶ Τηλέγονον, τοὺς Πρωτέως τοῦ Ποσειδῶνος υἱούς, παλαίειν προκαλουμένους, κατὰ τὴν πάλην ἀπέκτεινε. — 36 Λαδίκη δὲ καὶ Χαράττη] posui præeunte Bremio; codd. Λαδίκη καὶ Χαράττη. — 37 ἐγχειρίσειεν] correxit Bremius; libri ἐγχειρήσειεν. — 38 ἀπ' αὐτοῦ γιγνομένοις] scripsi; codd. ὑπ' αὐτοῦ γιγνομένοις. — 39 ὀνομάτων ψόφος] emendavit Valckenarius ad Eur. Phœn. v. 397 pag. 249. Vide eundem in Callimacheis p. 285; codd. ὀνομάτων ψόγος. — 40 τίνα τρόπον πρῶτον οἱ Ἀμφικτύονες συνέστησαν] Cf. Dionysius Halicarnassensis antiq. rom. lib. IV cap. 25 vol. II p. 702 ed. Reisk; Pausanias lib. II cap. VII, lib. X cap. VIII et alibi. — 41 Φλεγύαι μὲν ὑπὸ Ἀπόλλωνος] De Phlegyis pestilentia deletis vid. Pausan. lib. IX cap. 36. — 42 Δρύοπες δὲ ὑπὸ Ἡρακλέους] cf. Apollodor. lib. II cap. VII, 7. — 43 Κρισσαῖοι δὲ ὑπὸ Ἀμφικτυόνων ἀνηρέθησαν] Vide Strabonem lib. IX p. 416 seqq. ed. Casaub. — 44 καὶ λαβεῖν ἆθλον Πυθίοις τῆς εἰς Δελφοὺς στρατείας παρὰ τῶν Ἀμφικτυόνων τὰς δύο Φωκέων ψήφους] scripsi cum Orellio; codd. καὶ λαβεῖν ἆθλον Πυθίοις τῆς εἰς Δελφοὺς στρατείας παρὰ τῶν Ἀμφικτυόνων. Τὰς δὲ Φωκέων ψήφους. Hanc correctionem firmat Diodorus Siculus lib. XVI cap. 60 sic scribens: ἔδοξεν οὖν τοῖς συνέδροις μεταδοῦναι τῷ Φιλίππῳ καὶ τοῖς ἀπογόνοις αὐτοῦ τῆς Ἀμφικτυονίας, καὶ δύο ψήφους ἔχειν, ἃς πρότερον οἱ καταπολεμηθέντες Φωκεῖς εἶχον, ubi vide Wesseling. — 45 ὧν ὁ τὰ παλαιὰ καινῶς κτλ.] Ita Isocrates Paneg. p. 42. Carpit hoc dictum Longinus de sublimi dicendi genere cap. 38 ὁ γοῦν Ἰσοκράτης, οὐκ οἶδ' ὅπως, παιδὸς πρᾶγμα ἔπαθεν, διὰ τὴν τοῦ πάντα αὐξητικῶς ἐθέλειν λέγειν φιλοτιμίαν. Ἔστι μὲν γὰρ ὑπόθεσις αὐτῷ τοῦ Πανηγυρικοῦ λόγου, ὡς ἡ Ἀθηναίων πόλις ταῖς εἰς τοὺς Ἕλληνας εὐεργεσίαις ὑπερβάλλει τὴν Λακεδαιμονίων. Ὁ δ' εὐθὺς ἐν τῇ εἰσβολῇ ταῦτα τίθησιν. Ἔπειθ' οἱ λόγοι τοσαύτην ἔχουσι δύναμιν, ὥσθ' οἷόν τ' εἶναι καὶ τὰ μεγάλα ταπεινὰ « ποιῆσαι, καὶ τοῖς μικροῖς περιθεῖναι μέγεθος, καὶ τὰ παλαιὰ καινῶς εἰπεῖν, καὶ περὶ τῶν νεωστὶ γεγενημένων ἀρχαίως διελθεῖν. » Οὐκοῦν φησί τις, Ἰσόκρατες, οὕτως μέλλεις καὶ τὰ περὶ Λακεδαιμονίων καὶ Ἀθηναίων ἐναλλάττειν; Σχεδὸν γὰρ τὸ τῶν λόγων ἐγκώμιον ἀπιστίας τῆς καθ' αὑτοῦ τοῖς ἀκούουσι παράγγελμα καὶ προοίμιον ἐξέθηκε. — 46 Ἀλκιβιάδης μὲν γὰρ] Isocrates orat. V pag. 94 ed. Steph. σκέψαι δὲ πρῶτον τὰ περὶ Ἀλκιβιάδην· ἐκεῖνος γὰρ φυγὼν παρ' ἡμῶν κτλ. — 47 στάσει νικηθεὶς] reposuit Allatius; codd. στάσιν εἰκηθείς vel στάσει οἰκηθείς. — 48 βραχὺν χρόνον ὑποχωρήσας] Isocrates in Archidamo pag. 125 παραπλήσια δὲ τούτοις Ἀμύντας ὁ Μακεδόνων βασιλεὺς ἔπραξεν. Ἡττηθεὶς γὰρ ὑπὸ τῶν βαρβάρων τῶν προσοικούντων μάχῃ καὶ πάσης Μακεδονίας ἀποστερηθεὶς τὸ μὲν πρῶτον ἐκλιπεῖν τὴν χώραν διενοήθη καὶ τὸ σῶμα διασώζειν, ἀκούσας δέ τινος ἐπαινοῦντος τὸ πρὸς Διονύσιον ῥηθέν, καὶ μεταγνοὺς ὥσπερ ἐκεῖνος, χωρίον μικρὸν καταλαβὼν καὶ βοήθειαν ἐνθένδε μεταπεμψάμενος ἐντὸς μὲν τριῶν μηνῶν κατέσχεν ἅπασαν Μακεδονίαν, τὸν δ' ἐπίλοιπον χρόνον βασιλεύων γήρᾳ τὸν βίον ἐτελεύτησεν. Cf. Diod. Sic. XV, 19. — 49 παρήνεγκε δέ σοι καὶ τὴν Διονυσίου μοναρχίαν] Isocrates orat. V pag. 95 Διονύσιος τοίνυν (βούλομαι γὰρ ἐκ πολλῶν σε πεισθῆναι ῥᾳδίαν εἶναι τὴν πρᾶξιν, ἐφ' ἥν σε τυγχάνω παρακαλῶν) πολλοστὸς ὢν Συρακουσίων καὶ τῷ γένει καὶ τῇ δόξῃ καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν, ἐπιθυμήσας μοναρχίας ἀλόγως καὶ μανικῶς, καὶ τολμήσας ἅπαντα πράττειν τὰ φέροντα πρὸς τὴν δύναμιν ταύτην, κατέσχε μὲν Συρακούσας, ἁπάσας δὲ τὰς ἐν Σικελίᾳ πόλεις, ὅσαι περ ἦσαν Ἑλληνίδες, κατεστρέψατο, τηλικαύτην δὲ δύναμιν περιεβάλετο καὶ πεζὴν καὶ ναυτικήν, ὅσην οὐδεὶς ἀνὴρ τῶν πρὸ ἐκείνου γενομένων. — 50 προσήκειν οἰκεῖα καὶ γνώριμα τὰ παραδείγματα] Demosthenes orat. Olynth. II cap. 7 οὐ γὰρ ἀλλοτρίοις ὑμῖν χρωμένοις παραδείγμασιν, ἀλλ' οἰκείοις, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, εὐδαίμοσιν ἔξεστι γενέσθαι. — 51 χαριέντως ἀμύνασθαί φησι τῶν μαθητῶν τοὺς ἐπιτιμῶντας] Isocrates orat. V pag. 85 ed. Steph. οὐκ ὀκνήσω δὲ πρὸς σὲ κατειπεῖν ἐφ' οἷς ἐλύπησάν τινές με τῶν πλησιασάντων· οἶμαι γὰρ ἔσεσθαί τι προὔργου. Δηλώσαντος γάρ μου πρὸς αὐτούς, ὅτι μέλλω σοι λόγον πέμπειν, οὐκ ἐπίδειξιν ποιησόμενον οὐδ' ἐγκωμιασόμενον τοὺς πολέμους τοὺς διὰ σοῦ γεγενημένους (ἕτεροι γὰρ τοῦτο ποιήσουσιν), ἀλλὰ πειρασόμενόν σε προτρέπειν ἐπὶ πράξεις οἰκειοτέρας καὶ καλλίους καὶ μᾶλλον συμφερούσας ὧν νῦν τυγχάνεις προῃρημένος, οὕτως ἐξεπλάγησαν, μὴ διὰ τὸ γῆρας ἐξεστηκὼς ὦ τοῦ φρονεῖν, ὥστ' ἐτόλμησαν ἐπιπλῆξαί μοι, πρότερον οὐκ εἰωθότες τοῦτο ποιεῖν, λέγοντες ὡς ἀτόποις καὶ λίαν ἀνοήτοις ἐπιχει-

ρῷ πράγμασιν, ὅστις Φιλίππῳ συμβουλεύσοντα λόγον μέλλεις πέμπειν. Idem paucis interjectis sic pergit : ταῦτ' ἀκούσας, ὡς μὲν τὸ πρῶτον ἐξεπλάγην, καὶ πάλιν ὡς ἀναλαβὼν ἐμαυτὸν ἀντεῖπον πρὸς ἕκαστον τῶν ῥηθέντων, παραλείψω, μὴ καὶ δόξω τισὶ λίαν ἀγαπᾶν, εἰ χαριέντως αὐτοὺς ἠμυνάμην. Λυπήσας δ' οὖν μετρίως (ὡς ἐμαυτὸν ἔπειθον) τοὺς ἐπιπλῆξαί μοι τολμήσαντας, τελευτῶν ὑπεσχόμην μόνοις αὐτοῖς τὸν λόγον τῶν ἐν τῇ πόλει δείξειν, καὶ ποιήσειν οὐδὲν ἄλλο περὶ αὐτοῦ πλὴν ὅ, τι ἂν ἐκείνοις δόξῃ. Τούτων ἀκούσαντες ἀπῆλθον, οὐκ οἶδ' ὅπως τὴν διάνοιαν ἔχοντες. — 52 οἱ δὲ χειρωθέντες ὑπὸ τῶν αὐτῷ πλησιαζόντων ἀκμαζόντων τῆς ῥητορικῆς τῇ δυνάμει] scripsi; codd. οἱ δὲ χειρωθέντες τῶν αὐτῷ πλησιαζόντων ἀκμάζοντες τῆς ῥητορικῆς τῇ δυνάμει. Spectavit autem Speusippus hunc Isocratis locum orat. V pag. 87 πλὴν οὐ πολλαῖς ἡμέραις ὕστερον ἐπιτελεσθέντος τοῦ λόγου καὶ δειχθέντος αὐτοῖς τοσοῦτον μετέπεσον, ὥστ' ᾐσχύνοντο μὲν ἐφ' οἷς ἐθρασύνοντο, μετέμελε δ' αὐτοῖς ἁπάντων τῶν εἰρημένων, ὡμολόγουν δὲ μηδενὸς πώποτε τοσοῦτον πράγματος διαμαρτεῖν, ἔσπευδον δὲ μᾶλλον ἢ ἐγὼ πεμφθῆναί σοι τὸν λόγον τοῦτον, ἔλεγον δ' ὡς ἐλπίζουσιν οὐ μόνον σὲ καὶ τὴν πόλιν ἕξειν μοι χάριν ὑπὲρ τῶν εἰρημένων, ἀλλὰ καὶ τοὺς Ἕλληνας ἅπαντας. — 53 Κυρηναίους μὲν ποιεῖ] Isocrates orat. V p. 83 ζητεῖν δὲ ἐκείνους τοὺς τόπους τοὺς πόρρω μὲν κειμένους τῶν ἄρχειν δυναμένων, ἐγγὺς δὲ τῶν δουλεύειν εἰθισμένων, εἰς οἷόν περ Λακεδαιμόνιοι Κυρηναίους ἀπῴκισαν. Nec dissentiunt hac de re ab Isocrate cæteri scriptores, qui Cyrenen Theræorum coloniam faciunt, et Battum Theræum conditorem ejus appellant. Fuerunt autem Theræi Lacedæmoniorum coloni. Vid. Herodot. IV, 147 seqq. Strabo XVII p. 837 ed. Casaub. Pausan. Lacon. cap. 14; Justin. XIII, 7; Solin cap. 27; Stephanus Byzantius v. Κυρήνη. Itaque Speusippus in eo reprehendit Isocratem, quod Cyrenen non a Theræis, sed a Lacedæmoniis conditam esse scripserit. At res eodem redit, siquidem veteres pro colonia majorem patriam interdum commemorant. — 54 τὸν δὲ Ποντικὸν μαθητὴν] Isocratem dicit Heracleensem vel Apolloniaten, qui Ponticus nominabatur, propterea quod tam Heraclea quam Apollonia in Ponto sita esset. De hoc Suidas : Ἰσοκράτης Ἀμύκλα τοῦ φιλοσόφου, Ἀπολλωνίας τῆς ἐν Πόντῳ, ἢ Ἡρακλείας, ὡς Καλλίμαχος ὁ ῥήτωρ, μαθητὴς καὶ διάδοχος τοῦ μεγάλου Ἰσοκράτους, διακούσας δὲ καὶ Πλάτωνος τοῦ φιλοσόφου κτλ. Huic Apolloniatæ Isocrati, Amyclæ filio, Isocratis Atheniensis discipulo et successori Suidas tribuit Παραίνεσιν πρὸς Δημόνικον, quæ vulgo Isocratis Atheniensis putatur. Vide Muretum var. lect. lib. I cap. 1, Fabricium Bibl. Gr. vol. II pag. 779 seq. ed. Harl. et Ruhnkenium in Hist. crit. orat. gr. p. 84. — 55 Θεόπομπον] De Theopompo consule Dionysium Halicarnassensem Epist. ad Pomp. cap. 6; Ciceronem de orat. II, 13, Brut. 56; Quintilianum Inst. X, 1; Photium et alios. — 56 περὶ δὲ Πλάτωνος βλασφημεῖν] Theopompum fuisse maledicum conviciatorem, adeo ut non modo Platonem, sed alios etiam mortales verborum contumeliis laceraret, multi annotarunt. Cf. Diog. Laërt. lib III, 40; item Athenæus lib. VI p. 254. b. et aliis locis. — 57 Περδίκκα] scripsi; codd. Περδίκκᾳ. — 58 γίγνοιτο] scripsi; libri γίνοιτο. — 59 εἰς τὸν δῆμον μετὰ Τιμοθέου] Pseudoplutarchus in vita X oratorum : ἀκροαταὶ δὲ αὐτοῦ ἐγένοντο εἰς ἑκατόν, ἄλλοι τε πολλοί, καὶ Τιμόθεος ὁ Κόνωνος, σὺν ᾧ καὶ πολλὰς πόλεις ἐπῆλθε συντιθεὶς τὰς πρὸς Ἀθηναίους ὑπὸ Τιμοθέου πεμπομένας ἐπιστολάς· ὅθεν ἐδωρήσατο αὐτῷ τάλαντον τῶν ἀπὸ Σάμου περιγενομένων. — 60 ὥσπερ ἀγνοῶν ἢ φθονῶν] scripsi; codd. ὥσπερ ἐχών, ἢ φθονῶν. — 61 τῶν ὑμῖν ὑπαρχόντων ἀγαθῶν] reposui; codd. τῶν ὑμῶν ὑπαρχόντων. — 62 ὕστερον ἐπώλει τῷ Σικελίας τυράννῳ Διονυσίῳ] Neque hoc fecisse se diffitetur Isocrates orat. V pag. 98 καὶ μὴ θαυμάσῃς, ἅπερ ἐπέστειλα καὶ πρὸς Διονύσιον τὴν τυραννίδα κτησάμενον, εἰ μήτε στρατηγὸς ὤν, μήτε ῥήτωρ, μήτε ἄλλως δυνάστης θρασύτερόν σοι διείλεγμαι τῶν ἄλλων. — 63 βυβλίον] scripsi; codd. βιβλίον. — 64 λόγον ὑπὲρ τῆς Ἡρακλέους ἀθανασίας] Isocrates orat. V pag. 89 τὴν δὲ πόλιν τὴν ὑμετέραν φασίν, οἷς περὶ τῶν παλαιῶν πιστεύομεν, Ἡρακλεῖ μὲν αἰτίαν γενέσθαι τῆς ἀθανασίας (ὃν δὲ τρόπον, σοὶ μὲν αὖθις πυθέσθαι ῥᾴδιον, ἐμοὶ δὲ νῦν εἰπεῖν οὐ καιρός), τοῖς δὲ παισὶ τοῖς ἐκείνου τῆς σωτηρίας. — 65 διὰ τὴν ἡλικίαν ὁμολογῶν] cf. Isocrat. orat. V init. — 66 ἀναγνοὺς ὁ Ποντικὸς] correxit Ruhnkenius Hist. crit. orat. Gr. p. 85. — 67 γράψοντα] scripsi; libri γράφοντα. — 68 βυβλίον reposui; codices βιβλίον. — 69 βασιλεὺς Αἴγυπτον λαβὼν] Artaxerxes Ochus. Vid. Diodor. Sicul. lib. XVI cap. 51

188. Σπεύσιππος Φιλίππῳ.

Περδίκκας [a] μὲν ἐνδεδεῖχθαί μοι δοκεῖ περὶ πολλοῦ ποιούμενος κατὰ τὸν Ἡσίοδον τὰ ἡμίσεα [b] πάντων κεκτῆσθαι, νομίζων τά τε χρήματα καὶ διὰ τύχην ἄν τινα πολλὰ κτήσασθαι [c] οὐ τῶν βελτίστων εἶναι. Σοὶ δὲ ἔστιν ἀδελφὰ [d] τοῖς παρ' ἐκείνου ὑπηργμένοις πράττειν, ὅπως ἂν δοχῆς καὶ τὸ ἦθος ἀδελφὸς εἶναι τοῦ

188. Speusippus Philippo.

Perdiccas mihi videtur ostendisse, magni se æstimare de Hesiodi sententia omnium dimidiæ partis possessionem existimans tam divitias quam multas res casu

περὶ σὲ διανοηθέντος τοιαῦτα [e]. Νόμιζε δὲ πάντας προσέχειν σοι τὸν νοῦν, καὶ σκοπεῖν [f] ποῖός τε ἔσῃ πρὸς τὸν ἀδελφόν, καὶ τοὺς μὲν βελτίστους ἀγωνιᾷν, βουλομένους καὶ ἐξισοῦσθαί σε τῇ τοῦ ἀδελφοῦ ἐπιεικείᾳ, καὶ ὑπερβάλλειν, τοὺς δὲ φαύλους φθονοῦντας ἡδέως ἄν τι ἰδεῖν περὶ ὑμᾶς γενόμενον πλημμελές. Οὓς δεῖ νομίσαντα πολεμίους εἶναι μετὰ τῶν βελτίστων ἀγωνίζεσθαι ὡς αὐτὸν ὄντα [g] ἕνα τούτων. Δοκεῖ γάρ μοι οὐ μόνον ἁμιλλητέον εἶναι πρὸς τὰ τοῦ ἀδελφοῦ ἔργα, ἃ ἐκείνῳ ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ πέπρακται, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὰς σὰς [h] εὐεργεσίας, ὅπως μὴ καταδεέστεραι αἱ παρὰ σοῦ πρὸς ἐκεῖνον γίγνωνται [i]. Περὶ πλείστου δὲ δεῖ σε ποιῆσαι σώφρονά τε εἶναι, καὶ κατήκοον τοῦ ἀδελφοῦ, ὄντος περὶ σὲ οἷός περ νῦν ἐστιν. Ἔρρωσο.

(Epistola hæc omisso auctoris nomine simpliciter Φιλίππῳ inscripta, quæ inter Socraticas trigesima prima est, exstat apud Orellium l. c. pag. 39 seq. Eam autem cum Orellio præf. p. VII ad Speusippum auctorem referre non dubitamus. Pauca hic annotanda [a]: Περδίκκας] scripsi; codd. Περδίκας. — [b] τὰ ἡμίσεα πάντων κεκτῆσθαι] Spectavit Hesiodi illud Op. et D. v. 40 νήπιοι, οὐδ' ἴσασιν ὅσῳ πλέον ἥμισυ παντός, cujus vim sic explicat Plato de legg. III p. 690. e. ἆρ' οὐχ ἀγνοήσαντες τὸν Ἡσίοδον ὀρθότατα λέγοντα, ὡς τὸ ἥμισυ τοῦ παντὸς πολλάκις ἐστὶ πλέον; ὁπόταν ᾖ τὸ μὲν ὅλον λαμβάνειν ζημιῶδες, τὸ δ' ἥμισυ, μέτριον, τότε τὸ μέτριον τοῦ ἀμέτρου πλέον ἡγήσατο, ἄμεινον ὂν χείρονος. — [c] κτήσασθαι οὐ τῶν βελτίστων] scripsi cum Allatio; libri κτήσασθαι τῶν βελτίστων. — [d] σοὶ δὲ ἔστιν ἀδελφὰ] reposui cum Orellio; codd. σοὶ δὲ ὅτι ἐστὶν ἀδελφά. — [e] τοῦ περὶ σὲ διανοηθέντος] scripsi cum Bremio: codd. τοῦ περὶ σὲ οὐ διανοηθέντος — [f] σκοπεῖν] correxi; codd. ποιεῖν. — [g] ὡς αὐτὸν ὄντα] posui cum Allatio; codd. αὐτὸν ὄντα. — [h] τὰς σὰς εὐεργεσίας] scripsi cum parte membranarum; alii codd. habent τὰς εὐεργεσίας. — [i] γίγνωνται] posui; codd. γίνωνται.

189. Σπεύσιππος Ξενοκράτει.

Ἐνόμιζον ἐπιτήδειον εἶναί μοι μηδὲν τῶν καλῶς ἐχόντων παραλιπεῖν, καὶ διὰ τὴν Πλάτωνος ἐντολήν, καὶ διὰ τὴν ὑπάρχουσαν ἐμοὶ καὶ σοὶ φιλίαν. Καὶ δὴ ᾠόμην [a] δεῖν γράψαι πρὸς σέ, ὡς διακείμενος τυγχάνω τὸ σωμάτιον, καὶ διότι νομίζω παραγενόμενόν σε εἰς Ἀκαδημίαν [b] συνέχειν τὸν περίπατον [c]. Ταῦτα δὲ ὡς δίκαιά ἐστι καὶ καλῶς ἔχοντα, πειράσομαί σοι φράζειν. Πλάτων, καθάπερ καὶ σὺ οἶσθα, καὶ ἐν οὐ τῇ τυχούσῃ τιμῇ [d] τὴν ἐν Ἀκαδημίᾳ διατριβὴν ἦγεν, νομίζων εἶναί τι καὶ πρὸς δόξαν ὀρθήν, καὶ πρὸς τὸν αὐτοῦ βίον καὶ τὴν ὕστερον παρ' ἀνθρώποις μνείαν ἐσομένην. Καὶ τούτων οὕτως ἐχόντων, διότι σε περὶ πλείονος ποιούμενος ἐτύγχανε, τελευτῶν τὸν βίον ἐμαρτύρησεν. Ἐπέσκηψε γὰρ πᾶσιν ἡμῖν τοῖς οἰκείοις, ἄν τι πάθῃς, πρὸς ἑαυτὸν θεῖναί σε, νομίσας οὐκ ἀπαλλαγήσεσθαί σε τὸ παράπαν ἐξ Ἀκαδημίας. Διὸ δὴ καὶ μάλιστά μοι φαίνεταί σοι προσῆκόν εἶναι καὶ ζῶντα καὶ τεθνηκότα Πλάτωνα τιμᾶν. Θεῶν γὰρ δὴ καὶ γονέων καὶ ἐπιστολῶν ποιητέον ἐπιμέλειαν τὸν χαρίεντα. Οἰκειοτάτη δὲ τοῖς εἰρημένοις εὑρίσκοιτ' ἂν οὖσα ἡ Πλάτωνος συνουσία πρὸς τοὺς συνόντας. Τῶν μὲν γὰρ ὡς γεννήσας, τῶν δὲ ὡς εὐεργέτης ἐπεμελεῖτο, κοινῇ δὲ πρὸς ἅπαντας θεοῦ τάξιν εἶχεν. Συμβουλεύω δὲ καλὸν ἡγούμενος καὶ δίκαιον εἶναι χάριν ἀποδιδόναι σε Πλάτωνι πασῶν μεγίστην, κἀκείνῳ μάλιστα ἁρμόζουσαν· ἀποδοίης δ' ἂν [e], εἰ παραγενόμενος εἰς Ἀκαδημίαν τὸν περίπατον τοῖς σοῖς λόγοις συνέχοις [f]. Σοφία γὰρ ἀληθὴς λέγοιτ' ἂν ἔνδικος βεβαιότης καὶ πιστότης [g]. Προσήκει δὲ ἡμᾶς ἐν τούτοις πολὺ τῶν πολλῶν ἀνθρώπων [h] διαφέρειν. Σὺ δὲ καὶ δοκεῖς πλέον τοῦ προσήκοντος ἐπιμελὴς εἶναι.

(Epistola hæc, incerto auctore vulgata ab Orellio l. c. pag. 40-41, inter Socraticas trigesima secunda est. Hanc æque ac sequentem Speusippi esse ad Xenocratem datam ex Diogenis Laertii verbis in ejus vita recte collegit Allatius. Namque ille lib. IV, 3 ait: ἤδη δὲ ὑπὸ παραλύσεως καὶ τὸ σῶμα διέφθαρτο, καὶ πρὸς Ξενοκράτην διεπέμπετο, παρακαλῶν αὐτὸν ἐλθεῖν, καὶ τὴν

---

oblatas sibi parare optimorum hominum non esse. Tibi vero licet similia illius inceptis facinora facere, ut videaris moribus etiam ejus esse frater, qui tam fraterne de te cogitavit. Velim autem tibi ita persuadeas, omnes te diligenter attendere et observare, qualem te fratri præstaturus sis, et optimos quidem animo angi, quum cupiant te fratris clementiam adæquare vel superare, pessimos autem invidia adductos libenter aliquid in conversatione vestra delinqui visuros esse. Quibus tanquam hostibus abjectis, te cum optimis tanquam unum ex illis honesto benevolentiæ certamine certare oportet. Videtur enim mihi cum fratre non solum de factis, quæ ille pro republica gessit, sed etiam de mutuis beneficiis contendendum esse, ne tua illorum magnitudine obruantur. Verum id maxime curare debes, ut prudens sis, et fratri tuo, quoad talem se tibi præbebit, qualem nunc se præbet, obtemperes. Vale.

189. Speusippus Xenocrati.

Existimabam mihi consentaneum esse, nihil eorum quæ bona forent silentio præterire, cum ob Platonis mandata, tum ob mutui nostri amoris vinculum. Ideo mihi visum est ad te epistolam dare, qua de corpusculi mei infirmitate te certiorem facerem, et quod puto, si modo in Academiam adveneris, fore ut Peripateticorum licentiam comprimas. Hæc autem justa et honesta esse, te docere conabor. Plato, ut et tu probe scis, plurimi

σχολὴν διαδέξασθαι. Quare nos quoque utramque epistolam Speusippo attribuimus. De singulis locis pauca monenda. Scripsi : [a] καὶ δὴ φῶμην] cum Bremio; codd. καίτοι φῶμην. — [b] Ἀκαδημίαν] cum codd. quamvis alii ubique vel Ἀκαδήμειαν vel Ἀκαδημίαν scribendum censeant. Vid. Buttmann. Gramm. Græc. tom. II p. 382 seq. — [c] συνέχειν τὸν περίπατον] De simultatibus quas Plato cum Aristotele habuisse dicitur vide Ælian. var. hist. lib. III cap. 19. — [d] ἐν οὐ τῇ τυχούσῃ τιμῇ] libri ἐν τῇ τυχούσῃ τιμῇ. Sed requiritur negatio. Cf. Viger. de Gr. dict. id. p. 364 ed Herm. — [e] ἀποδοίης δ' ἄν] libri ἀποδώης δ' ἄν. — [f] εἰ παραγενόμενος εἰς Ἀκαδημίαν τὸν περίπατον τοῖς σοῖς λόγοις συνέχοις] codd. mendose εἰ παραγενόμενος Ἀκαδημίαν καδηπεριπε. — [g] πιστότης] cum Bremio; codd. πιστός. — [h] τῶν πολλῶν ἀνθρώπων] cum eodem; codd. τῶν ἀνθρώπων.

190. Σπεύσιππος Ξενοκράτει.

Ἔδοξέ μοι γράψαι πρὸς σὲ ἐπιστολὴν περὶ τῶν συμβεβηκότων κατὰ τὸ σωμάτιον [a]. Οὐ γὰρ μετρίως ἐκλελοίπασιν αἱ δυνάμεις τῶν μερῶν ἁπάντων, ὥστε μηδὲν αὐτοῖς ἐνεργεῖν ἐμὲ δύνασθαι [b]· κατὰ τύχην δέ τινα ἡ γλῶττα καὶ τὰ περὶ τὴν κεφαλὴν μεμένηκεν, εἰ μὴ καὶ διὰ τὸ κεχαρισμένον καὶ διὰ τὸ θειότατον εἶναι. Πάνυ μὲν οὖν ἐβουλόμην παρεῖναί σε· εὖ δὲ ποιήσεις καὶ νῦν παραγενόμενος. Καὶ γὰρ τῶν περὶ ἐμὲ προστήσῃ κατὰ τρόπον, ὡς ἐγὼ εὖ οἶδα, καὶ τῶν ἐν τῷ περιπάτῳ ἐπιμελήσῃ προσηκόντως.

(Epistola hæc, incerto auctore edita ab Orellio l. c. pag. 41, inter Socraticas trigesima tertia est. Eam vero justis de causis Speusippo attribuimus. Vide quæ diximus ad præcedentem epistolam. Pauca de lectionis varietate aliisque rebus monenda. Scripsi : [a] κατὰ τὸ σωμάτιον] ex uno codice; al. περὶ τὸ σωμάτιον. — [b] ὥστε μηδὲν αὐτοῖς ἐνεργεῖν ἐμὲ δύνασθαι] codd. ὥστε μηδὲν αὐτοῖς ἐνεργεῖν δύνασθαι. — [c] διὰ τὸ θειότατον εἶναι] Plato Tim. p. 44 τὰς μὲν δὴ θείας περιόδους δύο οὔσας, τὸ τοῦ παντὸς σχῆμα ἀπομιμησάμενοι περιφερὲς ὄν, εἰς σφαιροειδὲς σῶμα ἐνέδησαν, τοῦτο ὃ νῦν κεφαλὴν ἐπονομάζομεν, ὃ θειότατόν τ' ἐστὶ καὶ τῶν ἐν ἡμῖν πάντων δεσποτοῦν· ᾧ καὶ πᾶν τὸ σῶμα παρέδοσαν ὑπηρεσίαν αὐτῷ ξυναθροίσαντες θεοί, κατανοήσαντες ὅτι πασῶν ὅσαι κινήσεις ἔσοιντο μετέχοι. Hinc Alcinous cap. 23 ὡς ἂν δὲ μὴ τῆς φλυαρίας τῆς θνητῆς ἀναπιμπλάμενον ᾖ τὸ θεῖον αὐτῆς καὶ ἀθάνατον, κατῴκισαν ἐπὶ τοῦ σώματος ἐπὶ τῆς οἷον ἀκροπόλεως ἄρχον καὶ βασιλεῦον ἀποφήναντες, οἴκησίν τε ἀπονείμαντες αὐτῷ τὴν κεφαλὴν σχῆμα ἔχουσαν μιμούμενον τὸ τοῦ παντός.

191. Ἐκ τῆς Σπευσίππου πρὸς Δίωνα ἐπιστολῆς.

Ἔγραψε δὲ καὶ Σπεύσιππος αὐτῷ, μὴ μέγα φρονεῖν, εἰ πολὺς περὶ αὐτοῦ λόγος ἐστὶν ἐν παιδαρίοις καὶ γυναίοις, ἀλλ' ὁρᾶν, ὅπως ὁσιότητι καὶ δικαιοσύνῃ καὶ νόμοις ἀρίστοις κοσμήσας Σικελίαν, εὐκλεᾶ θήσει τὴν ἀκαδημίαν.

(Plutarchus de adul. et amic. discrim. cap. 43 vol. VII pag. 224 seq. ed. Hutten. τοιαῦτα τὰ Κύρου πρὸς Κυαξάρην, καὶ τὰ πρὸς Δίωνα Πλάτωνος ὅτε λαμπρότατος ἦν, καὶ πάντας εἰς ἑαυτὸν ἀνθρώπους ἐπέστρεφε, διὰ τὸ κάλλος τῶν πράξεων καὶ τὸ μέγεθος, παρακελευομένου φυλάττεσθαι καὶ δεδιέναι τὴν αὐθάδειαν, ὡς ἐρημίᾳ ξύνοικον. Ἔγραψε δὲ καὶ

---

etiam faciebat sermones in Academia habitos, ratus eos multum valere ad veram gloriam, et ad proprium vitæ genus et ad futuram apud posteros memoriam. Quæ quum ita essent, se tuam virtutem magni æstimasse vita excedens testimonio suo probavit. Omnibus enim nobis familiaribus præcepit, si quid tibi accidisset, ut te juxta ipsum poneremus, nequaquam te ab Academia sejunctum iri arbitratus. Quapropter mihi vel maxime videtur te decere, Platonem tum vivum tum mortuum honore afficere. Quippe hominem politum convenit curam agere deorum et parentum eorumque quæ morientes ipsi mandant. Ex iis quæ dicta sunt facile intelligitur, arctissimum fuisse necessitudinis vinculum, quo Plato cum sodalibus conjunctus erat. Nam quorundam rebus tanquam pater consulebat, aliorum saluti velut bene de iis meritus prospiciebat, in universum autem omnibus dei loco erat. Itaque bonum et æquum censens, ut Platoni gratiam omnium maximam ac tali viro debitam referas, tibi auctor sum; referas vero, si in Academiam adveneris tuisque verbis Peripateticorum licentiam compresseris. Vera enim sapientia dicetur justa firmitas et fides. Nostrum autem officium est, in his rebus hominum vulgo multum antecellere. Tu vero etiam ultra modum mihi videris esse diligens.

190. Speusippus Xenocrati.

(64) περὶ δυνάμεως νόμου α', *de vi legis* liber unus.

Ex hoc opusculo fortasse petitus est locus de tribus Triptolemi legibus, quem ex Hermippo proferre se dicit Porphyrius de Abstinentia lib. IV, cap. 22 τῶν τοίνυν Ἀθήνησι νομοθετῶν Τριπτόλεμον παλαιότατον παρειλήφαμεν· περὶ οὗ Ἕρμιππος ἐν δευτέρῳ περὶ τῶν νομοθετῶν γράφει ταῦτα· φασὶ δὲ καὶ Τριπτόλεμον Ἀθηναίοις νομοθετῆσαι, καὶ τῶν νόμων αὐτοῦ τρεῖς ἔτι Ξενοκράτης ὁ φιλόσοφος λέγει διαμένειν Ἐλευσῖνι τούσδε· γονεῖς τιμᾷν, θεοὺς καρποῖς ἀγάλλειν, ζῷα μὴ σίνεσθαι. Vid. fragm. 72.

(65) περὶ τοῦ παιδίου α', *de puero* liber unus.
(66) περὶ μαθητῶν α' β', *de discipulis* libri duo.

V. Scripta varia.

(67) περὶ βίων α', *de vitis* liber unus.

In hoc volumine probabile est eum de Platone quoque et Pythagora egisse, siquidem utriusque philosophi vitam a Xenocrate litteris mandatam fuisse veteres testificantur. Simplicius in Aristotelis Physica lib. VIII, p. 265 B. (Cf. Scholia in Aristot. pag. 427 ed. Brandis.) ἔτι δὲ τοῦτο σαφέστερον πεποίηκε Ξενοκράτης ὁ γνησιώτατος τῶν Πλάτωνος ἀκροατῶν ἐν τῷ περὶ τοῦ Πλάτωνος βίου τάδε γεγραφώς κτλ. Iamblichus de vita Pythagoræ cap. II, 7 παραιτητέοι γὰρ Ἐπιμενίδης καὶ Εὔδοξος καὶ Ξενοκράτης ὑπονοοῦντες τῇ Παρθενίδι τότε μιγῆναι τὸν Ἀπόλλω, καὶ κύουσαν αὐτὴν ἐκ μὴ οὕτως ἐχούσης καταστῆσαί τε καὶ προαγγεῖλαι διὰ τῆς προφήτιδος· τοῦτο μὲν οὖν οὐδαμῶς προσίεσθαι. Conf. Wyttenbachius Bibl. Crit. parte VIII pag. 120.

(68) Ἀρκὰς α'.
(69) Καλλικλῆς α'.
(70) Κεφάλαιον α'.

Inutilis est Fabricii conjectura qui Bibl. Græc. vol. III, p. 192 ed. Harl. ait pro Κεφάλαιον legendum videri Κέφαλος, quia Speusippi liber quidam sic inscriptus fuerit.

(71) Πυθαγόρεια α'.

Menagius ad Diog. Laert. lib. IV, 13 ratus librum Clementi Alexandrino Stromatum, lib. VII, p. 717 citatum περὶ τῆς ἀπὸ τῶν ζώων τροφῆς, non fuisse diversum ab eo qui Πυθαγόρεια inscribebatur, utrumque Chalcedonio philosopho tribuit. Licet autem supra Xenocrati Aphrodisiensi commentarium illum assignaverimus, tamen, quum incerta res sit, neque Menagium refellere, neque nostram sententiam allatis rationibus tueri conabimur.

(72) Ὑπομνημάτων α', *commentariorum* liber unus.
(73) πρὸς Ἀρύβαν α', *ad Arybam* liber unus.
(74) πρὸς Ἡφαιστίωνα α', *ad Hephæstionem* liber unus.

Hæc omnia volumina continere versus μ' κβ' δ' σ' λ' θ' Diogenes Laertius auctor est, quem versuum numerum plerique animo assequi non potuerunt. Sed componi cum hoc similem locum oportet, qui legitur lib. V, 27 de Stagiritæ scriptis: γίνονται αἱ πᾶσαι, μυριάδες στίχων τέτταρες καὶ τετταράκοντα πρὸς τοῖς πεντακισχιλίοις καὶ διακοσίοις ἑβδομήκοντα. Itaque si librarios hic στίχοι μ' pro στίχων μυριάδες scripsisse conjicimus, cuncti Xenocratis libri ducenties vicies quater mille ducentos triginta novem versus habebant. Sin aliter propter scriptoris inconstantiam et librariorum indiligentiam de nostro loco judicandum est, possis facile reponere στίχοι μ' β' σ' λ' θ' i. e. quadragies bis mille ducenti triginta novem Cf. supra Speusippi vitam not. 134. Verum hic in lubrico versamur.

Transeo ad philosophiæ formam a Xenocrate institutam. Quamquam Chalcedonius sapientiæ doctor Platonis disciplinam explicuit et illustravit, tamen magistri vestigia persecutus in rerum contemplatione ulterius progressus est insitasque opiniones evellere et novas inserere studuit. Jam primum omnium statuit philosophiæ mysteria tradi nemini posse, nisi qui perceptis prius artibus mathematicis animum ad sapientiam præparatum haberet (90). Qua in re magistri auctoritatem secutus est Xenocrates. Plato (91) enim magni æstimaverat mathematica, neque quemquam in dialecticis omnem curam consumere patiebatur, nisi qui doctrinis illis, quibus puerilis ætas impertiri debet, eruditus esset ac simul pulverem eruditum attigisset. Quin etiam idem Pythagoræ fuerat judicium, quippe qui numeros omnium rerum principia appellaret atque adeo cuilibet quæstioni mathematicas disciplinas adhiberet. Quid? quod scholæ inscripserat: μηδεὶς ἀγεωμέτρητος εἰσίτω.

Porro quum ab antiquis philosophis usque ad Socratem numeri rerumque origines tractarentur, studioseque siderum magnitudines, intervalla, cursus et cuncta cœlestia anquirerentur, Socrates primus philosophiam e cœlo devocavit et ad hominum mores traduxit, Plato de singulis philosophiæ partibus multa disseruit; sed ejus discipulus Xenocrates primus sapientiæ disciplinam in tres partes, physicam, ethicen, dialecticam divisit (92). Sic igitur Socratica dubitatione relicta Xenocrates dogmaticus evasit philosophus. Verissime autem Cicero Acad. Quæst. lib. I, cap. 4 de Academicis et Peripateticis disputans: « Utrique, inquit, Platonis ubertate

(90) Diogenes Laertius IV, 10 πρὸς δὲ τὸν μήτε μουσικήν, μήτε γεωμετρίαν, μήτε ἀστρονομίαν μεμαθηκότα, βουλόμενον δὲ παρ' αὐτὸν φοιτᾷν· Πορεύου, ἔφη· λαβὰς γὰρ οὐκ ἔχεις φιλοσοφίας. Οἱ δὲ τοῦτό φασιν εἰπεῖν, Παρ' ἐμοὶ γὰρ πόκος οὐ κνάπτεται. — (91) Plato de Rep. lib. VII, pag. 536. D, Cf. Plutarch. Sympos. pag. 718. C. — (92) Sextus Empiricus adv. Math. VII, 16, cujus verba supra attuli. Contra minus recte Platonem ejus divisionis auctorem dicere videntur Cicero Acad. Quæst. I, 5, Augustinus de civ. dei lib. VIII, cap. 4; Aristocles apud Eusebium Præp. Evang. lib. XI, cap. 2; Galenus hist. phil. tom. II. p. 21. C. ed. Paris. anni 1679; Joannes et Saris-

completi certam quandam disciplinæ formulam composuerunt, et eam quidem plenam ac refertam : illam autem Socraticam dubitationem de omnibus rebus et, nulla affirmatione adhibita, consuetudinem disserendi reliquerunt. Ita facta est, quod minime Socrates probabat, ars quædam philosophia et rerum ordo et descriptio disciplinæ. » Plus dubitationis videntur habere sequentia : « Quæ quidem erat primo duobus, ut dixi, nominibus una : nihil enim inter Peripateticos, et illam veterem Academiam differebat. Abundantia quadam ingenii præstabat, ut mihi videtur, Aristoteles quidem, sed idem fons erat utrisque, et eadem rerum expetendarum fugiendarumque partitio. » Sed cave putes errasse Ciceronem, qui judicat Aristotelem cum Platone verbis sæpius quam re dissidere. Quippe morum præcepta prope eadem tradunt, ac de aliis (93) quoque philosophiæ locis similiter disserunt. Præterea tum Academici tum Peripatetici, postquam ex eodem fonte, id est Platonis disciplina, decreta sua hauserunt; quamvis diversis quasi itineribus in naturæ contemplatione ad ultimum pervenire tentarint, tamen in morali philosophia eandem rerum expetendarum fugiendarumque partitionem fecerunt.

In Xenocratis physica cum multæ res sunt non satis explicatæ, tum perdifficilis et obscura quæstio de numeris est. Solet enim in tractanda hac materia vocabulis Pythagoreis Platonis dogmata obscurare potius quam illustrare. In primis vero numeris ad designandas Platonis ideas usus est. Quod ne cui temere fecisse videatur, reputare nos convenit, Platonem Pythagoræ ejusque sectatoribus multa debuisse (94). Itaque summatim alterius numeros, alterius ideas attingamus, ut quomodo Xenocrates in hoc argumento versatus sit, conjicere nobis liceat. Numeros Pythagorei omnium rerum principia vocarunt (95). Cuncta enim numeris sunt assimilata (96), quia, quæcunque in universo exstant, numerari possunt. Ergo numerorum principia rerum etiam principia esse debent (97). Monas autem et dyas, id est unum et plura, sunt elementa uniuscujusque numeri (98) ideoque etiam omnium rerum. Quo in genere monas est principium activum, agentis causæ rationem : dyas passivum, patientis materiæ locum obtinens (99). Hæc Pythagoras et qui ad ejus auctoritatem se contulerunt.

Contra Platoni tria placet esse rerum principia eaque æterna, Deum, ideas, materiam. Materiam vago et incerto motu fluctuantem deus in ordinem digessit, ad idearum exemplum conformavit et mundum ex ea composuit : mundo animam (ψυχήν) animæque mentem (νοῦν) indidit (100). Hæc anima mixta est ex materia bipartita; altera simplici et immutabili, altera corporea, dividua et mutabili. Eam vero animam per totam rerum naturam intentam et commeantem, quamvis a summo deo procreatam, tamen intelligentem ac divinam et quasi secundum deum esse (101) statuit. Porro summus deus opifex deos cœlestes generavit, qui sunt astra ignea (102) : immortales, non quidem sua natura, sed summi dei voluntate. Deinceps summus deus effecit animas animalium eadem ratione, qua effecerat animam mundi, non tamen ita perfectas ut animam mundi, sed deteriores; quippe quæ minorem partem haberent materiæ illius simplicis et immutabilis (103). Has animalium animas idem summus opifex deus inter deos cœlestes divisit, ut ipsi illis corpora fabricarentur (104), iisque corporibus illas includerent. Nolo persequi cætera quæ in Timæo dicuntur. Id tantum apparet, ideas Platonicas, hoc est, species æternas et ab omni concretione mortali segregatas, quarum similitudinem gerunt res creatæ, posse cum numeris comparari. Ut enim ex uno plura fiunt (105) : sic ex materia ad idearum exemplum conformata ingens rerum varietas exorta est. Hinc patet, optimo jure Xenocratem, philosophiæ Platonicæ fontes aperientem, maxime in commen-

beriensis Metalogici lib. II, cap. 2. — (93) Cicero Quæst. Acad. lib. I, cap. 5-8. Cf. II, cap. 42 et 44; de Finibus lib. II, cap. 11, lib. IV, cap. 1 et 6. — (94) Aristoteles Metaph. lib I, cap. 6. Porphyrius vit. Pythag. cap. 53. —

(95) Sextus Empiricus Pyrrh. Hyp. lib. III, 152. — (96) Sextus Empiricus adv. Mathem. lib. IV, 2. — (97) Sextus Empiricus adv. Math. lib. X, 248. — (98) Id. Pyrrn. Hyp. III, 153 seqq. adv. Math. X, 261 seq. — (99) Id. adv. Math. lib. X, 277 ὅθεν φασὶν ἐν ταῖς ἀρχαῖς ταύταις τὸν μὲν τοῦ δρῶντος αἰτίου λόγον ἐπέχειν τὴν μονάδα· τὸν δὲ τῆς πασχούσης ὕλης τὴν δυάδα. —

(100) Plato Tim. p. 517. A. B. — (101) Id. Tim. p. 528. — (102) ibid. p. 530. C. D. — (103) ibid. p. 531. A. B. seq. — (104) ibid. p. 531 seq. — (105) cf. Plato Phileb. pag. 14. D. Sextus Empiricus adv. mathematicos lib. IX, 364 τῶν δὲ ἀσώματα δογματιζόντων οἱ μὲν περὶ Πυθαγόραν τοὺς ἀριθμοὺς ἔλεξαν πάντων ἄρχειν, οἱ δὲ μαθηματικοὶ τὰ πέρατα τῶν σωμάτων, οἱ δὲ περὶ τὸν Πλάτωνα τὰς ἰδέας. Id. adv. mathematicos lib. X, 258 ἀλλ' ὅτι ἀσωμάτους εἶναι δεῖ τὰς ἀρχὰς τῶν λόγῳ θεωρητῶν σωμάτων, ἐκ τῶν εἰρημένων συμφανές. Ἤδη δὲ οὐκ εἴ τινα πρoϋφέστηκε τῶν σωμάτων ἀσώματα, ταῦτ' ἐξ ἀνάγκης στοιχεῖά ἐστι τῶν ὄντων καὶ πρῶταί τινες ἀρχαί. Ἰδοὺ γὰρ καὶ αἱ ἰδέαι ἀσώματοι οὖσαι κατὰ τὸν Πλάτωνα προϋφεστᾶσι τῶν σωμάτων, καὶ ἕκαστον τῶν γινομένων πρὸς αὐτὰς γίνεται· ἀλλ' οὐκ εἰσὶ τῶν ὄντων ἀρχαί, ἐπείπερ ἑκάστη ἰδέα κατ' ἰδίαν μὲν λαμβανομένη ἓν εἶναι λέγεται, κατὰ σύλληψιν δὲ ἑτέρας ἢ ἄλλων δύο καὶ τρεῖς καὶ τέσσαρες, ὥστε εἶναί τι ἐπαναβεβηκὸς αὐτῶν τῆς ὑποστάσεως, τὸν ἀριθμόν, οὗ κατὰ μετοχὴν τὸ ἓν ἢ τὰ δύο ἢ τὰ τρία ἢ τὰ τούτων ἔτι πλείονα ἐπικατη-

tariis, quos in magistri libros composuerat, potuisse numeris ad designandas Platonis ideas uti et vocabulis Pythagoreis illius decreta explicare. Sed de singulis philosophiæ locis (106) copiose hic disputare non vacat. Quæcunque enim ad Xenocratis doctrinam et intelligendam et recte judicandam valent, ex ejus fragmentis veterumque de eo testimoniis cognoscentur. Hæc autem omnia collecta, emendata, diligenter denique conversa jam proponemus.

γορεῖται αὐτῶν. Cf. id. adv. Math. lib. IV, 11. — (106) Cf. Philoponus ad Aristot. Metaph. lib. XIII, cap. 9, pag. 1085 seq. ed. Bekker. [pag. 56 et 60]; Syrianus ad Aristotelis Metaph. lib. XIII, cap. 7 [lib. XII, pag. 84.] φανερὸν δ' ἐκ τούτων, καὶ ὅτι χείριστα λέγεται ὁ τρίτος τρόπος, τὸ εἶναι τὸν αὐτὸν ἀριθμὸν τὸν τῶν εἰδῶν, καὶ τὸν μαθηματικόν. Cf. pag. 58. B. et pag. 71 seq. Scholia in Aristotelem p. 820 A. ed. Brandis. τῶν περὶ ἀριθμοὺς εἰπόντων οἱ μὲν δύο ἐποίουν αὐτοὺς καὶ διέκρινον, ὥσπερ ὁ Πλάτων (σαφῶς γὰρ οὗτος τὸν μαθηματικὸν ἕτερον εἶναι λέγει τοῦ εἰδητικοῦ), οἱ δὲ ἕνα τὸν μαθηματικόν, ὥσπερ τινὲς τῶν Πυθαγορείων· οἱ δὲ ἐγίνωσκον μὲν ἀμφοτέρους καὶ τὸν εἰδητικὸν καὶ τὸν μαθηματικόν, ἕνα δὲ ἐποίουν, ὥσπερ Σπεύσιππος καὶ Ξενοκράτης. cf. pag. 822. B.

ΞΕΝΟΚΡΑΤΟΥΣ ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΙΑ.

XENOCRATIS FRAGMENTA.

1. Ξενοκράτης, Ἀγαθήνορος, Χαλκηδόνιος [a], τὴν μονάδα καὶ τὴν δυάδα θεούς, τὴν μὲν ὡς ἄῤῥενα πατρὸς ἔχουσαν τάξιν, ἐν οὐρανῷ βασιλεύουσαν, ἥντινα προσαγορεύει καὶ Ζῆνα καὶ περιττὸν καὶ νοῦν, ὅστις ἐστὶν αὐτῷ πρῶτος θεός· τὴν δὲ ὡς θήλειαν, μητρὸς θεῶν δίκην, τῆς ὑπὸ τὸν οὐρανὸν λήξεως [b] ἡγουμένην, ἥτις ἐστὶν αὐτῷ ψυχὴ τοῦ παντός.

(Stobæus Eclog. phys. lib. I, cap. 2, 29 pag. 62 ed. Heeren.; pag. 24 ed. Gaisford.; pag. 15 ed. Meinek. Scripsi : [a] Χαλκηδόνιος] cod. Aug. ἀλχηδόνιος. — [b] λήξεως] accipiendum ut apud Herodotum lib. IV, 21 ἡ πρώτη τῶν λαξίων. Quum autem codex Vaticanus præbeat λέξεως, non ionice scripsisse λάξιος ut ait Meinekius, sed Herodoteo more hic locutus esse Xenocrates putari debet.)

2. Ξενοκράτης δὲ ὁ Χαλκηδόνιος τὸν μὲν ὕπατον Δία, τὸν δὲ νέατον καλῶν, ἔμφασιν πατρὸς ἀπολείπει καὶ υἱοῦ.

(Clemens Alexandrinus Strom. lib. V, pag. 604. C. quem locum Eusebius Præp. Ev. lib. XIII, cap. 13, pag. 681 descripsit, sed pro Χαλκηδόνιος mendose Καρχηδόνιος substituit.)

3. Ξενοκράτης Δία τὸν ἐν μὲν τοῖς κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχουσιν ὕπατον καλεῖ, νέατον δὲ τὸν ὑπὸ σελήνην.

(Plutarchus Quæst. Platon. IX, vol. XIII, p. 275 ed. Hutten. τὸ γὰρ ἄνω καὶ πρῶτον ὕπατον οἱ παλαιοὶ προσηγόρευον· ᾗ καὶ Ξενοκράτης Δία κτλ.)

4. Ξενοκράτης, Καρχηδόνιος οὗτος, ἑπτὰ μὲν θεοὺς τοὺς πλάνητας, ὄγδοον δὲ τὸν ἐκ πάντων αὐτῶν συνεστῶτα κόσμον αἰνίττεται.

(Clemens Alexandrinus Admonit. ad Gentes pag. 44. Aliter Cicero de natura deorum lib. I, cap. 13, apud quem Vellejus : Nec vero, inquit, ejus condiscipulus Xenocrates in hoc genere prudentior : in cujus libris, qui sunt de natura deorum, nulla species divina describitur. Deos enim octo esse dicit : quinque eos, qui in stellis vagis nominantur : unum qui ex omnibus sideribus, quæ infixa cœlo sunt, ex dispersis quasi membris simplex sit putandus deus : septimum, solem adjungit : octavamque, lunam : qui quo sensu beati esse possint, intelligi non potest. Quare Davisius ad Ciceronis l. c. apud Clementem legi jubet ὄγδοον δὲ τὸν ἐκ πάντων τῶν ἀπλανῶν. At nihil mutare ausim.)

5. Ἐλήρει δ' Ἀριστοτέλης, ἐλήρει δὲ Ξενοκράτης, ὠφελεῖσθαι μὲν ἀνθρώπους ὑπὸ θεῶν, ὠφελεῖσθαι δὲ ὑπὸ γονέων, ὠφελεῖσθαι δὲ ὑπὸ καθηγητῶν ἀποφαινόμενοι· τὴν δὲ θαυμαστὴν ἀγνοοῦντες ὠφέλειαν, ἣν οἱ σοφοὶ κινουμένων κατ' ἀρετὴν ἀλλήλων ὠφελοῦνται, κἂν μὴ συνῶσι, μηδὲ γινώσκοντες τυγχάνωσιν.

(Plutarchus adv. Stoic. cap. 22, vol. XIV, pag. 29 ed. Hutten. Disputat hoc loco Plutarchus de Stoicorum dogmate, qui contendunt, si unus sapiens digitum prudenter quodammodo porrigat, omnes toto orbe sapientes fructum inde capere. Hoc si contingit, ait Plutarchus, delirasse dicendus est Xenocrates, ratus homines a diis, parentibus et præceptoribus juvari, quum de Stoicorum sententia sapientes tantum de hominibus bene merere queant. Patet autem hinc, Xenocratem deorum providentia mundum administrari affirmasse.)

---

1. Xenocrates, Agathenoris filius, Chalcedonius, monadem et dyadem deos facit, illam quidem ut marem patris vice fungentem atque in cœlo regnantem, quam et Jovem vocat et imparem et mentem, qui est ipsi primus deus : hanc vero ut feminam, matris deorum instar, portioni cœlo subjectæ imperantem, quæ ipsi est anima mundi.

2. Xenocrates autem Chalcedonius, unum quidem vocans supremum Jovem, alterum vero infimum, nonnullam patris ac filii significationem dat.

3. Xenocrates Jovem in rebus immutabilibus supremum appellat, infimum autem in iis quæ sunt infra lunam.

4. Xenocrates (fuit hic Carthaginiensis) septem quidem deos planetas, octavum vero, qui ex his omnibus constat, mundum obscure significat.

5. Delirabat igitur Aristoteles, delirabat Xenocrates, adjuvari homines a diis, adjuvari a parentibus, adjuvari a præceptoribus censentes, mirabilem vero illam ignorantes utilitatem, quam sapientes mutua virtute commoti percipiunt, etiamsi non intelligant neque agnoscant.

6. Καθόλου γ' οὖν τὴν περὶ τοῦ θείου ἔννοιαν Ξενοκράτης ὁ Χαλκηδόνιος οὐκ ἀπελπίζει καὶ ἐν τοῖς ἀλόγοις ζώοις.

(Clemens Alexandrinus Strom. lib. V, p. 590. B. Scripsi Χαλκηδόνιος rejecta librorum lectione Καρχηδόνιος. Vid. supra ad fragm. 2.)

7. Θεὸν [a] δὲ εἶναι καὶ τὸν οὐρανὸν καὶ τοὺς ἀστέρας πυρώδεις ὀλυμπίους θεούς, καὶ ἑτέρους ὑποσελήνους δαίμονας ἀοράτους [b]. Ἀρέσκει δὲ καὶ αὐτῷ πλὴν τούτων φύσεις τινὰς ὑπάρχειν ἐν τῷ περιέχοντι καὶ ἐνδιοικεῖν [c] τοῖς ὑλικοῖς στοιχείοις. Τούτων δὲ τὴν μὲν δι' ἀέρος διήκουσαν Ἥραν προσαγορεύει [d], τὴν δὲ διὰ τοῦ ὑγροῦ Ποσειδῶνα, τὴν δὲ διὰ τῆς γῆς φυτοσπόρον Δήμητρα [e].

(Stobæus Eclog. phys. lib. I, cap. 2, 29 pag. 62 ed. Heeren; pag. 24 ed. Gaisford; pag. 15 ed. Meinek. Scripsi : [a] θεὸν] e codd. Vat. et Aug; vulgo θεῖον. — [b] ἀοράτους] ex iisdem codd; vulgo ὁρατούς. — [c] ἀρέσκει δὲ καὶ αὐτῷ πλὴν τούτων φύσεις τινὰς ὑπάρχειν ἐν τῷ περιέχοντι καὶ ἐνδιοικεῖν] secutus Plutarchum de Isid. et Osir. cap. 26. Cf. fragm. 10; codd. ἀρέσκεται δὲ καὶ αὐτὸς et post plurium verborum lacunam καὶ ἐνδιοικεῖν (al. ἐνδιήκειν) τοῖς ὑλ. στ. Cæterum ἐνδιοικεῖν similiter dicitur ab eodem scriptore pag. 22 ed. Gaisford. in verbis τὰς ἐνδιοικούσας τοῖς στοιχείοις ἢ τοῖς σώμασι δυνάμεις, quamquam ibi quoque aliæ membranæ ἐνδιήκειν præferunt. Est autem utraque vox philosophorum propria. Sic Stobæus l. c. p. 26 καὶ πνεῦμα ἐνδιῆκον δι' ὅλου τοῦ κόσμου, item Sextus Empiricus pag. 296 αἱ ἐνδιήκουσαι ἐν τοῖς κατὰ μέρος κοινότητες. — [d] τούτων δὲ τὴν μὲν δι' ἀέρος διήκουσαν Ἥραν προσαγορεύει] codd. Vat. et Aug. τὴν μὲν ἀειδῆ προσαγορεύει, nisi quod post μὲν aliquid deesse indicant. Quare lacunam inserto διήκουσαν explevi, atque ἀειδῆ cum Heerenio in δι' ἀέρος converti. — [e] Δήμητρα] vulgo Δήμητραν.)

8. Βέλτιον οὖν οἱ τὰ περὶ τὸν Τυφῶνα καὶ Ὄσιριν καὶ Ἶσιν ἱστορούμενα, μήτε θεῶν παθήματα, μήτ' ἀνθρώπων, ἀλλὰ δαιμόνων μεγάλων εἶναι νομίζοντες, οὓς [a] καὶ Πλάτων καὶ Πυθαγόρας καὶ Ξενοκράτης καὶ Χρύσιππος, ἑπόμενοι τοῖς πάλαι θεολόγοις, ἐῤῥωμενεστέρους μὲν ἀνθρώπων γεγονέναι λέγουσι, καὶ πολλῇ τῇ δυνάμει τὴν φύσιν ὑπερφέροντας ἡμῶν, τὸ δὲ θεῖον οὐκ ἀμιγές, οὐδ' ἄκρατον ἔχοντας, ἀλλὰ καὶ ψυχῆς φύσει καὶ σώματος αἰσθήσει συνειληχός [b], ἡδονὴν δεχομένη καὶ πόνον, καὶ ὅσα ταύταις ἐγγενόμενα ταῖς μεταβολαῖς πάθη, τοὺς μὲν μᾶλλον, τοὺς δὲ ἧττον ἐπιταράττει. Γίνονται γὰρ ὡς ἐν ἀνθρώποις, καὶ δαίμοσιν, ἀρετῆς διαφοραὶ καὶ κακίας.

(Plutarchus de Isid. et Osir. cap. 25 vol. IX pag. 134 ed. Hutten. quem locum descripsit etiam Eusebius Præp. Evang. lib. V, cap. 5, pag. 187. Posui autem : [a] οὓς] ex Eusebio; ὡς codd. Plutarchi. — [b] συνειληχός] ex Eusebio; ἐνσυνειληχός vel ἐν συνηλειχός Plutarchi exemplaria. —)

9. Ὁμοίως δὲ καὶ εὐδαίμονα, οὗ ἂν ὁ δαίμων ᾖ σπουδαῖος, καθάπερ Ξενοκράτης φησὶν εὐδαίμονα εἶναι τὸν τὴν ψυχὴν ἔχοντα σπουδαίαν· ταύτην γὰρ ἑκάστου εἶναι δαίμονα.

(Aristoteles Topicor. lib. II, cap. 6, pag. 112. A. ed. Bekker. ἔτι τὸ ἐπιχειρεῖν μεταφέροντα τοὔνομα ἐπὶ τὸν λόγον, ὡς μᾶλλον προσῆκον ἐκλαμβάνειν ἢ ὡς κεῖται τοὔνομα, οἷον εὔψυχον μὴ τὸν ἀνδρεῖον, καθάπερ νῦν κεῖται, ἀλλὰ τὸν εὖ τὴν ψυχὴν ἔχοντα, καθάπερ καὶ εὔελπιν τὸν ἀγαθὰ ἐλπίζοντα· ὁμοίως δὲ καὶ εὐδαίμονα κτλ. ad quem locum Alexander Aphrodisiensis (cf. Scholl. in Arist. p. 268. B. ed. Brandis) hæc annotavit : εἰ δὴ δαίμων ἑκάστου ἡ ψυχή, καθὰ Ξενοκράτει δοκεῖ, εἴη ἂν εὐδαίμων ὁ εὖ τὴν ψυχὴν ἔχων· εὖ δὲ τὴν ψυχὴν ἔχει ὁ σπουδαῖος. σπουδαῖος ἄρα ὁ εὐδαίμων.

10. Παράδειγμα δὲ τῷ λόγῳ Ξενοκράτης μέν, ὁ Πλάτωνος ἑταῖρος, ἐποιήσατο τὸ τῶν τριγώνων, θείῳ μὲν ἀπεικάσας τὸ ἰσόπλευρον, θνητῷ δὲ τὸ σκαληνόν, τὸ δ' ἰσοσκελὲς δαιμονίῳ· τὸ μὲν γάρ, ἴσον πάντῃ· τὸ

---

6. Quippe omnino Xenocrates Chalcedonius non desperat, etiam in animalibus rationis expertibus esse dei notitiam.

7. Deum etiam cœlum statuit ardentesque stellas deos Olympios, et alios subter lunam genios non aspectabiles. Placet ei autem præter hos naturas quoque quasdam in aere esse, easque per elementa materiæ penetrare. Ex his quæ per aerem transit Junonem, qui per aquam Neptunum, qui per terram, Cererem frugiferam vocat.

8. Melius igitur ii qui quæ de Typhone, Osiride, Iside narrantur, neque deorum neque hominum, sed magnorum geniorum casus esse putant, quos genios et Plato et Pythagoras, et Xenocrates et Chrysippus priscorum theologorum exemplo hominibus robustiores exstitisse dicunt et virium magnitudine nostram naturam superasse, divinitate autem non sincera aut pura fuisse præditos, sed quæ animi natura corporisque sensu temperata voluptatis esset dolorisque capax, aliisque id genus obnoxia affectionibus cum mutationum varietate conjunctis, quibus alii magis, alii minus turbantur. Namque ut in hominibus, ita etiam in dæmonibus sunt virtutum et vitiorum discrimina.

9. Similiter εὐδαίμονα (id est beatum) eum cujus dæmon sit bonus, quemadmodum Xenocrates ait εὐδαίμονα esse cujus animus sit bonus : hunc enim unicuique esse dæmonem.

10. Hujus argumenti exemplum Xenocrates, Platonis sodalis, proposuit formas triangulorum, quum divinæ

δ', ἄνισον πάντῃ· τὸ δέ, πῇ μὲν ἴσον, πῇ δ' ἄνισον, ὥσπερ ἡ δαιμόνων φύσις ἔχουσα καὶ πάθος θνητοῦ καὶ θεοῦ δύναμιν.

(Plutarchus de oracul. def. cap. 13, vol. IX, p. 319 ed. Hutten.)

11. Ἀλλὰ φαύλους μὲν (ἔφη) δαίμονας οὐχ Ἐμπεδοκλῆς μόνον, ὦ Ἡρακλέων, ἀπέλιπεν, ἀλλὰ καὶ Πλάτων καὶ Ξενοκράτης καὶ Χρύσιππος.

(Plutarchus de oracul. def. cap. 17, vol. IX, p. 326 ed. Hutten. Cf. Euseb. Præp. Ev. lib. V, cap. 17, p. 206. B. Adde Philos. Græc. fragm. vol. I, pag. XVIII.)

12. Ὁ δὲ Ξενοκράτης καὶ τῶν ἡμερῶν τὰς ἀποφράδας, καὶ τῶν ἑορτῶν ὅσαι πληγάς τινας, ἢ κοπετούς, ἢ νηστείας, ἢ δυσφημίας, ἢ αἰσχρολογίαν ἔχουσιν, οὔτε θεῶν τιμαῖς, οὔτε δαιμόνων οἴεται προσήκειν χρηστῶν, ἀλλὰ εἶναι φύσεις ἐν τῷ περιέχοντι μεγάλας μὲν καὶ ἰσχυράς, δυστρόπους δὲ καὶ σκυθρωπάς, αἳ χαίρουσι τοῖς τοιούτοις καὶ τυγχάνουσαι πρὸς οὐδὲν ἄλλο χεῖρον τρέπονται.

(Plutarchus de Iside et Osir. cap. 26, vol. IX, pag. 136 ed. Hutten.)

13. Ὁ δὲ Ξενοκράτης τὰ μὲν ἄστρα καὶ τὸν ἥλιον ἐκ πυρός φησι καὶ τοῦ πρώτου πυκνοῦ συγκεῖσθαι, τὴν δὲ σελήνην ἐκ τοῦ δευτέρου πυκνοῦ καὶ τοῦ ἰδίου ἀέρος, τὴν δὲ γῆν ἐξ ὕδατος καὶ πυρὸς καὶ τοῦ τρίτου τῶν πυκνῶν· ὅλως δὲ μήτε τὸ πυκνὸν αὐτὸ καθ' αὑτό, μήτε τὸ μανόν, εἶναι ψυχῆς δεκτικόν.

(Plutarchus de facie in orbe lunæ cap. 29, vol. XIII, pag. 93 ed. Hutten.)

14. Ξενοκράτης κατὰ μίαν ἐπιφάνειαν οἴεται κεῖσθαι τοὺς ἀστέρας· οἱ δὲ ἄλλοι Στωϊκοὶ πρὸ τῶν ἑτέρων τοὺς ἑτέρους ἐν ὕψει καὶ βάθει.

(Stobæus Eclog. Phys. lib. I, cap. 24, p. 514 seq. ed. Heeren; pag. 200 ed. Gaisford; pag. 141 ed. Meinek. Idem locus exstat apud Pseudoplutarchum de Placit. phil. lib. II, cap. 15 et Eusebium Præp. Evang. lib. XV, cap. 46, pag. 846, nisi quod ibi legitur : Ξενοκράτης κατὰ μίαν ἐπιφάνειαν οἴεται κινεῖσθαι. Sed quoniam de stellis inerrantibus videtur disputari, non κινεῖσθαι, sed κεῖσθαι hic flagitari apparet. Ut autem hac in re certior auctor Stobæus est : ita scriptura κατὰ μιᾶς ἐπιφανείας, quam ejus codices præbent, mutanda in κατὰ μίαν ἐπιφάνειαν. Hanc enim Plutarchi et Eusebii exemplaria exhibent. Mirum est hæsisse criticos et interpretes omnes in verbis οἱ δὲ ἄλλοι Στωϊκοί; sed illorum errores convincere supersedeo. Constat enim ἄλλος sæpe salva sententia omitti posse, velut apud Platonem Gorg. p. 473. C. εὐδαιμονιζόμενος ὑπὸ τῶν πολιτῶν καὶ τῶν ἄλλων ξένων, ubi vide Heindorfium. Adde eundem ad Phæd. pag. 110. E.)

15. Καὶ γὰρ αὐτὸν οὕτω τὸν κόσμον ἐκ τῶν ἄνω καὶ τῶν κάτω φύσει φερομένων συνηρμοσμένον ἀπηλλάχθαι παντάπασι τῆς κατὰ τόπον κινήσεως. Ταῦτα δὲ καὶ Ξενοκράτης ἔοικεν ἐννοῆσαι θείῳ τινὶ λογισμῷ, τὴν ἀρχὴν λαβὼν παρὰ Πλάτωνος.

(Plutarchus de facie in orbe lunæ cap. 29, vol. XIII, pag. 93 ed. Hutten.)

16. Ξενοκράτης μέτρον τῶν γεννητῶν καὶ κίνησιν ἀΐδιον (τὸν χρόνον ἔλεγε).

(Stobæus Eclog. Phys. lib. I, cap. 8, 40 pag. 250 ed. Heeren; pag. 91 ed. Gaisford; pag. 63 ed. Meinek.)

17. Δοκεῖ μὲν πρὸς Ξενοκράτην μάλιστα καὶ τοὺς Πλατωνικοὺς ὁ λόγος τείνειν, διότι ἐξ ἀτάκτου καὶ πλημμελοῦς γεγονέναι τὸν κόσμον φασί, τοῦ Πλάτωνος εἰπόντος « παραλαβὼν γὰρ ὁ θεὸς πᾶν ὅσον ἦν ὁρατὸν οὐχ ἡσυχίαν ἄγον ἀλλὰ κινούμενον πλημμελῶς

---

naturæ conferret triangulum æquilaterum, mortali fastigio scalenum, geniorum prosapiæ æquicrurium : quippe primum undique æquale est, alterum inæquale, tertium tum æquale tum inæquale, ut geniorum natura simul affectionibus humanis simul dei viribus conspicua.

11. Sed malos (inquit) genios esse, non solum Empedocles, o Heracleo, scriptum reliquit, sed Plato etiam, Xenocrates et Chrysippus.

12. Xenocrates etiam dies nefastos et festos, quibus verbera, planctus, jejunia, mali ominis voces aut obscœna dicta usurpantur, neque cum deorum neque cum bonorum geniorum cultu convenire censet; sed esse in aere naturas quasdam magnas et fortes, easdemque morosas ac difficiles, quæ istius modi rebus delectentur, easque consecutæ injuriosiæ esse desinant.

13. Xenocrates vero stellas et solem ex igne ait et primo denso constare, lunam ex secundo denso et proprio aere, terram ex aqua et igne et tertio dense; omnino autem neque densum ipsum per se, neque rarum animæ esse capax.

14. Xenocrates in una superficie positas putat stellas : at Stoici alias aliis altius vel humilius.

15. Nam ipsum quoque mundum ita ex iis, quæ sua natura sursum et deorsum feruntur, apte compositum, liberum esse ab omni loci mutatione. Hæc etiam Xenocrates videtur divinitus concepisse mente, principium a Platone mutuatus.

16. Xenocrates (tempus) rerum creatarum mensuram motumque perpetuum (appellabat).

17. Videtur ad Xenocratem maxime et ad Platonicos disputatio pertinere, quia ex inordinato et incomposito mundum effectum esse ajunt, quum Plato dixerit : *quidquid erat, quod cerni posset, id sibi deus assumpsit, non tranquillum et quietum, sed immoderate*

καὶ ἀτάκτως εἰς τάξιν αὐτὸ ἤγαγεν ἐκ τῆς ἀταξίας. » Οὗτοι οὖν γενητὸν καὶ ἄφθαρτον λέγοντες τὸν κόσμον τὴν γένεσιν οὐχ ὡς ἀπὸ χρόνου φασὶ δεῖν ἀκούειν, ἀλλ' ἐξ ὑποθέσεως εἰρημένην, διδασκαλίας χάριν τῆς τάξεως τῶν ἐν αὐτῷ προτέρων τε καὶ συνθετωτέρων.

(Simplicius ad Aristotelem de Cœlo pag. 70. B. Cf. Schol. Arist. p. 488. Spectat autem hæc explicatio ad lib. I de Cœlo cap. 10, pag. 279. B. ed. Bekker. εἰ δὲ γέγονεν, ἀνάγκη δηλονότι κἀκεῖνα δυνατὰ εἶναι ἄλλως ἔχειν καὶ μὴ ἀεὶ οὕτως ἔχειν, ὥστε καὶ συνεστῶτα διαλυθήσεται καὶ διαλελυμένα συνέστη ἔμπροσθεν, καὶ τοῦτ' ἀπειράκις ἢ οὕτως εἶχεν ἢ δυνατὸν ἦν. Εἰ δὲ τοῦτ', οὐκ ἂν εἴη ἄφθαρτος, οὔτ' εἰ ἄλλως εἶχέ ποτε οὔτ' εἰ δυνατὸν ἄλλως ἔχειν. Ἣν δέ τινες βοήθειαν ἐπιχειροῦσι φέρειν ἑαυτοῖς τῶν λεγόντων ἄφθαρτον μὲν εἶναι γενόμενον δέ, οὐκ ἔστιν ἀληθής κτλ. Huc pertinet etiam scholion cod. Coisl. 166, p. 489 ed. Brandis. ταῦτα πρὸς Ξενοκράτην εἴρηται ἀπολογούμενον ὑπὲρ Πλάτωνος καὶ λέγοντα ὅτι γενόμενον εἶπε τὸν κόσμον ὁ Πλάτων οὐ τοῦτο βουλόμενος, ἀλλὰ διδασκαλίας χάριν ἔφησεν ἐκ τῆς ὕλης τῆς προηγουμένης καὶ τοῦ εἴδους γεγονέναι τὸν κόσμον, ὡς ἔχει ἐπὶ τῶν μαθημάτων. Simile est scholion cod. Reg. 1853 l. c. ὁ Ξενοκράτης καὶ ὁ Σπεύσιππος ἐπιχειροῦντες βοηθῆσαι τῷ Πλάτωνι ἔλεγον ὅτι οὐ γενητὸν τὸν κόσμον ὁ Πλάτων ἐδόξαζεν, ἀλλὰ ἀγένητον, χάριν δὲ διδασκαλίας καὶ τοῦ γνωρίσαι καὶ παραστῆσαι αὐτὸ ἀκριβέστερον ἔλεγε τοῦτον γενητόν. De reliquo quæ affert Simplicius Platonis verba παραλαβὼν γὰρ ὁ θεὸς κτλ. leguntur in Timæo p. 30 A. Est vero operæ pretium audire Censorinum de die natali cap. 4 antiquorum de rerum origine opiniones sic referentem. Sed prior, inquit, illa sententia, qua semper humanum genus fuisse creditur, auctores habet Pythagoran Samium et Ocellum Lucanum et Archytan Tarentinum omnesque adeo Pythagoricos. Sed et Plato Atheniensis et Xenocrates et Dicæarchus Messenius itemque antiquæ academiæ philosophi non aliud videntur opinati.)

18. Ἐμπεδοκλῆς καὶ Ξενοκράτης ἐκ μικροτέρων ὄγκων τὰ στοιχεῖα συγκρίνει, ἅπερ ἐστὶν ἐλάχιστα καὶ οἱονεὶ στοιχεῖα στοιχείων.

(Stobæus Eclog. Phys. lib. I, cap. 17 pag. 368 ed. Heeren; pag. 143 ed. Gaisford; pag. 100 ed. Meinek. Eadem verba exstant apud Pseudoplutarchum de placit. phil. lib. I, cap. 17, nisi quod omisso Xenocratis nomine scribit Ἐμπεδοκλῆς ἐκ μικροτέρων ὄγκων κτλ. Cf. ibid. cap. 13 Ἐμπεδοκλῆς πρὸ τῶν τεσσάρων στοιχείων θραύσματα ἐλάχιστα, οἱονεὶ στοιχεῖα στοιχείων, ὁμοιομερῆ, ὅπερ ἐστὶ στρογγύλα. In eandem sententiam Galenus hist. phil. cap. 10 οἱ μὲν παλαιότεροι τὰς τῶν στοιχείων μίξεις κατ' ἀλλοίωσιν ἤτοι κρᾶσιν ᾠήθησαν γίνεσθαι, οἱ δὲ περὶ Ἀναξαγόραν καὶ Δημόκριτον κατὰ παράθεσιν. Ἐμπεδοκλῆς δὲ ἐκ μικροτάτων οἴεται τὰ στοιχεῖα συγκρίνειν. Quidam igitur Galenum secuti non modo apud Plutarchum, sed etiam apud Stobæum pro μικροτέρων substitui μικροτάτων voluerunt. Verum illam rem haud in magno discrimine ponimus.)

19. Ξενοκράτης καὶ Διόδωρος ἀμερῆ τὰ ἐλάχιστα ὡρίζοντο.

(Stobæus Eclog. Phys. lib. I, cap. 14, 1 pag. 350 ed. Heeren; pag. 133 ed. Gaisford; pag. 94 ed. Meinek. Ut autem e minoribus corpusculis orta sunt elementa : ita ex quatuor elementis illa, quæ in terris sunt, corpora originem acceperunt. De quo argumento Plutarchi locus est, quem nunc proponemus.)

20. Τί οὖν; οὐχὶ καὶ Πλάτωνι συνέβαινε καὶ Ἀριστοτέλει καὶ Ξενοκράτει, χρυσὸν ἐκ μὴ χρυσοῦ, καὶ λίθον ἐκ μὴ λίθου, καὶ τἄλλα γεννᾷν ἐκ τεσσάρων ἁπλῶν καὶ πρώτων ἁπάντων; Πάνυ μὲν οὖν. Ἀλλ' ἐκείνοις μὲν εὐθύς τε συνίασιν αἱ ἀρχαὶ πρὸς τὴν ἑκάστου γένεσιν, ὥσπερ συμβολὰς μεγάλας φέρουσαι τὰς ἐν αὐταῖς ποιότητας, καὶ ὅταν συνέλθωσιν εἰς τὸ αὐτὸ καὶ συμπέσωσι ξηροῖς ὑγρά, καὶ ψυχρὰ θερμοῖς, καὶ στερεὰ μαλθακοῖς, σώματα κινούμενα παθητικοῖς ἀπ' ἀλλήλων, καὶ μεταβάλλοντα δι' ὅλων, ἑτέραν ἀφ' ἑτέρας κράσεως συναποτίκτει γένεσιν.

(Plutarchus adv. Colot. cap. 9 vol. XIV,

---

agitatum et fluctuans, idque ex inordinato in ordinem adduxit. Hi igitur procreatum et immortalem vocantes mundum rerum procreationem non ut quodam tempore factam intelligi oportere ajunt, sed ea conditione dictam, ut indicaretur ordo eorum quæ in mundo priora et magis composita sunt.

18. Empedocles et Xenocrates e minoribus corpusculis elementa componunt, quæ minima sunt ac tanquam elementorum elementa.

19. Xenocrates ac Diodorus minima partibus carere censebant.

20. Quid ergo? nonne Plato et Aristoteles et Xenocrates aurum ex non auro, lapidem ex non lapide et reliqua e quatuor primis et simplicibus omnium elementis generari faciebant? Sane quidem. Verum his statim ad uniuscujusque rei generationem coeunt principia magnumque rerum velut adjumentum suas quodque qualitates afferunt : et quando congressa sunt cum siccis humida, cum calidis frigida, cum mollibus dura, corpora mota cum his quæ invicem se afficiunt, et penitus mutata diversum diversa mixtura partum simul edunt.

pag. 150 ed. Hutten. De reliquo omnia, quæ in terra exstant, vel per se sunt, vel ad aliquid referuntur. Docet hoc Simplicius ad Aristot. Categ. pag. 27 (interp. lat. Venet. 1567): *Xenocrates et Andronicus videntur omnia comprehendere sub per se et ad aliquid: perinde quasi supervacaneum sit apud eos tantam multitudinem generum afferre.* Qui locus sic explicandus est, ut quod per se sit, substantiam esse dicamus, quod ad aliquid referatur, accidens vel modum appellemus, quoniam hic non potest nisi in altero esse.)

21. Οἱ δὲ περὶ Ξενοκράτην τὴν μὲν πρώτην ἀκολουθίαν ὑπεῖναι συνεχώρουν, τοῦτ' ἔστιν ὅτι εἰ ἓν ἐστι τὸ ὄν, καὶ ἀδιαίρετον ἔσται· οὐ μὴν ἀδιαίρετον εἶναι τὸ ὄν· διὸ πάλιν μηδὲ ἓν μόνον τὸ ὄν, ἀλλὰ πλείω· διαιρετὸν μέντοι μὴ ἐπ' ἄπειρον εἶναι, ἀλλ' εἰς ἄτομά τινα καταλήγειν· ταῦτα μέντοι μὴ ἄτομα εἶναι ὡς ἀμερῆ καὶ ἐλάχιστα, ἀλλὰ τὸ ποσὸν καὶ τὴν ὕλην τμητὰ καὶ μέρη ἔχοντα· τῷ δὲ εἴδει ἄτομα καὶ πρῶτα πρώτας τινὰς ὑποτιθέμενος εἶναι γραμμὰς ἀτόμους καὶ τὰ ἐκ τούτων ἐπίπεδα καὶ στερεὰ πρῶτα. Τὴν οὖν ἐκ τῆς διχοτομίας καὶ ἁπλῶς τῆς ἐπ' ἄπειρον τομῆς καὶ διαιρέσεως ὑπαντῶσαν ἀπορίαν ὁ Ξενοκράτης οἴεται διαλύεσθαι, τὰς ἀτόμους εἰσαγαγὼν γραμμάς, καὶ ἁπλῶς ἄτομα ποιήσας μεγέθη, φεύγων τὸ ὂν εἴπερ ἐστὶ διαιρετὸν εἰς τὸ μὴ ὂν ἀναλυθῆναι καὶ ἀναλωθῆναι, τῶν ἀτόμων γραμμῶν ἐξ ὧν ὑφίσταται τὰ ὄντα ἀτμήτων μενουσῶν καὶ ἀδιαιρέτων.

(Simplicius in Aristotelis Phys. pag. 30. A.)

22. Ἐπεὶ δὲ καὶ Ξενοκράτης σοφὸς ἦν ἀνήρ, πῶς ἄρα τὰς ἀτόμους γραμμὰς ὑπετίθετο; Οὐδὲ γὰρ ἠγνόει τὴν φύσιν τοῦ μεγέθους, ἀλλ' οὐδὲ τῷ εἴδει ἀδιαίρετον ἔλεγε· τοῦτο γὰρ οὐ μόνον αἱ ἐλάχισται γραμμαὶ ἔχουσιν, ἀλλὰ καὶ τὰ μέγιστα σώματα· μήποτε οὖν ου πρὸς τὴν ἐπ' ἄπειρον τομὴν ἐνίστατο ὁ Ξενοκράτης· οὐ γὰρ ἂν γεωμετρικὴν ἀρχὴν ἀνεῖλεν, γεωμετρικὸς ὢν ἀνήρ, ἀλλὰ πρὸς τὸ εἰς ἄπειρα διῃρῆσθαι, ὄντων ἀεί τινων ἀτμήτων μεγεθῶν, ἅτινα οὐδὲ ὑπὸ φύσεως ἰσχύει καθ' αὑτὰ διαιρεῖσθαι διὰ σμικρότητα, ἀλλ' ἑνωθέντα πάλιν ἄλλοις σώμασιν, οὕτω, τοῦ ὅλου διαιρουμένου, ἐν ἑαυτοῖς ἐκείνην δέχεται τὴν διαίρεσιν, ἣν μόνα ὄντα οὐκ ἂν ὑπέμεινεν. Ὡς οὖν ὁ Πλάτων ἐπίπεδα εἶπεν εἶναι τὰ πρῶτα καὶ ἐλάχιστα σώματα, οὕτως ὁ Ξενοκράτης γραμμὰς ἀδιαιρέτους μὲν διὰ σμικρότητα, διαιρετὰς δὲ καὶ αὐτὰς οὔσας τῇ φύσει.

(Simplicius in Aristotelis Phys. pag. 30 B. Scripsi autem ἐκείνην δέχεται τὴν διαίρεσιν rejecta membranarum lectione ἐκεῖνα δέχεται τὴν διαίρεσιν.)

23. Ἀλλὰ μὴν δέδεικται ἐν τῇ Φυσικῇ Ἀκροάσει, ἐν τοῖς περὶ κινήσεως λόγοις, ἐν οἷς ἀντέλεγε πρὸς Ξενοκράτην γραμμὰς ἀτόμους λέγοντα, ὅτι οὐκ εἰσὶν ἀδιαίρετοι γραμμαί, τοῦτ' ἔστιν ὅτι οὐδὲν μέρος γραμμῆς ἐστιν ἀδιαίρετον, ἀλλ' εἰς ἄπειρόν ἐστι διαιρετόν· οὐκ ἄρα ἐκ σημείων ἐστὶ γραμμή, οὐδ' ἐκ γραμμῶν τὸ ἐπίπεδον, οὐδ' ἐξ ἐπιπέδων τὸ στερεόν ταῦτα μὲν τὰ Ἀριστοτέλους, ὅπερ ἀεὶ ἔφην, ἀπαντῶντος πρὸς τὸ τοῦ λόγου φαινόμενον. Ῥητέον δὲ ὅτι εἴπερ τὰ ἐπίπεδα ἔλεγον μαθηματικὰ εἶναι, ὡς μῆκος μόνον καὶ πλάτος ἔχειν, οἱ ἐξ ἐπιπέδων τὰ στερεὰ λέγοντες καὶ εἰς τὰ ἐπίπεδα αὐτὰ ἀναλύοντες, καλῶς ὁ Ἀριστοτέλης καὶ ταῦτα αὐτοῖς ἐπήγαγε τὰ ἄτοπα καὶ τὰ ἑξῆς ἐπάξει. Εἰ δὲ φυσικὰ τὰ ἐπίπεδα λέγουσιν, ὡς μὴ μόνον μῆκος καὶ πλάτος ἀλλὰ καὶ βάθος ἔχειν, ὅπερ ἀρχὴν ἐν τοῖς φυσικοῖς καθιστάναι δυνατόν, οὐκέτι τῇ θέσει αὐτῶν ἕπεται τὰ ἄτοπα τὰ ἐπαγόμενα πρὸς τὰ ἐπίπεδα, ὡς μὴ βεβαθυσμένα. Ὅτι δὲ φυσικὰ καὶ οὐ

---

21. At Xenocrates primam consecutionem subesse concedebat, hoc est, si unum sit ens, etiam individuum fore: non tamen individuum esse ens, ideoque rursus ne unum quidem solum, sed plura: in infinitum vero dividi non posse, sed in atomos quasdam desinere: has porro atomos non esse partium expertes et minimas, sed pro quantitate et materia dividi posse et partes habere: cæteroqui specie atomos et prima naturæ statuens esse primas quasdam lineas insecabiles et ex his facta plana et solida prima. Hanc igitur quæstionem ex divisione in duas partes et omnino ex sectione in infinitum et divisione exorientem Xenocrates solvi putat, quum insecabiles lineas afferat atque omnino indivisas magnitudines efficiat, vitans entis, si modo dividi possit, in non ens resolutionem et consumtionem, manentibus insecabilibus lineis, ex quibus constant ea quæ sunt, ita ut secari ac dividi nequeant.

22. Quum vero etiam Xenocrates vir sapiens esset, quo pacto igitur statuebat lineas insecabiles? Neque enim ignorabat magnitudinis naturam, sed ne forma quidem indivisam dicebat: hanc enim non solum minimæ lineæ habent, sed et maxima corpora: fortasse igitur sectioni et infinitum Xenocrates non adversabatur: (neque enim geometriæ principium sustulisset vir geometriæ peritus), sed negabat lineas in infinitum dividi posse, quia semper sunt quædam indivisæ magnitudines, quæ ne natura quidem per se propter parvitatem dividi queunt, sed rursus cum aliis corporibus cohærentes, toto diviso, illam admittunt divisionem, quam a corporibus separatæ non sustinerent. Ut igitur Plato dixit plana prima esse et minima corpora, ita Xenocrates lineas individuas quidem propter parvitatem, dividuas autem natura et ipsas appellavit.

23. Atqui in libris de Physica Auditione, in disputationibus de motu, ubi Aristoteles Xenocratem insecabiles lineas statuentem refutabat, rationibus probatum est non esse lineas individuas, hoc est, nullam lineæ partem esse individuam, sed in infinitum dividi posse: *ergo*

μαθηματικὰ τὰ ἐπίπεδα ὑποτίθενται, δῆλον ἐκ τοῦ ἔνυλα λέγειν αὐτά· διὸ καὶ τὴν ὕλην πρότερον παραδόντες διεσχηματίσθαι ταύτην εἴδεσί τε καὶ ἀριθμοῖς λέγουσι. Καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Τίμαιος ἐν τῷ οἰκείῳ συγγράμματι τάδε γέγραφεν· ἀρχαὶ μὲν ὦν τῶν γεννωμένων κτλ.

(Simplicius ad Aristotelis de Cœlo lib. III, cap. 1 fol. 139. B. Cf. Schol. in Arist. p. 510. A. ed. Brandis. Cæterum verba ἀρχαὶ μὲν ὦν τῶν γεννωμένων, quæ librarii in ἀρχὰς μὲν οὖν τῶν γενομένων corruperunt, ex ipso scriptore emendavi. Leguntur enim in libro qui sub Timæi Locri nomine fertur § 5 Philos. Græc. Fragm. vol. II, pag. 41.)

24. Εἰ δ' ἔστιν ἀδιαίρετα μεγέθη καὶ ἀπαθῆ καὶ χωρὶς ποιότητος, ὡς οἱ περὶ Δημόκριτον ἔλεγον, καὶ Ξενοκράτης ἀτόμους γραμμὰς ὑποτιθέμενος, ἐξ ἐναντίας τοῖς μαθηματικοῖς ἂν ἀφομοιοῖντο.

(Simplicius ad Aristotelis de Cœlo lib. III, cap. 8 fol. 162.)

25. Ξενοκράτης μὲν πρὸς τὴν ἐπ' ἄπειρον τομὴν τὰς ἀτόμους γραμμὰς [εἰσάγει], ἵνα φεύγῃ ταυτὸν ἕν τε καὶ πολλὰ λέγειν· ἣν ἀντίφασιν κακῶς ὑπολαμβάνων ἑτέρᾳ περιέπιπτεν ἀντιφάσει χαλεπωτέρᾳ, ταυτὸν ἅμα ποιῶν μέγεθός τε καὶ οὐ μέγεθος· καίτοι ταυτὸν μὲν ἕν τε καὶ πολλὰ λέγειν οὐκ ἔστιν ἀντικείμενα, εἰ διαιροῖτό τις τὸ δυνάμει καὶ ἐνεργείᾳ, ταυτὸν δὲ ποιεῖν γραμμήν τε καὶ ἀδιαίρετον ἄντικρύς ἐστι ποιοῦντος τὴν γραμμὴν οὐ γραμμήν.

(Themistius Paraphras. Physicorum Aristotelis lib. I, fol. 18. A. Cf. Schol. in Aristot. p. 334. A. ed. Brandis. Huc pertinent etiam ea quæ in Commentario in Aristotelis librum de insecabilibus lineis dicuntur pag. 930. A. Τοῦ Παρμενίδου λέγοντος ἓν τὸ ὄν, καὶ τὸ παρὰ τὸ ὂν οὐδέν, ὡς μὴ ὄν, ἵνα μὴ πολλὰ λέγων εἰσάξῃ καὶ τὸ μὴ ὄν, οἱ ἀμφὶ Ξενοκράτην καὶ Πλάτωνα ἐνεδίδοσαν τῷ λόγῳ, καὶ τοῖς τὰς διχοτομίας καὶ τὰς ἐπ' ἄπειρον διαιρέσεις τοῦ ὄντος εἰσάγουσιν, ὡς ἂν τὸ ἓν δειχθείη πολλά, καὶ οὐ κυρίως ἓν εἴη τὸ ὄν, εἰ διαιρετὸν εἴη, ὡς Παρμενίδης ἰσχυρίζετο, καὶ σὺν αὐτῷ Ζήνων, ἀναιρῶν τὰ πολλά, ὡς ἔστι μαθεῖν ἐκ τοῦ Πλατωνικοῦ Παρμενίδου· τοῖς τοιούτοις οὖν οἱ ἀμφὶ Ξενοκράτην καὶ Πλάτωνα ἀντιτείνοντες ἀδιαίρετα ἐποίουν μεγέθη, ὧν καὶ τὸ ἓν ἐκεῖνο ἐτίθουν, ὥστ' εἶναι καὶ ἓν καὶ ἀδιαίρετον. Similiter Philoponus in Aristot. Phys. lib. I fol. B, 16 et C, 1 πρὸς δὲ τὸν Ζήνωνος λόγον, τὸν Ξενοκράτην φασὶν ἀπαντῆσαι ὑποθέμενον μὴ ἐπ' ἄπειρον τὴν τῶν μεγεθῶν γίνεσθαι τομήν, καταλύσειν γάρ εἰς ἀτόμους γραμμὰς τεμνομένην τὴν γραμμήν· ἠγνόησε δὲ καὶ οὗτος ἀντιφάσει περιπεσὼν διὰ τοῦ δοκεῖν φεύγειν τὴν ἀντίφασιν. Idem paulo post sic pergit: ἔνιοι δὲ ἐνέδοσαν τοῖς λόγοις ἀμφοτέροις· ἀμφοτέροις, φησί, τοῖς τε τοῦ Παρμενίδου καὶ τοῖς τοῦ μαθητοῦ αὐτοῦ Ζήνωνος· τοῖς μὲν τοῦ διδασκάλου ὁ διδάσκαλος Πλάτων, τοῖς δὲ τοῦ μαθητοῦ Ζήνωνος ὁ μαθητὴς Πλάτωνος ὁ Ξενοκράτης.)

26. Ἔνθεν ὁ Ξενοκράτης ἀνῄρει τὴν ἐπ' ἄπειρον τῶν μεγεθῶν τομήν· αὐτὸς γοῦν πολλαχῶς συγχωρήσας τούτῳ ἀληθεῖ ὄντι, ὅμως ἐπελύσατο μοναχῶς τὴν ἀπορίαν, ἐν οἷς καὶ τοῦτό φησιν ὅτι τῶν μεγεθῶν ἡ τομὴ δυνάμει μέν ἐστιν ἐπ' ἄπειρον, ἐνεργείᾳ δ' οὔ, ἀδύνατον γὰρ ἐνεργείᾳ γενέσθαι τὸ ἄπειρον· ὥστε καὶ ἡ κίνησις δυνάμει μὲν δι' ἀπείρων ἐλεύσεται, ἐνεργείᾳ δὲ διὰ πεπερασμένων· οὐδὲ γὰρ κατὰ σημεῖον

---

neque ex punctis constat linea, neque ex lineis planum, neque ex planis solidum: hæc quidem Aristoteles, ut semper dixi, occurrens ei quod in hac quæstione verisimile est. Notandum vero, siquidem plana dicebant mathematica esse, ut solam longitudinem et latitudiem habentia, qui ex planis solida esse dicunt. et in plana quidem solida resolvunt, pulchre Aristotelem et hæc iis attulisse absurda et sequentia allaturum. Sin autem physica plana vocant, ut non solum longitudinem et latitudinem, sed et altitudinem habeant, quod ad principium in physicis constituendum valet, non amplius thesin eorum sequuntur absurda, planis tanquam altitudine carentibus opposita. Ponere vero eos physica, non mathematica plana, ex hoc intelligitur, quod materialia ea appellant: quamobrem etiam postquam materiam tradiderunt, hanc omni specie et numero formatam esse affirmant. Sed ipse quoque Timæus in libro suo hæc scripsit: *Principia igitur rerum creatarum*, etc.

24. Si vero sunt magnitudines tum indivisæ, tum affectionibus carentes, tum qualitatis expertes, ut Democritus dicebat et Xenocrates insecabiles lineas statuens, e contrario mathematicis assimilentur.

25. Xenocrates quidem contra sectionem in infinitum lineas insecabiles affert, ut caveat idem unum et multa dicere; quam contradictionem male interpretans in alteram incidit contradictionem eamque graviorem, quia idem simul magnitudinem et non magnitudinem faciebat: tametsi idem dicere unum et multa non est ea, quæ opposita sunt, idem appellare, si quis potentiam et actum distinguat; at idem putare lineam et rem insecabilem aperte est lineam non lineam esse fingentis.

26. Quapropter Xenocrates sectionem magnitudinum in infinitum sustulit: ipse quidem quamvis multimodis huic quod verum est assensus esset, tamen uno tantum modo quæstionem in scriptis solvit, ubi et hoc affirmat, magnitudinum sectionem in infinitum potentia quidem esse, actu autem non esse, quia fieri nequeat ut actu sit infinitum; quamobrem etiam motus potentia quidem per infinita penetrabit, actu vero per finita; neque enim per punctum fit motus, sed per definitam magni-

γίνεται ἡ κίνησις, ἀλλὰ κατὰ μέγεθος ὡρισμένον. Διχοτομίαν δὲ ἐκάλεσε τὴν Ζήνωνος ἐπιχείρησιν, καὶ δῆλον διὰ τί· διότι τῷ ληφθὲν μέγεθος δίχα τέμνειν, οὕτως ἐποιεῖτο τὴν κατασκευήν.

(Philoponus in Aristotelis Phys. lib. I, fol. C, 1.)

27. Εἴπομεν δὲ καὶ ἐν τῷ πρώτῳ λόγῳ, ὅτι τινὲς τὸν Ξενοκράτην ὑπώπτευσαν τὰς ἀτόμους εἰσηγεῖσθαι γραμμάς, καὶ ἐδείξαμεν ὡς ψευδὴς ἡ ὑπόνοια.

(Philoponus in Aristotelis Phys. fol. M, 8. Est vero Xenocrates iis philosophis annumerandus, quorum placita sic tangit Aristoteles Phys. lib. I, 3 pag. 187. A. ed. Bekker. ἔνιοι δ' ἐνέδοσαν τοῖς λόγοις ἀμφοτέροις, τῷ μὲν ὅτι πάντα ἕν, εἰ τὸ ὂν ἓν σημαίνει, ὅτι ἔστι τὸ μὴ ὄν, τῷ δὲ ἐκ τῆς διχοτομίας, ἄτομα ποιήσαντες μεγέθη.)

28. Ἐλέγχοιτο δ' ἂν διὰ τοῦ προβλήματος τούτου καὶ ὁ Ξενοκράτειος λόγος ὁ τὰς ἀτόμους εἰσάγων γραμμάς. Ὅλως γὰρ εἰ ἔστι γραμμή, ἢ εὐθεῖά ἐστι καὶ δυνατὸν αὐτὴν δίχα τεμεῖν, ἢ περιφερής, καὶ μείζων ἐστὶν εὐθείας τινός· (πᾶσα γὰρ περιφερὴς πάντως ἔχει τινὰ εὐθεῖαν ἐλάσσονα) ἢ μικτή, καὶ πολλῷ πλέον αὕτη διαιρετή ἐστιν, εἴπερ ἐξ ἁπλῶν ἐστι διαιρετῶν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν εἰς ἄλλην ἀναβεβλήσθω θεωρίαν.

(Proclus in prim. Euclidis element. lib. III, pag. 74 seq. ed. Basil. 1533. Cf. interp. lat. Patav. 1560 pag. 159. Posui autem ἔχει τινὰ εὐθεῖαν ἐλάσσονα pro vitiosa codicum lectione ἔχει τὴν εὐθεῖαν ἐλάσσονα. Huc referendus videtur etiam locus qui legitur apud eundem in prim. Euclidis element. lib. II, 9 pag. 29 ed. Basil. καὶ μέντοι ὁ Ἀριστοτέλης τὴν αὐτὴν ἔχει τῷ Πλάτωνι διάνοιαν. Πᾶν γὰρ εἶδος γραμμῆς εὐθύ φησιν εἶναι, ἢ περιφερές, ἢ μικτὸν ἐκ τούτων. Διὸ καὶ κινήσεις τρεῖς, ἡ μὲν ἐπ' εὐθείας, ἡ δὲ κύκλῳ, ἡ δὲ μικτή. Διαμφισβητοῦσι δέ τινες πρὸς τὴν διαίρεσιν ταύτην, καί φασι μὴ δύο μόνας εἶναι τὰς ἁπλᾶς γραμμάς, ἀλλὰ καὶ τρίτην ἄλλην, τὴν περὶ τὸν κύλινδρον ἕλικα γραφομένην, ὅταν εὐθείας κινουμένης περὶ τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ κυλίνδρου, σημεῖον ὁμοταχῶς ἐπ' αὐτῆς κινῆται. Γίγνεται γὰρ ἕλιξ, ἧ ὁμοιομερῶς πάντα τὰ μέρη πᾶσιν ἐφαρμόζει, καθάπερ Ἀπολλώνιος ἐν τῷ περὶ τοῦ κοχλίου γράμματι δείκνυσι.)

29. Ψυχὴ ἀριθμὸς ἑαυτὸν κινῶν.

(Scholiastes ineditus ad Dionysium Thracem ap. Fabricium Biblioth. Gr. vol. III, pag. 192 ed. Harles. Eandem animi definitionem Xenocrati tribuunt Plutarchus de anim. Procr. cap. 1 (vol. XIII p. 287 ed. Hutten.), Stobæus Ecl. Phys. lib. I, cap. 41, pag. 321 ed. Gaisford. Macrobius in Somn. Scip. cap. 14 et cap. 6, ubi omisso Xenocratis nomine commemoratur, Boëthius Top. lib. III, pag. 873; Themistius in Paraphr. Post. Anal. Aristot. lib. II, fol. 10 A; Aristoteles de anim. lib. I, cap. 2 et 4. Sed in definiendo animo, qualem Xenocrates infermat, Platonicæ disciplinæ vestigia apparent. Vide Phædrum p. 245 C.)

30. Ἐπεὶ δὲ τῶν δοκιμωτάτων ἀνδρῶν τοὺς μὲν Ξενοκράτης προσηγάγετο, τῆς ψυχῆς τὴν οὐσίαν ἀριθμὸν αὐτὸν ὑφ' ἑαυτοῦ κινούμενον ἀποφηνάμενος. — Οἱ μὲν γὰρ οὐδὲν ἄλλο ἢ γένεσιν ἀριθμοῦ δηλοῦσθαι νομίζουσι τῇ μίξει τῆς ἀμερίστου καὶ μεριστῆς οὐσίας· ἀμέριστον μὲν γὰρ εἶναι τὸ ἕν, μεριστὸν δὲ τὸ πλῆθος, ἐκ δὲ τούτων γίνεσθαι τὸν ἀριθμόν, τοῦ ἑνὸς ὁρίζοντος τὸ πλῆθος, καὶ τῇ ἀπειρίᾳ πέρας ἐντιθέντος, ἣν καὶ δυάδα καλοῦσιν ἀόριστον. — Τοῦτον δὲ μήπω ψυχὴν τὸν ἀριθμὸν εἶναι, τὸ γὰρ κινητικὸν καὶ τὸ κινητὸν ἐνδεῖν αὐτῷ· τοῦ δὲ ταυτοῦ καὶ τοῦ ἑτέρου συμμιγέντων, ὧν τὸ μέν ἐστι κινήσεως ἀρχὴ καὶ μεταβολῆς, τὸ δὲ μονῆς, ψυχὴν γεγονέναι, μηδὲν ἧττον τοῦ ἱστάναι καὶ ἵστασθαι δύναμιν ἢ τοῦ κινεῖσθαι καὶ κινεῖν οὖσαν.

(Plutarchus de anim. Procr. cap. 1-2. vol. XIII, pag. 287 seq. ed. Hutten. Cæterum

---

tudinem. Cæterum divisionem in duas partes nominavit Zenonis argumentationem; quod cur fecerit, apparet: quoniam sumtam magnitudinem in duas partes dividebat atque ita rem demonstrabat.

27. Diximus etiam in primo libro, nonnullos suspicatos esse Xenocratem insecabiles lineas introduxisse, eamque suspicionem falsam esse ostendimus.

28. Redarguatur autem hoc problemate Xenocratis etiam disputatio insecabiles lineas inferens. Omnino enim si est linea, aut recta est, fierique potest ut bifariam ipsa secetur: aut orbiculata, et est major quadam recta; (quippe omnis orbiculata prorsus quandam rectam minorem habet) aut mixta, ac multo magis fissilis, siquidem ex simplicibus dividuis constat. Verumenimvero hæc quidem ad aliam meditationem differantur.

29. Animus numerus est se ipsum movens.

30. Sed quoniam præstantissimorum virorum quosdam Xenocrates sibi conciliavit, animæ naturam numerum dicens qui a se ipso moveatur. — Hi enim nihil aliud animam intelligi debere putant, quam ortum numeri mixtione individuæ et dividuæ naturæ geniti. Unitatem nimirum esse individuam dividuam, multitudinem: ex his nasci numerum, unitate multitudinem definiente terminumque infinitati constituente, quam etiam dyadem infinitam appellant. — Hunc vero numerum nondum esse animam; ei enim deesse adhuc vim, qua moveat et qua moveatur: eodem autem et diverso mixtis, quorum alterum motus est et mutationis, alterum quietis initium, animam exstitisse, vim scilicet non minus sistendi et insistendi quam movendi et motus percipiendi.

scripsi οἱ μὲν γὰρ οὐδὲν ἄλλο ἢ γένεσιν; codd. οἱ μὲν γὰρ οὐδὲν ἢ γένεσιν.) —

31. Πυθαγόρας [τὴν ψυχὴν ἀπεφήνατο] ἀριθμὸν αὐτὸν κινοῦντα, τὸν δ' ἀριθμὸν ἀντὶ τοῦ νοῦ παραλαμβάνει. Ὁμοίως δὲ καὶ Ξενοκράτης [b].

(Stobæus Ecl. Phys. lib. I, cap. 41, 1 pag. 795 ed. Heeren; pag. 321 ed. Gaisford; pag. 225 ed. Meinek. Eadem verba leguntur apud Pseudoplutarchum de plac. phil. lib. IV, cap. 2 Πυθαγόρας [τὴν ψυχὴν] ἀριθμὸν ἑαυτὸν κινοῦντα· τὸν δ' ἀριθμὸν ἀντὶ τοῦ νοῦ παραλαμβάνει. Scripsi : [a] αὐτὸν cum Heerenio ex Plutarcho; codd. αὐτήν. — [b] Ξενοκράτης ex optimis codd.; alii male Ἀναξαγόρας vel Ξεναγόρας. Cicero Quæst. Acad. lib. II, cap. 39 *Tenemusne, quid animus sit? an, ut Xenocrates, mens nullo corpore*, ubi parum probabiliter Bentlejus *numerus nullo corpore* scribi volebat. Mens enim videtur corpus desiderare, numerus non item.)

32. Ἦσαν δὲ ἕτεροι, οἱ καὶ τὰ δύο ἅμα συμπλέκοντες εἰς τὴν ἀπόδοσιν τῆς ψυχῆς, τό τε κινεῖν καὶ τὸ γιγνώσκειν· ὡς ὁ τὴν ψυχὴν ἀποφηνάμενος ἀριθμὸν κινοῦντα ἑαυτόν· διὰ μὲν τοῦ ἀριθμοῦ τὴν γνωστικὴν δύναμιν ἐνδεικνύμενος, διὰ δὲ τοῦ κινεῖν ἑαυτὸν τὴν κινητικήν.

(Themistius in Paraphr. Arist. de Anim. lib. I, fol. 67. A.)

33. Πυθαγόρας δὲ συμβολικῶς εἰκάζειν ἀεὶ καὶ τὸν θεὸν καὶ πάντα τοῖς ἀριθμοῖς εἰωθώς, ὡρίσατο καὶ τὴν ψυχὴν ἀριθμὸν ἑαυτὸν κινοῦντα, ᾧ καὶ Ξενοκράτης ἠκολούθησεν· οὐχ ὅτι ἀριθμός ἐστιν ἡ ψυχή, ἀλλ' ὅτι ἐν τοῖς ἀριθμητοῖς ἐστι καὶ ἐν τοῖς πεπληθυσμένοις, καὶ ὅτι ἡ ψυχή ἐστιν ἡ διακρίνουσα τὰ πράγματα τῷ μορφὰς καὶ τύπους ἑκάστοις ἐπιβάλλειν· αὐτὴ γάρ ἐστιν ἡ τὰ εἴδη ἀπὸ τῶν εἰδῶν χωρίζουσα καὶ διάφορα αὐτὰ ἀποφαίνουσα τῇ τε ἑτερότητι τῶν εἰδῶν καὶ τῷ πλήθει τοῦ ἀριθμοῦ, καὶ διὰ τοῦτο ἀριθμητὰ ποιοῦσα τὰ πράγματα· ὅθεν οὐ παντάπασιν ἀπήλλακται τῆς κατὰ τοὺς ἀριθμοὺς κοινωνίας.

(Nemesius de nat. hom. cap. 2.)

34. Ξενοκράτης ἀριθμὸν αὐτὴν [τὴν ψυχὴν] θέμενος ἐν ποσῷ δοκεῖ.

(Simplicius ad Aristotelis de Anima lib. I fol. 2 A.)

35. Ξενοκράτους ὁ τῆς ψυχῆς οὗτος λόγος, βουλομένου τὴν μεσότητα αὐτῆς τῶν τε εἰδῶν καὶ τῶν εἰδοποιουμένων, ἅμα καὶ τὸ ἴδιον αὐτῆς ἐνδείξασθαι· ὁ γὰρ ἀριθμὸς τὸ εἶδος, τὸ δὲ κινητὸν τοῖς εἰδοποιουμένοις προσήκει, ἐκ μὲν οὖν τῶν ἄκρων μόνον οὐ δηλοῖ τὸ, οὔτε ἀριθμὸς ἁπλῶς ἔσται, οὔτε κινητός· τοῦ μὲν γὰρ ὑφεῖται ἢ τοῦ ἀμερίστου ἐκβέβληται· τοῦ δέ ἐστι κρείσσων, ἢ τοῦ μεριστοῦ ὑπερέχει· τὸ συναμφότερον οὖν ἄν πως εἴη, ὡς ἀμφοτέροις κοινωνοῦσα, ἀριθμὸς κινητός· κατὰ δὲ τὸ οἰκεῖον τῆς μεσότητος ὑφ' ἑαυτοῦ κινητὸς λέγεται. Ὅτι οὐχ ὡς διαστατική ἐστι μέση ἡ ψυχή, οἷος ὁ φυσικὸς λόγος, καὶ πρὸ τούτου κατὰ τοὺς ἄνδρας ἡ μαθηματικὴ οὐσία, οὐδὲ οἷα κατὰ τὸ προϊὸν ἀπὸ νοῦ φῶς οὐσία, νοερὰ [a] μὲν ἔτι μένουσα, τῷ δὲ εἰς τὸ φανὸν καὶ σύμμετρον τοῖς ὑπὸ νοῦ καταλαμπομένοις προέρχεσθαι, διαγγέλλουσα τὸ μόνιμον καὶ κρύφιον τῆς νοερᾶς [b] φύσεως, ἀλλὰ κατ' αὐτὴν τὴν ζωτικὴν ἰδιότητα ἔγερσιν καὶ ζέσιν τινὰ πάσης δηλούσης ζωῆς, ἀμέριστον μὲν καὶ ἐν ἑαυτῇ μένουσαν τῆς νοερᾶς [c]· περὶ δὲ τὰ σώματα μεριζομένην, καὶ ἑτέρωθεν εἰς ἕτερα ὑφιζάνουσαν τῆς σωματοειδοῦς· τῆς δὲ ψυχῆς τὴν ἀφ' ἑαυτῆς εἰς ἀνέλιξιν καὶ εἰς διάστασιν ἅμα συναγωγήν. Διὰ ταῦτα μὲν οὖν ὁ Ξενοκράτης ἀριθμὸν αὐτὸν ἑαυτὸν κινοῦντα τὴν ψυχὴν ἀπεφήνατο· ὁ δὲ Ἀριστοτέλης τὸν ἀριθμὸν ὁριστικὸν προειπὼν καὶ τῶν γνωστῶν καὶ τῶν γνωστικῶν,

---

31. Pythagoras [animum] numerum sese moventem dixit, numero pro mente sumto. Similiter etiam Xenocrates.

32. Fuerunt vero alii, qui duabus simul rebus copulatis motum et cognitionem in animi definitione conjungerent : quemadmodum qui animum numerum se ipsum moventem dixit, numero quidem cognoscendi vim, spontaneo autem motu movendi facultatem indicans.

33. Pythagoras symbolice comparare semper et deum et omnia cum numeris solitus, animum quoque definivit numerum se ipsum moventem, quem etiam Xenocrates secutus est; non quod animus esset numerus, sed quia in iis est quæ numerantur et multiplicantur, et quia animus res discernit, formas et notas singulis imprimendo : hic enim species a speciebus separat, easque tam formarum diversitate quam numeri multitudine dissimiles efficit, ac propterea res numerabiles reddit, ideoque a numerorum communione non omnino alienus est.

34. Xenocrates numerum animum nominans in quantitate ponere videtur.

(Plutarchus de anim. procreat. in Timæo cap. 20 vol. XIII, p. 310 seq. ed. Hutten. Ul-

6 His ita demonstratis, quomodo compleantur intervalla et inserantur medietates, etiamsi nemo jam ante commonstrasset, tamen vobis hanc exercitationem reliquissem. Nunc quum multi et egregii viri id perfecerint, Crantor maxime, Clearchus et Theodorus Solenses : pauca de eorum dissensione dicere, non inutile est. Theodorus enim non, ut illi, duos ordines instituens, sed in una linea deinceps duplos triplosque ponens, primum nititur materiæ illa quam vocant fissura in longitudinem patente, quæ duas ex una, non quatuor ex duabus partes facit. Deinde medietatum, inquit, insertiones ita convenit locum nancisci : alioqui rem perturbatum confusumque iri, ac transitiones futuras in primum statim triplum ex primo duplo, quum complementa alterutrum efficere debeant. Crantorem vero adjuvant positura numerorum planos planis, quadratos quadratis, cubos cubis opponentes et copulantes, utque non ordine sumantur, sed alternis pares et plani paribus et planis opponantur et copulentur.

tima quæ in codicibus sic scripta sunt : ἀλλ' ἐναλλὰξ ἀρτίων καὶ ἐπί, quum manca esse pateat, ita supplevimus, ut reponeremus : ἀλλ' ἐναλλὰξ ἀρτίων καὶ ἐπιπέδων ἀρτίοις καὶ ἐπιπέδοις ἀντιθέτῳ συζυγίᾳ. Periisse hic multa inprimisque elegantem de numeris disputationem jam vidit Xylander. Itaque alii pro ἀλλ' ἐναλλὰξ ἀρτίων καὶ ἐπί legi jusserunt ἀλλ' ἐναλλὰξ ἀρτίων καὶ περιττῶν, rati melius opponi pares numeros imparibus. Sed loci lacunosi incerta est medicina. De Clearcho Solensi egit Fabricius Bibl. Gr. Vol. III, p. 481 ed. Harles. De Theodoro Solensi alibi quoque meminit Plutarchus, qui eum libro de defectu oraculorum cap. 32 τὰ μαθηματικὰ τοῦ Πλάτωνος interpretatum esse testatur. Cf. de anim. procreat. in Tim. cap. 29. Verba εἰ δὲ μή, ταραχὴν καὶ σύγχυσιν ἔσεσθαι, καὶ μεταστάσεις εἰς τὸ πρῶτον εὐθὺς τριπλάσιον a nobis restituta sunt. Nam pro μεταστάσεις vulgo legitur μεταστάς; pro εὐθὺς autem fuerunt qui αὖθις exarari vellent. At quoniam res non satis nota est, receptam lectionem mutare non audemus. Explicatio hæc a Plutarcho servata ad eum Platonis locum refertur, quo varietates in anima mundi notabiles et confusæ per speciem descriptionis numerorum quadratorum et cubicorum repræsentantur. Sunt autem hi numeri :

1,	1^2 sive 1,	1^3 sive 1
2,	2^2 sive 4,	2^3 sive 8
3,	3^2 sive 9,	3^3 sive 27

quos sic ordinabimus :

1, 2, 3, 4, 8, 9, 27,

idque Plato his verbis expressit (Tim. p. 35. B. cf. Phil. Gr. Fragm. vol. II, pag. 163 :) μίαν ἀφεῖλε τὸ πρῶτον ἀπὸ παντὸς μοῖραν (1), μετὰ δὲ ταύτην ἀφῄρει διπλασίαν ταύτης (2), τὴν δ' αὖ τρίτην ἡμιολίαν μὲν τῆς δευτέρας, τριπλασίαν δὲ τῆς πρώτης ($1\frac{1}{2} \times 2 = 3 \times 1 = 3$), τετάρτην δὲ τῆς δευτέρας διπλῆν ($2 \times 2 = 4$), πέμπτην δὲ τριπλῆν τῆς τρίτης ($3 \times 3 = 9$), τὴν δ' ἕκτην τῆς πρώτης ὀκταπλασίαν (8×1), ἑβδόμην δὲ ἑπτακαιεικοσαπλασίαν τῆς πρώτης (27×1). De numerorum vi et potestate longæ sunt Procli, Jamblichi, Porphyrii aliorumque commentationes, e quibus tamen nihil excerpimus, præsertim quum ad abditos Platonis sensus eruendos non valeant. Vide Proclum ad Tim. p. 206 seqq. [pag. 494 seqq. ed Schneider.] Paucis igitur rem exponemus. Numeri 1, 2, 3, 4, 8, 9, 27 a Pythagoreis aliorum numerorum ope connectebantur. Quo in genere tales numeri illis placebant, qui duobus numeris interpositi minorem eodem modo superarent, quo a majore superarentur, quales idcirco medietates (μεσότητες) vocari solent. Itaque in Timæo l. c. ait : μετὰ δὲ ταῦτα ξυνεπληροῦτο τά τε διπλάσια καὶ τριπλάσια διαστήματα, μοίρας ἔτι ἐκεῖθεν ἀποτέμνων καὶ τιθεὶς εἰς τὸ μεταξὺ τούτων, ὥστε ἐν ἑκάστῳ διαστήματι δύο εἶναι μεσότητας, τὴν μὲν ταὐτῷ μέρει τῶν ἄκρων αὐτῶν ὑπερέχουσαν καὶ ὑπερεχομένην, τὴν δ' ἴσῳ μὲν κατ' ἀριθμὸν ὑπερέχουσαν, ἴσῳ δ' ὑπερεχομένην. Harum medietatum prima est numerus quaternarius, ternario et senario interjectus, ternarium eodem modo superans, quo a senario superatur, proportione, quam veteres harmonicam appellabant. Id proportionis genus in eo versatur, ut quum inter majorem numerum (6) et minorem (4) aliud intervallum intersit atque inter medium (4) et minorem (3), hæc intervalla eandem inter se comparationem habeant, quam numerus major et minor (οἱ ἄκροι, 3 et 6). Quodsi minus intervallum dicamus d, majus D : proportio hæc exsistit :

$$
\begin{aligned}
3 : 6 &= d : D \\
\text{seu} &= 4 - 3 : 6 - 4 \\
&= 1 : 2 \\
\text{vel etiam } 3 : d &= 6 : D \\
\text{sive } 3 : 4 - 3 &= 6 : 6 - 4.
\end{aligned}
$$

Itaque quoniam quaternarius ternarium tertia ejus parte superat ($4 = 3 + \frac{3}{3}$) et a senario item tertia ejus parte superatur ($6 = 4 + \frac{6}{3}$), patet, quid significent Platonis verba, quum primam medietatem (4) ταὐτῷ μέρει (i. e. tertia parte) τῶν ἄκρων (6 et 3) ὑπερέχουσαν καὶ ὑπερεχομένην dicit. Atque hujusmodi medietates plures inter numeros Platonicos interponi poterant; siquidem ut numerus 8 medium quiddam est inter 6 et 12; ita 12 inter 9 et 18 medium interjectum, et 16 inter 12 et 24 medium esse apparet. Quum ergo talis proportio *harmonica* nominaretur, alterum genus vocabatur, ut nunc quoque vocatur arithmeticum, hoc dico,

$$4 : 5 = 5 : 6,$$

in quo quinarius non eadem *parte* sed eodem *numero* (1) superat quaternarium et superatur a senario. Vide Proclum in Tim. p. 193. Quocirca Plato alteram medietatem ait ἴσῳ μὲν κατ' ἀριθμὸν ὑπερέχουσαν, ἴσῳ δὲ ὑπερεχομένην. Jam videamus, quibus argumentis Theodorus et Crantor hæc docere conati sint. Quum alii duas lineas duxissent, quarum alteram διπλασίοις (numeris a binario derivatis, 2, 4, 8) compleverunt [i. e. diviserunt in duas, quatuor, octo partes], alteram τριπλασίοις (3, 9, 27, aliis) : Theodorus una eademque linea διπλασίοις et τριπλασίοις completa demonstravit, quomodo numeris Platonicis permixtis sponte nascerentur medietates. Πρῶτον μὲν ἰσχυρίζεται, inquit Plutarchus τῇ

λεγομένη κατὰ μῆκος σχίσει τῆς οὐσίας (i. e. divisione ejus lineæ quæ οὐσίαν i. e. *totum* sive materiam repræsentat) δύο ποιούσῃ μοίρας, ὡς ἐκ μιᾶς, οὐ τέσσαρας ἐκ δυεῖν. Videtur autem Theodorus eos vituperare, qui lineam confestim in quatuor partes partiebantur, quam in duas antea partiri debebant. Deinde medietates in linea sic divisa notandas esse dixit, id quod ita instituit, ut eandem lineam postmodo in tres partes distribueret ac de his unam demeret. Quod quo facilius intelligatur, Theodori lineam expositioni nostræ subjungamus.

A	a	C	b	B

Linea AB, quæ totum repræsentat, bipartita est in puncto C; ideoque AC+CB (duæ lineæ æquales) binarium efficiunt, qui complet lineam AB (τὴν οὐσίαν.) Præterea linea τριπλασίοις completur, et primum quidem ternario i. e. tribus lineis æqualibus Aa, ab, b B; quarum si unam (Aa) demseris, relinquetur linea aB, *quatuor* particulis constans, media inter CB, quæ *tribus*, et AB, quæ *sex* particulis constat. Quæ quum ita sint, hanc habebis proportionem

$$\frac{3}{6} : \frac{1}{6} = \frac{6}{6} : \frac{2}{6}$$

	CB	: CB	=	AB	:	Aa
sive	3	: 1	=	6	:	2
	3	: 4-3	=	6	:	6-
	CB	: AB — CB	=	AB	:	AB — Aa;

ut medius inter numeros quaternarius, media inter lineas Ab sit. Crantorem vero, ut Plutarchus testatur, adjuvit ea qua usus est numerorum disponendorum ratio: quos sic collocavit, ut numeris quadratis quadratos, cubicis cubicos (τετραγώνοις τετραγώνους, κύβοις κύβους) opponeret, non κατὰ τάξιν (non eo ordine quo eos Plato recensuerat), sed ut primum pares, deinde impares recenseret, planorum etiam habita ratione. Cæteroquin in probanda hac re formam litteræ Λ adhibuit, ut ex fragmento septimo cogi oportet. Sic igitur videtur eos disposuisse:

1		sive		1
2^1	3^1		2	3
2^2	3^2		4	9
2^3	3^3		8	27.

Quæritur autem, quos numeros Plutarchus in fragmento hoc ἐπιπέδους sive planos appellet. Nuncupari solent hoc vocabulo numeri qui e duorum numerorum, tanquam longitudinis et latitudinis, multiplicatione efficiuntur. Vide interpretes ad Platonis Theæt. p. 148. a. et Astium ad Theologum. Arithm. p. 164. Quamobrem si Crantor pugnantia secum frontibus adversis composuit, tales numeros fortasse in hunc modum ordinavit:

minores.	medii	majores.
3	4	6
6	8	12
9	12	18
12	16	24

Neque tamen hoc pro certo habere ausim.

7. Περὶ δὲ τῆς τάξεως (ζητεῖται), πότερον ἐφ' ἑνὸς στίχου πάντας ἐκθετέον, ὡς Θεόδωρος· ἢ μᾶλλον, ὡς Κράντωρ, ἐν τῷ Λ σχήματι, τοῦ πρώτου κατὰ κορυφὴν τιθεμένου, καὶ χωρὶς μὲν τῶν διπλασίων, χωρὶς δὲ τῶν τριπλασίων ἐν δυσὶ στίχοις ὑποταττομένων.


(Plutarchus de anim. procreat. in Timæo cap. 29 vol. XIII, p. 322 ed. Hutten. Ergo ea disponendorum numerorum ratio Crantori arrisit, quæ Λ litteræ formam exprimeret.

		1		
	2		3	
4				9
8				27.

Hanc in usum suum convertit Adrastus peripateticus, de quo disseruit Fabricius Bibl. Gr. Vol. III, p. 458 et 653 ed. Harles. Memorat eum Proclus in Tim. p. 197. C. [pag. 471 ed. Schneider.] his verbis: Ἄδραστος δὲ φιλοτεχνῶν, ὃ καὶ πρότερον εἴπομεν λαβδοειδὲς τὸ σχῆμα ποιεῖ καὶ ἐν τρισὶ τριγώνοις ἐκτίθεται τοὺς ὅρους. Cf. etiam p. 193 et 198. Ex Procli igitur de Adrasto testimoniis fortasse intelligi potest, quomodo Crantor numeris Platonicis medietates interposuerit vel ut Plutarchi (vid. fragm. 6 init.) verbis utar παρεντάττειν τὰς μεσότητας tentaverit. Illum enim locum a Plutarcho olim exornatum in mutilo isto capite vicesimo libri de anim. procreat. in Timæo librariorum culpa nunc desiderari arbitror. Proclus autem in Tim. p. 192. C. [pag. 458 ed. Schneider.] hæc scripsit: διὸ καὶ εἰώθασί τινες τρία τρίγωνα ποιεῖν καὶ ἐφ' ἑνὸς μὲν γράφειν τοῦ ἐλαχίστου τὰς ἑπτὰ μοίρας, κορυφὴν ποιοῦντες τὴν μίαν μοῖραν, κατασχίζοντες δὲ τὰς ἓξ περὶ ταύτην καὶ ἐπὶ τῆς ἑτέρας πλευρᾶς γράφοντες τὸν διπλάσιον ὅλον στίχον, ἐπὶ δὲ τῆς ἑτέρας τὸν τριπλάσιον, ἐπὶ δὲ

7. De numerorum autem ordine quæritur, utrum uno in versu omnes sint disponendi, ut Theodorus vult, an potius, ut Crantor, in Λ figura, primo in vertice posito, deinde duplici serie, una duplorum, altera triplorum subjecta.

ἄλλου τριγώνου μείζονος καὶ τοῦτο περιέχοντος αὐξήσαντες τοὺς ἀριθμούς, παρεμβάλλειν τὰς δύο μεσότητας πάλιν ὁμοίως, χωρὶς μὲν τοὺς διπλασίους, χωρὶς δὲ τοὺς τριπλασίους τάξαντες, ἐπὶ δὲ τῆς κορυφῆς τὴν μίαν μοῖραν, ἐπὶ δὲ τρίτου τριγώνου καὶ ἀμφότερα ταῦτα περιλαμβάνοντος ὅλον καταγράφειν τὸ διάγραμμα τὸν αὐτὸν τρόπον. Καὶ οὕτως ὁ Ἄδραστος πεποίηκεν. Inde colligo Crantorem τὴν τῶν μεσοτήτων παρένταξιν ita instituisse, ut arithmeticam medietatem inter τοὺς διπλασίους, harmonicam inter τοὺς τριπλασίους interjiceret. De reliquo credibile est, in secundo triangulo numeros esse duplicatos. Quare talem formam geometricam descripsi, in qua tamen tertium triangulum brevitatis causa omissum est. Neque enim omnia in tanta rerum obscuritate ad vivum resecare volui.)



8. Τὸ μὲν οὖν ἀλγεῖν καὶ δάκνεσθαι, τελευτήσαντος υἱοῦ, φυσικὴν ἔχει τὴν ἀρχὴν τῆς λύπης, καὶ οὐκ ἐφ' ἡμῖν. Οὐ γὰρ ἔγωγε συμφέρομαι τοῖς τὴν ἄγριον ὑμνοῦσι καὶ σκληρὰν ἀπάθειαν, ἔξω καὶ τοῦ δυνατοῦ καὶ τοῦ συμφέροντος οὖσαν. Ἀφαιρήσεται γὰρ ἡμῶν αὕτη τὴν ἐκ τοῦ φιλεῖσθαι καὶ φιλεῖν εὔνοιαν, ἣν παντὸς μᾶλλον διασώζειν ἀναγκαῖον. Τὸ δὲ πέρα τοῦ μέτρου παρεκφέρεσθαι καὶ συναύξειν τὰ πένθη, παρὰ φύσιν εἶναί φημι, καὶ ὑπὸ τῆς ἐν ἡμῖν φαύλης γίνεσθαι δόξης. Διὸ καὶ τοῦτο μὲν ἐατέον, ὡς βλαβερὸν καὶ φαῦλον, καὶ σπουδαίοις ἀνδράσιν ἥκιστα πρέπον· τὴν δὲ μετριοπάθειαν οὐκ ἀποδοκιμαστέον. Μὴ γὰρ νοσοῖμεν, φησὶν ὁ Ἀκαδημαϊκὸς Κράντωρ, νοσήσασι δὲ παρείη τις αἴσθησις, εἴτ' οὖν τέμνοιτό τι τῶν ἡμετέρων, εἴτ' ἀποσπῷτο. Τὸ γὰρ ἀνώδυνον τοῦτο οὐκ ἄνευ μεγάλων ἐγγίνεται μισθῶν τῷ ἀνθρώπῳ. Τεθηριῶσθαι γὰρ εἰκός, ἐκεῖ μὲν σῶμα τοιοῦτον, ἐνταῦθα δὲ ψυχήν.

(Plutarchus Consol. ad Apoll. Vol. VII, pag. 317 seq. ed. Hutten. Verissime quidem judicat Crantor, sed a plerisque philosophis hac in re dissentit. Interpretatus est hunc locum Cicero Tusc. disp. III, 6, cujus verba sunt : « Nec absurde Crantor ille, qui in nostra Academia vel imprimis fuit nobilis : *minime*, inquit, *assentior iis, qui istam nescio quam indolentiam magnopere laudant, quæ nec potest ulla esse nec debet. Ne ægrotus sim; sed si fuerim, sensus adsit, sive secetur quid, sive avellatur a corpore. Nam istud nihil dolere non sine magna mercede contingit, immanitatis in animo, stuporis in corpore.* » Crantoris sententiam approbavit Seneca, qui in Consol. ad Helviam cap. 1 omnia clarissimorum ingeniorum monumenta ad compescendos moderandosque luctus composita evolvisse se profitetur. Nimirum illius libri cap. 16 hæc posuit : *nam et infinito dolore, quum aliquem ex carissimis amiseris, affici, stulta indulgentia est, et nullo, inhumana duritia.* Idem in Consol. ad Polybium cap. 36 ait : *et non sentire mala sua, non est hominis, et non ferre, non est viri.* Ad totum vero Plutarchi locum Wyttenbachius hæc ascripsit : *teneo adhuc quod notavi, verba* τὸ μὲν ἀλγεῖν κτλ. *item ut proxima esse Crantoris.* Concedendum est, hanc quidem sententiam τὸ μὲν οὖν ἀλγεῖν καὶ δάκνεσθαι, τελευτήσαντος υἱοῦ, φυσικὴν ἔχει τὴν ἀρχὴν τῆς λύπης e Crantore sumtam videri, præsertim quum similia legamus apud Ciceronem Tusc. disp. III, 29 : *natura affert dolorem, cui quidem Crantor, inquiunt, vester cedendum putat. Premit enim atque instat, nec resisti potest.* Quid? quod his consentanea habet Seneca epist. 99. Quum primum nos nuntius acerbi funeris percullit, quum tenemus corpus e complexu nostro in ignem transiturum, lacrimas naturalis necessitas

---

8. Jam ex filii morte animi dolorem ægritudinemque capere, res est talis, quæ a naturali profecta principio, non sit in nostra potestate. Non enim iis assentior, qui immanem duramque indolentiam laudant, quæ neque contingere nobis neque prodesse potest. Eripiet enim nobis ista illam quam conservari maxime oportet e mutuo amore ortam benevolentiam. Mœrore autem ultra modum affici et nimis augere luctum contra naturam esse affirmo, et ex prava animi nostri opinione nasci, Quapropter etiam hoc ut damnosum et vitiosum et viros probos minime decens vitandum, mediocritas vero affectuum non est reprobanda. Ne ægrotus sim, inquit Crantor Academicus, sed si fuerim, sensus aliquis adsit, sive secetur pars membrorum, sive a corpore avellatur. Nam ista doloris vacuitas non sine magna mercede homini obtingit. Quippe verisimile est, ut ibi corpus, ita hic ejusmodi animum esse efferatum.

exprimit, et spiritus ictu doloris impulsus quemadmodum totum corpus quatit, ita oculos, quibus adjacentem humorem perprimit et expellit. Hæ lacrimæ per elisionem cadunt, nolentibus nobis. Et in Cons. ad Helv. cap. 16. Scio rem non esse in nostra potestate, nec ullum affectum servire, minime vero eum, qui ex dolore nascitur : ferox enim et adversus omne remedium contumax est. Adde ad Marciam cap. 7. Quin etiam ea quæ in sequentibus eminent, primum τὴν ἀπάθειαν ἔξω τοῦ συμφέροντος οὖσαν, deinde ἀφαιρήσεται γὰρ ἡμῶν τὴν ἐκ τοῦ φιλεῖσθαι καὶ φιλεῖν εὔνοιαν, tum τὸ δὲ πέρα τοῦ μέτρου παρεκφέρεσθαι παρὰ φύσιν εἶναι, denique τὴν μετριοπάθειαν οὐκ ἀποδοκιμαστέον ad Crantorem auctorem referenda esse liquet. Sic enim Cicero Acad. pr. II, 44 : « Sed quæro, quando ista fuerint ab *Academia vetere* decreta, ut animum sapientis commoveri et conturbari negarent? *Mediocritates* illi probabant et in omni permotione *naturalem* volebant esse *quendam modum*. Legimus omnes *Crantoris*, veteris Academici, de luctu. Est enim non magnus, verum aureolus, et, ut Tuberoni Panætius præcipit, ad verbum ediscendus libellus. Atque illi quidem etiam *utiliter a natura* dicebant permotiones istas animis nostris datas; metum cavendi causa, *misericordiam ægritudinemque clementiæ;* ipsam iracundiam fortitudinis quasi cotem esse dicebant. » Hæc igitur quum nec Xenocrati nec Polemoni ἀπαθείας studiosis assignari possint, quumque simillima sint aliorum Plutarchi dictorum : sententias nemo negabit e Crantoris volumine esse petitas, quamquam veteris Academici orationem a Chæronensi philosopho interpolatam esse, credibile est. Cur Cicero non totum locum verterit, sed eorum quæ apud Plutarchum exstant partem prætermiserit, quærere supervacaneum judicamus. Fuit enim Tullius homo sui judicii, qui etiam eadem præcepta modo sectari modo aspernari videretur. Itaque non miramur oratorem Romanum in Consolatione, quæ intercidit, Crantoris vestigiis ingressum, tamen Tuscul. IV, 19 seqq. ejus et Peripateticorum de perturbationibus placita rejecisse. Quod vero dixi, Xenocratem et Polemonem ἀπαθείας studiosos fuisse : id quodammodo in Platonem quoque convenit. Qui licet interdum mediocritatem probaverit, sæpius tamen indolentiam tuetur. Ac mediocritatem quidem commendat de legg. II, p. 652 b. παιδείαν δὴ λέγω τὴν παραγιγνομένην πρῶτον παισὶν ἀρετήν, ἡδονὴ δὲ καὶ φιλία καὶ λύπη καὶ μῖσος ἂν ὀρθῶς ἐν ψυχαῖς ἐγγίγνωνται μήπω δυναμένων λόγον λαμβάνειν, λαβόντων δὲ τὸν λόγον συμφωνήσωσι τῷ λόγῳ, ὀρθῶς εἰθίσθαι ὑπὸ τῶν προσηκόντων ἐθῶν κτλ. Cf. Rep. IV, p. 442. b. Tim. p. 86. b. indolentiam vero laudat Phæd. p. 83. b. ἡ τοῦ ὡς ἀληθῶς φιλοσόφου ψυχὴ οὕτως ἀπέχεται τῶν ἡδονῶν τε καὶ ἐπιθυμιῶν καὶ λυπῶν καὶ φόβων καθ' ὅσον δύναται. Cf. ibid. p. 64 seqq. Ex his, quæ disputavimus, efficitur, Crantorem tum ab Academicis tum a plerisque philosophorum scholis illa in re dissensisse. Solos excipimus Epicureos, a quibus eum dogma suum mutuatum esse nemo contendet. Quocirca totum, quem e Plutarcho attulimus, locum Crantori vindicare non gravabimur.)

9. Τούτοις δὲ ἑπομένως καὶ ὁ Κράντωρ παραμυθούμενος ἐπὶ τῇ τῶν τέκνων τελευτῇ τὸν Ἱπποκλέα φησί· ταῦτα γὰρ πᾶσα ἡ ἀρχαία αὕτη φιλοσοφία λέγει τε καὶ παρακελεύεται· ὧν εἰ δή τι ἄλλο μὴ ἀποδεχόμεθα, τό γε πολλαχῇ εἶναι ἐργώδη καὶ δύσκολον τὸν βίον, ἄγαν ἀληθές. Καὶ γὰρ εἰ μὴ φύσει τοιοῦτον ἔχει τὸν τρόπον, ὑπό γε ἡμῶν εἰς τοῦτο ἀφῖκται διαφθορᾶς· ἥ τ' ἄδηλος αὕτη τύχη πόῤῥωθεν ἡμῖν καὶ ἔτι ἀπ' ἀρχῆς ἠκολούθηκεν, οὐδ' ἐφ' ἑνὶ ὑγιεῖ. Φυομένοις τε μίγνυταί τις ἐν πᾶσι κακοῦ μοῖρα. Τὰ γάρ τοι σπέρματα εὐθὺς θνητὰ ὄντα ταύτης κοινωνεῖ τῆς αἰτίας, ἐξ ἧς ἀφυΐα μὲν ψυχῆς, νόσοι τε καὶ κήδεα καὶ μοῖρα θνητῶν ἐκεῖθεν ἡμῖν ἕρπει. Τοῦ δὴ χάριν ἐτραπόμεθα δεῦρο; ἵν' εἰδείημεν, ὅτι καινὸν οὐδὲν ἀτυχεῖν ἀνθρώπῳ, ἀλλὰ πάντες ταὐτὸ πεπόνθαμεν.

(Plutarchus Consol. ad Apoll. vol. VII, pag. 322 seq. ed. Hutten. Ultima τοῦ δὴ χάριν usque ad πεπόνθαμεν ex Wyttenbachii conjectura ad Plut. vol. VI, p. 714 adjicienda esse censui. Idem Theophrasti et Homeri dicta, quæ in sequentibus commemorat Plutarchus, Crantori deberi putat; quod ego, ut incompertum, in medio relinquam. Sic autem pergit Plutarchus : ἄσκοπος γὰρ ἡ τύχη (φησὶν ὁ Θεόφραστος) καὶ δεινὴ

9. His convenienter etiam Crantor in Consolatione ad Hippoclem liberorum morte mœrentem ita scripsit. Hæc enim omnis illa vetus philosophia docet ac præcipit, quorum si quid aliud non probamus, id saltem nimis verum est, vitam nostram multimodis laboriosam esse et difficilem. Nam si natura non est talis, nostro certe vitio in hanc perniciem incurrit : et incerta ista fortuna e longinquo nos ac jam inde ab initio propter res minime salubres comitata est. Mali quædam portio fatalis jam nascentibus nobis omnibus admiscetur. Quippe semina quum sint mortalia, statim partem hujus causæ sustinent, cur ingenii tarditas, morbi, curæ, mors denique ipsa nobis obrepant. Cur vero eo aberravit oratio? nempe ut intelligamus, non inusitatum homini esse infortunium, sed omnes nos sub eosdem casus esse subjectos.

10.

παρελέσθαι τὰ προπεπονημένα, καὶ μεταρρῖψαι τὴν δοκοῦσαν εὐημερίαν, οὐθένα καιρὸν ἔχουσα τακτόν. Ταῦτα δὲ καὶ ἄλλα τοιαῦτα καὶ καθ' ἑαυτὸν ἑκάστῳ λογίσασθαι ῥᾴδιον, καὶ ἄλλων ἀκοῦσαι παλαιῶν καὶ σοφῶν ἀνδρῶν. Ὧν πρῶτος μέν ἐστιν ὁ θεῖος Ὅμηρος, εἰπών· οὐδὲν ἀκιδνότερον γαῖα τρέφει ἀνθρώποιο κτλ. (Odyss. XVIII, 130-137) καὶ ἐν ἄλλοις· Τυδείδη μεγάθυμε, τίη γενεὴν ἐρεείνεις; κτλ. (Iliad. VI, 145-149) Ταύτῃ δ' ὅτι καλῶς ἐχρήσατο τῇ εἰκόνι τοῦ ἀνθρωπείου βίου, δῆλον, ἐξ ὧν ἐν ἄλλῳ τόπῳ φησὶν οὕτω· βροτῶν δ' ἕνεκα πτολεμίζειν δειλῶν, οἳ φύλλοισιν ἐοικότες κτλ. (Iliad. XXI, 463-466) De vitæ humanæ miseriis exposuisse antiquos philosophos auctor est Crantor (ταῦτα γὰρ πᾶσα ἡ ἀρχαία αὕτη φιλοσοφία λέγει τε καὶ παρακελεύεται) quod etiam nunc ex vetustis monumentis intelligitur. Vide modo e Pythagoreis Hippodami et Hipparchi fragmenta apud Stobæum Flor. XCVIII, 71 et CVIII, 81 in Phil. Gr. Fragm. vol. II, p. 14 et 16 seqq; item Empedoclis versus 30-31 ὢ πόποι, ὢ δειλῶν θνητῶν γένος, ὢ δυσάνολβον, οἵων ἐξ ἐρίδων ἔκ τε στοναχῶν ἐγένεσθε in Vol. I, pag. 2. Adde Euripidis versiculos apud Stobæum Flor. CXXIV, 7 (cf. Eur. Fragm. p. 718 ed. Wagner) γίγνωσκε τἀνθρώπεια, μηδ' ὑπερμέτρως ἄλγει· κακοῖς γὰρ οὐ σὺ πρόσκεισαι μόνη, quibus fortasse Anaxagoræ sententia exprimitur. Plato quid de ea re censuerit, et quid inter eum et Crantorem interfuerit, jam supra vidimus. Nam Plato neque unum eundemque ærumnarum fontem esse statuit, neque omnino certam malorum originem indicavit. Nimirum quum deos inferiores miseriæ humanæ auctores dicat, id figurate interpretandum esse patet. Ut locum de miseriis in quibus mortales versantur ac de morte, malorum omnium termino, ex quodam Prodici Cei opere depromtum servavit Pseudoplato in Axiocho (cf. Phil. Gr. Fragm. vol. II, p. LXXVIII, et p. 138 seqq.): sic Welckerus Crantorem a Prodico multa accepisse quæ ad vitæ incommoda pertinerent non sine causa suspicatus est. Nec tamen propterea audiendus Wyttenbachius, qui Comm. in Plut. VI, p. 699 auctorem Axiochi præcipuam dialogi partem, id est expositionem rerum hominibus molestarum, non Prodico, sed Crantori acceptam rettulisse arbitratur.)

10. Τὰ δὲ περὶ τὸν Ἰταλὸν Εὐθύνοον τοιαῦτά φασι γενέσθαι. Εἶναι μὲν γὰρ αὐτὸν Ἠλυσίου πατρὸς Τεριναίου, τῶν ἐκεῖ πρώτου καὶ ἀρετῇ καὶ πλούτῳ καὶ δόξῃ, τελευτῆσαι δ' ἐξαπίνης αἰτίᾳ τινὶ ἀδήλῳ· τὸν οὖν Ἠλύσιον εἰσελθεῖν ὅπερ ἴσως κἂν ἄλλον εἰσῆλθε, μή ποτ' εἴη φαρμάκοις ἀπολωλώς· τοῦτον γὰρ εἶναι μόνον αὐτῷ ἐπ' οὐσίᾳ πολλῇ καὶ χρήμασιν. Ἀποροῦντα δέ, ὅτῳ τρόπῳ βάσανον λάβοι τούτων, ἀφικέσθαι ἐπί τι ψυχομαντεῖον· προθυσάμενον δέ, ὡς νόμος, ἐγκοιμᾶσθαι καὶ ἰδεῖν ὄψιν τοιάνδε. Δόξαι παραγενέσθαι τὸν πατέρα τὸν ἑαυτοῦ· ἰδόντα δέ, διεξέρχεσθαι πρὸς αὐτὸν περὶ τῆς τύχης τῆς κατὰ τὸν υἱόν, καὶ ἀντιβολεῖν τε καὶ δεῖσθαι, συνεξευρεῖν τὸν αἴτιον τοῦ θανάτου. Καὶ τὸν ἐπὶ τούτῳ ἥκω, φάναι· ἀλλὰ δέξαι παρὰ τοῦδε ἅ σοι φέρει· ἐκ γὰρ τούτων ἅπαντ' εἴσῃ, ὧν πέρι λυπῇ. Εἶναι δ', ὃν ἐσήμαινε, νεανίσκον ἑπόμενόν αὐτῷ, ἐμφερῆ τε τῷ υἱῷ, καὶ τὰ τοῦ χρόνου τε καὶ τὰ τῆς ἡλικίας ἐγγύς. Ἐρέσθαι οὖν, ὅστις εἴη, καὶ τὸν φάναι· δαίμων τοῦ υἱέος σου· καὶ οὕτω δὴ ὀρέξαι οἱ γραμματίδιον. Ἀνειλήσαντα οὖν αὐτὸ ἰδεῖν ἐγγεγραμμένα τρία ταῦτα·

ἦρου, νήπιε; ἠλίθιαι δειλῶν φρένες ἀνδρῶν·
Εὐθύνοος κεῖται μοιριδίῳ θανάτῳ.
οὐκ ἦν γὰρ ζώειν καλὸν αὐτῷ, οὔτε γονεῦσι.

(Plutarchus Consol. ad Apoll. vol. VII, pag. 336 seq. ed. Hutten. omisso auctoris nomine, quem ex Tusculanis disputationibus I, 48 Crantorem fuisse apparet. Ibi enim Tullius, postquam similia quædam de Cleobi et Bitone, de Trophonio et Agamede narravit, ita pergit: *Simile quiddam est in Consolatione Crantoris; ait enim Terinæum quendam Elysium, quum graviter filii mortem mæreret, venisse in psychomantium, quærentem quæ fuisset tantæ calamitatis*

10. Jam de Euthynoo Italo hujusmodi narratio fertur. Hunc enim Elysio patre, Terinæo, virtute, fortunis, gloria civium suorum principe natum, repentina morte ob incertam causam obiisse. Quapropter Elysio patri (qui illum unicum habuisset filium, maximarum divitiarum et opum heredem) incidisse suspicionem, quæ forsitan et aliis incidisset, filium veneno necatum esse. Quum autem dubitaret, quomodo rem explorare posset, venisse eum in psychomanteum, sacrisque legitime operatum loco isti indormivisse, ac talem speciem per somnum ei esse oblatam. Visum esse patrem ad ipsum accedere; quem posteaquam conspexisset, narrato filii casu, oraverit atque obsecraverit, ut in causa mortis invenienda se adjuvaret. Respondisse patrem: equidem idcirco adsum; sed ab isto accipe quæ tibi affert; inde enim omnia cognosces, quibus mœres. Fuisse vero eum quem pater indicabat juvenem pone sequentem, ætate et statura filii propemodum similem; interrogatumque quis esset, respondisse: genius sum filii tui, simulque porrexisse ei codicillos, quibus evolutis Elysius tres hos versus invenerit intus exaratos:

Quæris, stulte? homines insanis mentibus errant:
En jacet Euthynous fatali morte peremtus.
Nam fuit utilius finiri ipsique patrique.

causa; huic in tabellis tres hujusmodi versiculos datos:

Ignaris homines in vita mentibus errant:
Euthynous potitur, fatorum numine, leto:
Sic fuit utilius finiri ipsique tibique.

Primum versum, qui in membranis sic exaratur: ἤρου, νήπιε, ἠλίθιαι φρένες ἀνδρῶν, a librariis mutilatum esse, nemo non videt. Quem ut supplerem, scripsi: ἤρου, νήπιε, ἠλίθιαι δειλῶν φρένες ἀνδρῶν. Quod reliquum est, hæc narratio optime copulatur cum vitæ humanæ miserationes quam fragmentum 9 continet. Confer et fragm. 12.)

11. Τὸ γὰρ μὴ δι' αὑτὸν κακῶς πράττειν ὁ μὲν Κράντωρ φησὶν οὐ μικρὸν εἶναι κούφισμα πρὸς τὰς τύχας.

(Plutarchus Consol. ad Apoll. vol. VII, pag. 349 ed. Hutten. Hoc solatio multi in rebus adversis se consolati sunt, velut Socrates apud Xenophontem Apol. cap. 24-28, Cicero, cujus complura dicta refert ad h. l. Wyttenbachius p. 759, alii.)

12. Πολλοῖς γὰρ καὶ σοφοῖς ἀνδράσιν, ὥς φησι Κράντωρ, οὐ νῦν, ἀλλὰ πάλαι κέκλαυσται τἀνθρώπινα, τιμωρίαν ἡγουμένοις εἶναι τὸν βίον, καὶ ἀρχὴν τὸ γενέσθαι ἄνθρωπον συμφορὰν τὴν μεγίστην.

(Plutarchus Consol. ad Apoll. vol. VII, pag. 351, ed. Hutten. Viri sapientes, qui in hac fuerunt sententia, appellantur Homerus, Theognis, Empedocles, Prodicus, alii. Empedoclis luculenti extant versus apud Plutarchum de exsilio p. 607 ἔστιν ἀνάγκης χρῆμα, θεῶν ψήφισμα παλαιόν κτλ. (Vid. Phil. Gr. Fragm. vol. I, p. 1 vs. 1-10); de quibus sic judicat Plotinus Ennead. IV, lib. VIII, cap. 1, p. 468 Ἐμπεδοκλῆς τε εἰπὼν ἁμαρτανούσαις νόμον εἶναι ταῖς ψυχαῖς πεσεῖν ἐνταῦθα καὶ αὐτὸς φυγὰς θεόθεν γενόμενος ἥκειν πίσυνος μαινομένῳ νείκεϊ, τοσοῦτον παρεγύμνου ὅσον καὶ Πυθαγόρας οἶμαι καὶ οἱ ἀπ' ἐκείνου ἠνίττοντο περί τε τούτου περί τε πολλῶν ἄλλων. Adde locos quos ad Empedoclem attuli pag. 15 seqq. Idem sensit Plato Phædr. p. 248. Similiter Euripides in Stobæi Flor. CXX, 22 ἐχρῆν μὲν ἡμᾶς σύλλογον ποιουμένους τὸν φύντα θρηνεῖν εἰς ὅσ' ἔρχεται κακά, τὸν δ' αὖ θανόντα καὶ πόνων πεπαυμένον χαίροντας εὐφημοῦντας ἐκπέμπειν δόμων. (Cf. Eur. Fragm. p. 728 ed. Wagner.) Porro Crantoris dicto usus est Phalaris p. 252 ed. Lennep. Inprimis autem Crantoris apophthegma celebravit Cicero in Consolatione teste Lactantio divin. institut. lib. III, cap. 18 § 10 et cap. 19 § 14. Ac priore quidem loco Lactantius: Cicero, inquit, quum in principio Consolationis suæ dixisset, *luendorum scelerum causa nasci homines*, iteravit id ipsum postea *quasi objurgans eum qui vitam pœnam non esse putet*. Posteriore vero ait: Damnant igitur vitam omnem, plenamque nihil aliud, quam malis, opinantur. Hinc nata est inepta illa sententia, hanc esse mortem, quam nos vitam putemus; illam vitam quam nos pro morte timeamus: ita primum bonum esse, non nasci; secundum, citius mori. Quæ ut majoris sit auctoritatis, Sileno attribuitur. Cicero in Consolatione, *Non nasci*, inquit, *longe optimum, nec in hos scopulos incidere vitæ: proximum autem, si natus sis, quam primum mori, et tanquam ex incendio effugere violentiam fortunæ*. Huc pertinent etiam Aristotelis verba apud Plutarchum in Consol. ad Apoll. vol. VII, pag. 351 seqq. ed. Hutten. τοῦτο δέ φησιν Ἀριστοτέλης καὶ τὸν Σειληνὸν συλληφθέντα τῷ Μίδᾳ ἀποφήνασθαι. Βέλτιον δ' αὐτὰς τὰς τοῦ φιλοσόφου λέξεις παραθέσθαι. Φησὶ δὲ ἐν τῷ Εὐδήμῳ ἐπιγραφομένῳ, ἢ Περὶ ψυχῆς, ταυτί· διόπερ, ὦ κράτιστε πάντων καὶ μακαριστότατε, πρὸς τῷ μακαρίους καὶ εὐδαίμονας εἶναι τοὺς τετελευτηκότας νομίζειν, καὶ τὸ ψεύσασθαί τι κατ' αὐτῶν καὶ τὸ βλασφημεῖν, οὐχ ὅσιον, ὡς κατὰ βελτιόνων, ἡγούμεθα, καὶ κρειττόνων ἤδη γεγονότων. Καὶ ταῦθ' οὕτως ἀρχαῖα καὶ παλαιὰ διατελεῖ νενομισμένα παρ' ἡμῖν, ὥστε τὸ παράπαν οὐδεὶς οἶδεν οὔτε τοῦ χρόνου τὴν ἀρχήν, οὔτε τὸν θέντα πρῶτον, ἀλλὰ τὸν ἄπειρον αἰῶνα τυγχάνουσι διὰ τέλους οὕτω νενομισμένα. Πρὸς δὲ δὴ τούτοις, διὰ στόματος ἐν τοῖς ἀνθρώποις ὁρᾷς, ὡς ἐκ πολλῶν ἐτῶν, ἐκ παλαιοῦ χρόνου, περιφέρεται θρυλλούμενον. Τί τοῦτ', ἔφη. Κἀκεῖνος ὑπολαβών· ὡς ἄρα μὴ γίνεσθαι μέν, ἔφην, ἄριστον πάντων, τὸ δὲ τεθνάναι τοῦ ζῆν ἐστὶ κρεῖττον. Καὶ πολλοῖς οὕτω παρὰ τοῦ δαιμονίου μεμαρτύρηται. Τοῦτο μὲν ἐκείνῳ τῷ Μίδᾳ λέγουσι δήπου μετὰ τὴν θήραν, ὡς ἔλαβε τὸν Σειληνόν, διερωτῶντι καὶ πυνθανομένῳ, τί ποτέ ἐστι τὸ βέλτιον τοῖς ἀνθρώποις, καὶ τί τὸ πάντων αἱρετώτατον, τὸ μὲν πρῶτον οὐδὲν ἐθέλειν εἰπεῖν, ἀλλὰ σιωπᾶν ἀρρήτως. Ἐπειδὴ δέ ποτε μόλις πᾶσαν μηχανὴν μηχανώμενος προσηγάγετο φθέγξασθαί τι πρὸς αὐτόν, οὕτως ἀναγκαζόμενον εἰπεῖν· δαίμονος ἐπιπόνου καὶ τύχης χαλεπῆς ἐφήμερον σπέρμα, τί με βιάζεσθε λέγειν, ἃ ὑμῖν ἄρειον μὴ γνῶναι; μετ' ἀγνοίας γὰρ τῶν οἰκείων κακῶν ἀλυπότατος ὁ βίος. Ἀνθρώποις δὲ πάμπαν οὐκ ἔστι γενέσθαι τὸ πάντων ἄριστον, οὐδὲ

11. Nam haudquaquam sua culpa in miseriis versari, Crantor magnum calamitatum levamen esse ait.

12. Multi enim, ut ait Crantor, iique sapientes viri non nunc primum deploraverunt res humanas, vitam esse supplicium judicantes, et omnino nasci hominem summam calamitatem ducentes.

μετασχεῖν τῆς τοῦ βελτίστου φύσεως. Ἄριστον γὰρ πᾶσι καὶ πάσαις τὸ μὴ γενέσθαι· τὸ μέντοι μετὰ τοῦτο καὶ τὸ πρῶτον τῶν ἀνθρώποις ἀνυστῶν, δεύτερον δέ, τὸ γενομένους ἀποθανεῖν ὡς τάχιστα. Δῆλον οὖν, ὡς οὔσης κρείττονος τῆς ἐν τῷ τεθνάναι διαγωγῆς ἢ τῆς ἐν τῷ ζῆν, οὕτως ἀπεφήνατο. Denique Seneca Consolat. ad Marciam cap. 22 : itaque si felicissimum est, non nasci : proximum puta, brevitate vitæ defunctos, cito in integrum restitui. Taceo poetarum Hesiodi, Theognidis, Bacchylidis versus a Wyttenbachio ad Plut. vol. VI, p. 769 allegatos.)

13. Ἀγαθὸν δ' εἶπαν αὐτὴν [τὴν ὑγείαν] ὑπάρχειν, οὐ μὴν καὶ πρῶτον, οἵ τε ἀπὸ τῆς Ἀκαδημίας καὶ οἱ ἀπὸ τοῦ περιπάτου. Δεῖν γὰρ ὑπέλαβον ἑκάστῳ τῶν ἀγαθῶν τὴν οἰκείαν τάξιν τε καὶ ἀξίαν ἀπονέμειν. Ἔνθεν καὶ ὁ Κράντωρ εἰς ἔμφασιν τοῦ λεγομένου βουλόμενος ἡμᾶς ἄγειν, πάνυ χαρίεντι συνεχρήσατο παραδείγματι. Εἰ γὰρ νοήσαιμεν, φησί, κοινόν τι τῶν Πανελλήνων θέατρον, εἰς τοῦτό τε ἕκαστον τῶν ἀγαθῶν παριὸν καὶ τῶν πρωτείων ἀντιποιούμενον ἥκειν, εὐθὺς καὶ εἰς ἔννοιαν ἀναχθησόμεθα τῆς ἐν τοῖς ἀγαθοῖς διαφορᾶς. Πρῶτον μὲν γὰρ ὁ Πλοῦτος παραπηδήσας ἐρεῖ· ἐγώ, ὦ ἄνδρες Πανέλληνες, κόσμον παρέχων πᾶσιν ἀνθρώποις καὶ τὰς ἐσθῆτας καὶ τὰς ὑποδέσεις καὶ τὴν ἄλλην ἀπόλαυσιν χρειώδης εἰμὶ νοσοῦσι καὶ ὑγιαίνουσι, καὶ ἐν μὲν εἰρήνῃ παρέχω τὰ τερπνά, ἐν δὲ πολέμοις νεῦρα [a] τῶν πράξεων γίνομαι. Τούτων γὰρ δὴ τῶν λόγων ἀκούσαντες οἱ Πανέλληνες ὁμοθυμαδὸν κελεύσουσιν [b] ἀποδοῦναι τὰ πρωτεῖα τῷ Πλούτῳ. Ἀλλ' ἐὰν τούτου ἤδη ἀνακηρυττομένου ἐπιστᾶσα ἡ Ἡδονή,

τῇ ἔνι μὲν φιλότης, ἔνι δ' ἵμερος, ἐν δ' ὀαριστύς, [c]
πάρφασις, ἥτ' ἔκλεψε νόον πύκα περ φρονεόντων,

λέγῃ δὲ εἰς μέσον καταστᾶσα ὅτι αὐτὴν δίκαιόν ἐστιν ἀναγορεύειν·

ὁ γὰρ ὄλβος οὐ βέβαιος, ἀλλ' ἐφήμερος [d]
ἐξίπτατ' οἴκων, μικρὸν ἀνθήσας χρόνον,

διώκεταί τε πρὸς τῶν ἀνθρώπων οὐ δι' ἑαυτὸν ἀλλὰ τὴν ἐξ αὐτοῦ περιγινομένην ἀπόλαυσιν καὶ ἡδονήν, πάντως οἱ Πανέλληνες, οὐκ ἄλλως ἔχειν τὸ πρᾶγμα ἢ οὕτως ὑπολαβόντες, κεκράξονται δεῖν τὴν ἡδονὴν στεφανοῦν. Ἀλλὰ καὶ ταύτης τὸ βραβεῖον φέρεσθαι μελλούσης, ἐπὴν εἰσβάλλῃ ἡ Ὑγεία μετὰ τῶν συνέδρων αὐτῇ θεῶν [e], καὶ διδάσκῃ ὡς οὔτε Ἡδονῆς οὔτε Πλούτου ὄφελός τι ἐστιν ἀπούσης αὐτῆς;

τί γάρ με πλοῦτος ὠφελεῖ νοσοῦντά γε;
μίκρ' ἂν θέλοιμι καὶ καθ' ἡμέραν ἔχων
ἄλυπον οἰκεῖν βίοτον ἢ πλουτῶν νοσεῖν,

ἀκούσαντες πάλιν οἱ Πανέλληνες καὶ καταλαβόντες ὡς οὐκ ἔνεστι κλινοπετῆ καὶ νοσοῦσαν ὑποστῆναι τὴν εὐδαιμονίαν, φήσουσι νικᾶν τὴν Ὑγείαν. Ἀλλὰ καὶ τῆς Ὑγείας ἤδη νικώσης, ἐπὰν εἰσέλθῃ ἡ Ἀνδρία πολὺ στῖφος ἀριστέων καὶ ἡρώων ἔχουσα περὶ ἑαυτήν, καταστᾶσά τε λέγῃ· ἐμοῦ μὴ παρούσης, ὦ ἄνδρες Ἕλληνες, ἀλλοτρία γίνεται ἡ κτῆσις τῶν παρ' ὑμῖν ἀγαθῶν, εὔξαιντό τ' ἂν οἱ πολέμιοι περιουσιάζειν ὑμᾶς

---

13. Bonum valetudinem, nec tamen finem bonorum tum Academici tum Peripatetici esse dixerunt. Nam singulis bonis suum ordinem suamque dignitatem attribui oportere existimarunt. Quapropter etiam Crantor rem de qua agitur nobis explicaturus, admodum venusto exemplo usus est. Si enim fingamus, inquit, commune aliquod Græcorum theatrum, ac singula bona in scenam prodire et ad petendum principatum venire : statim etiam bonorum differentiæ intelligentiam habebimus. Primum enim Opulentia transgressa : Ego, inquiet, Græci universi, omnibus hominibus ornatum præbens et vestimenta et calceos et reliqua commoda utilis sum tam ægris quam sanis, atque in pace quidem præbeo res jucundas, in bello autem sum nervi rerum gerendarum. His enim verbis Græci univesi auditis consensu Opulentiæ dignitatis principatum dari jubebunt. Verum si, dum hæc jam præconis voce renuntiatur, superveniens Voluptas,

cui inest quidem amor, inest desiderium, inest colloquium,
blandiloquentia scilicet, quæ decipit mentem etiam valde [prudentium,

dicat, postquam in medium processit, æquum esse, suum nomen per præconem pronuntiari;

nam divitiæ, quæ non certæ sunt, sed incertæ,
ex ædibus evolant, ubi breve tempus creverunt,

expetunturque ab hominibus non propter se, sed propter illam, quæ ex iis capitur, delectationem et voluptatem; omnino Græci universi non aliter quam sic rem se habere rati, Voluptatem coronandam esse vociferabuntur. Sed hac quoque victoriæ præmium acceptura, ubi intraverit Valetudo cum diis consessoribus, et docuerit, se absente neque Voluptatem neque Opulentiam quidquam prodesse :

Quid enim me divitiæ juvant ægrotantem?
Parva et in diem sufficientia habens
doloris expers vivere, quam dives ægrotare malim,

rursus Græci universi tali voce audita intelligentes, beatitudinem lecto affixam et ægrotam subsistere non posse, Valetudinem victoria potiri affirmabunt. Verum Valetudine quoque jam vincente, quum ingressa fuerit Fortitudo magno principum et heroum globo circumdata et conscenso suggestu ita cœperit : *me absente, Græci, bona quæ possidetis alienantur, exoptentque forsitan hostes, ut vos in omnium rerum abundantia vivatis, tanquam bello superiores quam vos futuri*, his igitur auditis Græci primas partes Virtuti tribuent, secundas

πᾶσι τοῖς ἀγαθοῖς ὡς μελλήσοντες ὑμῶν κρατεῖν, καὶ τούτων οὖν ἀκούσαντες οἱ Ἕλληνες τὰ μὲν πρωτεῖα τῇ Ἀρετῇ ἀποδώσουσι, τὰ δὲ δευτερεῖα τῇ Ὑγείᾳ, τὰ δὲ τρίτα τῇ Ἡδονῇ, τελευταῖον δὲ τάξουσι τὸν Πλοῦτον. Καὶ δὴ ὁ μὲν Κράντωρ τὴν ὑγείαν ἐν δευτέρᾳ μοίρᾳ ἐτίθετο, στοιχῶν τοῖς προειρημένοις [g] φιλοσόφοις.

(Sextus Empiricus adv. Math. lib. XI, 51—59 p. 701 seq. ed. Fabric. [p. 556 seqq. ed. Bekker.] E quo Crantoris opere hoc fragmentum sumtum sit, ignoramus. De singulis locis pauca dicenda [a] νεῦρα τῶν πράξεων] Cf. Epicharmus apud Ciceronem ad Attic. I, 19 : νᾶφε καὶ μέμνασ' ἀπιστεῖν· ἄρθρα ταῦτα τᾶν φρενῶν. — [b] κελεύσουσιν] sic legendum cum Fabricio et Bekkero; codd. κελεύουσιν. — [c] Homer. Iliad. XIV, 216-217. — [d] Incerti poetæ versus, quos quidam Euripidi tribuunt. — [e] Intelligendi videntur Fabricio dii deæque Apollo Mercurius, Minerva, Venus, Panacea, quibus cum Hygea communem aram in templo quodam Oropi olim fuisse, memoriæ prodidit Pausanias lib. I, cap. 34. At non liquet. — [f] Versus ex Euripidis Telepho petiti. Vide Eurip. Fragm. p. 790 ed. Wagner. — [g] προειρημένοις φιλοσόφοις] i. e. Academicis et Peripateticis. — Ex hoc fragmento colligi oportet, Crantorem et veterem Academiæ disciplinam tenuisse et sapientiæ præcepta ad vitæ usum contulisse. Enimvero scimus, ab Academicis virtutem quidem summum bonum esse habitam, sed tamen idcirco reliqua bona, valetudinem, divitias, alia de numero bonorum non esse exemta, ut a Stoicis postea factum esse inter omnes constat. Qua de re cum in aliis scriptis Cicero disputavit, tum præcipue in libris de finibus bonorum et malorum, e quibus duos locos excerpere juvat. Acad. post. I, 5 : « Fuit ergo jam accepta a Platone philosophandi ratio triplex ; una de vita et moribus : altera, de natura et rebus occultis : tertia, de disserendo, et quid verum, quid falsum ; quid rectum in oratione pravumve; quid consentiens sit, quid repugnet, judicando. Ac primam partem illam bene vivendi a natura petebant, eique parendum esse dicebant : neque ulla alia in re, nisi in natura, quærendum esse illud summum bonum, quo omnia referrentur; constituebantque, extremum esse rerum expetendarum et finem bonorum, adeptum esse omnia e natura et animo et corpore et vita. Corporis autem alia ponebant esse in toto, alia in partibus : valetudinem, vires, pulchritudinem, in toto : in partibus autem, sensus integros, et præstantiam aliquam partium singularum : ut in pedibus, celeritatem; vim, in manibus; claritatem, in voce; in lingua etiam explanatam vocum expressionem : animi autem, quæ essent ad comprehendendam ingeniis virtutem idonea; eaque ab iis in naturam et mores dividebantur. Naturæ celeritatem ad discendum et memoriam dabant : quorum utrumque mentis esset proprium et ingenii. Morum autem putabant studia esse, et quasi consuetudinem : quam partim exercitationis assiduitate, partim ratione formabant; in quibus erat philosophia ipsa. In qua quod inchoatum est, neque absolutum, progressio quædam ad virtutem appellatur : quod autem absolutum, id est, virtus, quasi perfectio naturæ, omniumque rerum, quas in animis ponunt, una res optima. Ergo hæc animorum. Vitæ autem (id erat enim tertium) adjuncta esse dicebant, quæ ad virtutis usum valerent. Nam virtus cernitur in quibusdam, quæ non tam naturæ, quam beatæ vitæ, adjuncta sunt. Hominem esse censebant, quasi partem quandam civitatis et universi generis humani, eumque esse conjunctum cum hominibus communi quadam societate. Ac de summo quidem atque naturali bono sic agunt : cætera autem pertinere ad id putant aut adaugendum, aut tuendum; ut divitias, ut opes, ut gloriam, ut gratiam. Ita tripartita ab iis inducitur ratio bonorum. « Ibid. cap. 6. « Omnis illa antiqua philosophia sensit *in una virtute positam esse beatam vitam;* nec tamen beatissimam, nisi adjungerentur et *corporis et cætera* quæ supra dicta sunt ad virtutis usum idonea. « Addamus Polemonis sententiam, quo auctore Crantor in philosophia versatus est. De hoc Clemens Alexandrinus Strom. VII, p. 419 ὁ γὰρ Ξενοκράτους γνώριμος Πολέμων φαίνεται τὴν εὐδαιμονίαν αὐτάρκειαν εἶναι βουλόμενος ἀγαθῶν πάντων, ἢ τῶν πλείστων καὶ μεγίστων. Δογματίζει γοῦν χωρὶς μὲν ἀρετῆς μηδέποτε ἂν εὐδαιμονίαν ὑπάρχειν· δίχα δὲ καὶ τῶν σωματικῶν καὶ τῶν ἐκτός, τὴν ἀρετὴν αὐτάρκη πρὸς εὐδαιμονίαν εἶναι. Cf. Sextus Empiricus adv. Math. XI, 42 p. 699 ed. Fabric. [p. 554 ed. Bekker.] et Archytas Tarentinus apud Stobæum Flor. I, 76. Vid. Phil. Gr. Fragm. Vol. I, p. 554 seq. Jam quum ex his locis pateat, Crantorem nihil quod non Academicorum placitis consentaneum esset, præcepisse, simul eum quæ experientia duce cognita haberet tradidisse liquet. Nempe non solum divitem fuisse, sed etiam sæpe

Valetudini, tertias Voluptati, ultimam denique Opulentiam ponent. Et Crantor quoque valetudinem secundum locum obtinere volebat, prædictis philosophis astipulatus.

infirma atque ægra valetudine esse usum Diogenes Laertius IV, 24, 27 testificatur. Quocirca non ignoravit, quantam utilitatem homines ex opibus perciperent, quamque necessaria ad beatitudinem esset commoda valetudo. Quum porro ægrotum neque divitiis delectari neque ulla omnino voluptate frui intelligeret, illum tamen multo miseriorem esse cognovit, qui omnium rerum inops ægrotaret. Eo pertinet fragmentum 14, in quo nihil egestate miserius esse affirmat, atque ex hoc fragmento pars eorum quæ ab Opulentia dicuntur, v. c. χρειώδης εἰμὶ νοσοῦσι καὶ ὑγιαίνουσι, item quod postea legitur οὐκ ἔνεστι κλινοπετῆ καὶ νοσοῦσαν ὑποστῆναι τὴν εὐδαιμονίαν. Quid? quod inter morborum cruciamenta fragilitatis humanæ memor fortunarumque vice commotus cæteris omnibus posthabitis ad divinarum humanarumque rerum intelligentiam omnes cogitationes intendit. Ergo ubi in philosophiæ portum se contulit, virtutis studio acquievit, illisque hominibus felicissimam sortem obvenire judicavit, qui in rebus adversis nunquam demitterent animum neque consideratiores in secunda, quam in adversa fortuna essent. Quare finem bonorum virtutem esse censuit.)

14. Οὐκ ἔστι πενίας οὐδὲν ἀθλιώτερον
ἐν τῷ βίῳ σύμπτωμα· καὶ γὰρ ἂν φύσει
σπουδαῖος ᾖς, πένης δέ, κατάγελως ἔσει.

(Stobæus Flor. XCVI, 13 Κράντορος. Sic enim legendum. In Stobæi membranis partim Κράντωνος reperitur, partim Κράτωνος, quam posteriorem scripturam exhibet etiam Maximus Conf. II, 571, unde Bergkius Κρίτωνος restituendum putavit. Sed bene Meinekius edidit Κράντορος, præsertim cum Floril. XCVII, 6 hoc nomen in omnibus codicibus compareat. Errarunt qui cum Fabricio Biblioth. Gr. vol. II, p. 428 ed. Harles. comicum poetam a Stobæo utroque loco citari crediderunt. Quippe et carmina scripsisse traditur Crantor, si fides Diogeni Laertio IV, 25, et horum versuum sensus cum fragmento 13 quodammodo congruit.)

15. Τὸ γὰρ διάφορον καὶ φρονίμους πάντας ποιεῖ,
τὸ σωφρονεῖν δ' ἔνεστιν ἐν τούτῳ μόνῳ.

(Stobæus Flor. CXVII, 6 Κράντορος. Quum præcedentia perierint, dici non potest, quo τὸ γὰρ διάφορον referatur. Itaque alii aliter de his duobus versibus judicarunt. Et Gesnerus quidem interpretatur: *ut lucrum vel commodum aliquod sibi venentur, omnes sapiunt: et hac in re sola inest sapientia;* parum probabiliter. Rectius alii τὸ διάφορον excellentiam vel præstantiam intelligunt, natalium splendorem vel divitias a poeta spectari existimantes. Nam homines nobiles ac divites philosophia et litteris perpoliti esse solent, pauperes raro accuratæ doctrinæ facultatem consequuntur Quæ si vera est interpretatio, similem hic locus sententiam fragmenti 14 verbis habebit: καὶ γὰρ ἂν φύσει σπουδαῖος ᾖς, πένης δέ, κατάγελως ἔσει. At ne hæc quidem explicatio mihi satisfacit, ideoque τὸ διάφορον, quod locus postulat, in eam partem accepi, ut *mentis præstantiam* esse vellem.)

16. Ἐν δοιῇ μοι θυμός, ὅ τοι γένος ἀμφιβόητον,
ἤ σε θεῶν τὸν πρῶτον ἀειγενέων, Ἔρος, εἴπω,
τῶν ὅσσους Ἔρεβός τε πάλαι βασίλειά τε παῖδας
γείνατο Νὺξ πελάγεσσιν ὑπ' εὐρέος Ὠκεανοῖο·
ἤ σέ γε Κύπριδος υἷα περίφρονος, ἠέ σε Γαίης,
ἢ Ἀνέμων· τοῖος σὺ κακὰ φρονέων ἀλάλησαι
ἀνθρώποις ἠδ' ἐσθλά· τὸ καί σεο σῶμα δίφυιον.

(Diogenes Laertius lib. IV, 26-27 λέγεται δὲ καὶ Ἀνταγόρα τοῦ ποιητοῦ [sic enim legendum] ὡς Κράντορος εἰς Ἔρωτα πεποιημένα φέρεσθαι ταυτί· ἐν δοιῇ μοι θυμός κτλ. Quum Antagoræ Rhodii versus, quos de Amore scripserat, Crantori a quibusdam vindicarentur; nos quoque Solensis philosophi reliquiis hoc qualecunque carmen adjicere non dubitavimus. De hoc vide Jacobsium in Anthologia priore VII, p. 183.)

---

14. Non est paupertate miserabilior ullus in vita casus: nam si natura studiosus fueris, sed pauper, ludibrio habeberis.

15. Nam mentis præstantia omnes etiam prudentes reddit, et in hac re sola animi sanitas inest.

16. In dubio est animus (clarum tibi quod genus omne)
te divum in numero primumne Cupido reponam,
Quos Erebusque senex et Nox regina profundis
Oceani (ut memorant) quondam genuere sub undis:
an Venere, an Ventis, an Terra te esse creatum
dicam: namque vagus mala tot mortalibus affers,
totque bona: hinc corpus tribuit natura biforme.

ΝΟΥΜΗΝΙΟΥ

ΤΟΥ ΠΛΑΤΩΝΙΚΟΥ

ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΙΑ.

NUMENII

PLATONICI PHILOSOPHI

FRAGMENTA.

1. Ἐπὶ μὲν τοίνυν Σπεύσιππον τὸν Πλάτωνος μὲν ἀδελφιδοῦν, Ξενοκράτην δὲ τὸν διάδοχον τοῦ Σπευσίππου, Πολέμωνα δὲ τὸν ἐκδεξάμενον τὴν σχολὴν παρὰ Ξενοκράτους ἀεὶ τὸ ἦθος διετείνετο τῶν δογμάτων σχεδόν τι ταὐτόν, ἕνεκά γε τῆς μήπω ἐποχῆς ταυτησὶ τῆς πολυθρυλλήτου τε, καὶ εἰ δή τινων τοιούτων ἄλλων. Ἐπεὶ εἴς γε τὰ ἄλλα πολλαχῇ τὰ μὲν παραλύοντες [a], τὰ δὲ στρεβλοῦντες, οὐκ ἐνέμειναν τῇ πρώτῃ διαδοχῇ· ἀρξάμενοι δὲ ἀπ' ἐκείνου, καὶ θᾶττον καὶ βράδιον διίσταντο προαιρέσει ἢ ἀγνοίᾳ, τὰ δὲ δή τινι αἰτίᾳ ἄλλῃ, οὐκ ἂν φιλοτίμῳ ἴσως. Καὶ οὐ μὲν βούλομαί τι φλαῦρον εἰπεῖν διὰ Ξενοκράτη, μᾶλλον μὴν ὑπὲρ Πλάτωνος ἐθέλω. Καὶ γάρ με δάκνει, ὅτι μὴ πᾶν ἔπαθόν τε καὶ ἔδρων, σώζοντες τῷ Πλάτωνι κατὰ πάντα [πάντῃ] πᾶσαν ὁμοδοξίαν. Καίτοι ἄξιος ἦν αὐτοῖς ὁ Πλάτων, οὐκ ἀμείνων μὲν Πυθαγόρου τοῦ μεγάλου, οὐ μέντοι ἴσως οὐδὲ φλαυρότερος ἐκείνου· ᾧ συνακολουθοῦντες, σεφθέντες τε οἱ γνώριμοι ἐγένοντο πολυτιμητίζεσθαι αἰτιώτατοι τὸν Πυθαγόραν. Τοῦτο δὲ οἱ Ἐπικούρειοι, οὐκ ὤφελον μέν, μαθόντες δ' οὖν, ἐν οὐδενὶ μὲν ὤφθησαν Ἐπικούρῳ ἐναντία θέμενοι οὐδαμῶς, ὁμολογήσαντες δὲ εἶναι σοφῷ συνδεδογμένοι, καὶ αὐτοὶ διὰ τοῦτο ἀπέλαυσαν τῆς προσρήσεως εἰκότως. Ὑπῆρξέ τε ἐκ τούτου ἐπὶ πλεῖστον τοῖς μετέπειτα Ἐπικουρείοις, μηδ' αὐτοῖς εἰπεῖν πω ἐναντίον οὔτε ἀλλήλοις, οὔτε Ἐπικούρῳ μηδὲν εἰς μηδέν, ὅτου καὶ μνησθῆναι ἄξιον. Ἀλλ' ἔστιν αὐτοῖς παρανόμημα, μᾶλλον δὲ ἀσέβημα, καὶ κατέγνωσται τὸ καινοτομηθέν. Καὶ διὰ τοῦτο οὐδεὶς οὐδὲ τολμᾷ· κατὰ πολλὴν δὲ εἰρήνην αὐτοῖς ἠρεμεῖ τὰ δόγματα, ὑπὸ τῆς ἐν ἀλλήλοις ἀεί ποτε συμφωνίας. Ἔοικέ τε ἡ Ἐπικούρου διατριβὴ πολιτείᾳ τινὶ ἀληθεῖ, ἀστασιαστοτάτῃ, κοινὸν ἕνα νοῦν, μίαν γνώμην ἐχούσῃ. Ἀφ' ἧς ἦσαν, καί εἰσι, καὶ ὡς ἔοικεν, ἔσονται φιλακόλουθοι. Τὰ δὲ τῶν Στωϊκῶν ἐστασίασται, ἀρξάμενα ἀπὸ τῶν ἀρχόντων καὶ μηδέπω τελευτῶντα καὶ νῦν. Ἐλέγχονται δὲ ἀγαπητῶς ὑπὸ δυσνοήτου ἐλέγχου [b], οἱ μέν τινες αὐτῶν ἐμμεμενηκότες ἔτι, οἱ δ' ἤδη μεταθέμενοι. Εἴξασιν οὖν οἱ πρῶτοι ὀλιγαρχικωτέροις, οἳ δὴ διαστάντες ὑπῆρξαν εἰς τοὺς μετέπειτα πολλῆς μὲν τοῖς προτέροις, πολλῆς δὲ τῆς ἀλλήλοις ἐπιτιμήσεως αἴτιοι, εἰσέτι ἑτέρων ἕτεροι Στωϊκώτεροι. Καὶ

1. Speusippum Plato nepotem habuit ex sorore; successit huic Xenocrates, quem in schola regenda Polemo secutus est. Ab his Platonicæ doctrinæ ratio propagata, sui fere similis: quum hæc saltem assensionis decantata retentio et quidquid huic affine est, nondum exstaret. Iidem tamen, si cætera cogitamus, iis partim infractis, partim depravatis, primam illam successionem minime retinuerunt: sed inde statim orsi, cum initio tum deinceps, diversas in factiones abiere, sive prudentes id fecerint, sive imprudentes, sive alia qualibet causa impulsi. Abfuit tamen, opinor, omnis ambitiosa contentio. Equidem Xenocratis causa secus dicere nihil velim, sed tamen Platonis causa dicendum est. Id enim profecto doleo, quod non omnes vias persecuti sunt, ut plenam sibi atque integram in omnibus cum Platone consensionem defenderent. Et ea quidem Plato dignus erat, qui magno illo Pythagora ut melior non fuerit, non fuit tamen fortasse deterior: quem discipuli quod secuti omnes ac venerati sint, id etiam egere potissimum, ut summo apud omnes in pretio haberetur. Hoc ipsum Epicurei, perperam illi quidem, sed tamen quum intelligerent, nulla unquam in re ab Epicuro dissidere visi sunt, sed potius eadem omnino se cum sapiente suo sentire professi, jure propterea id nominis habuere. Quin etiam qui longissimo deinceps intervallo consecuti sunt Epicurei, ii nec a se mutuo, nec ab eodem Epicuro tantillum, quod quidem memoratu dignum sit, discessere. Imo sceleris apud eos, vel potius impietatis ille damnatur, qui novi quippiam invexerit. Quare nemo prorsus id audeat. Sed eorum dogmata ob constantem illam omnium inter se perpetuamque concordiam in altissima quadam et tranquillissima pace versantur. Ita hæc Epicuri secta veræ cuidam reipublicæ persimilis est, quam nulla seditione turbatam mens quædam una communis unaque sententia moderetur. Quam disciplinam tum olim fuerunt, qui colerent, tum etiam nunc sunt, tum, ut videtur, in posterum erunt. At inter Stoicos exstitere factiones, quæ ab ipsis eorum principibus paratæ ad nostram memoriam manserunt. Vix autem obscuris argumentis refutantur, alii disciplinam illam adhuc tenentes, alii jam ejus desertores facti. Et factiosorum quidem istorum principes eorum similes sunt, qui paucorum potentiæ effusius favent, suoque illo dissidio effecere, ut posteri et majores suos et sese invicem vehementer accusent, quum

μᾶλλον ὅσοι πλεῖον ἐπὶ τὸ τεχνικὸν ὤφθησαν μικρολόγοι. Αὐτοὶ γὰρ οὗτοι τοὺς ἑτέρους ὑπερβαλλόμενοι τῇ τε πολυπραγμοσύνῃ τοῖς τε σκαριφισμοῖς[c], ἐπετίμων θᾶττον. Πολὺ μέντοι τούτων πρότερον ταὐτὰ ἔπαθον οἱ ἀπὸ Σωκράτους, ἀφελκύσαντες διαφόρους τοὺς λόγους· ἰδίᾳ μὲν Ἀρίστιππος, ἰδίᾳ δὲ Ἀντισθένης· καὶ ἀλλαχοῦ ἰδίᾳ οἱ Μεγαρικοί τε καὶ Ἐρετρικοί, ἢ εἴ τινες ἄλλοι μετὰ τούτων. Αἴτιον δέ, ὅτι τρεῖς θεοὺς τιθεμένου Σωκράτους καὶ φιλοσοφοῦντος αὐτοῖς ἐν τοῖς προσήκουσιν ἑκάστῳ ῥυθμοῖς, οἱ διακούσαντες τοῦτο μὲν ἠγνόουν, ᾤοντο δὲ λέγειν πάντα αὐτὸν εἰκῇ, καὶ ἀπὸ τῆς νικώσης ἀεὶ[d] προστυχῶς ἄλλοτε ἄλλης τύχης, ὅπως πνέοι. Ὁ δὲ Πλάτων Πυθαγορίσας, (ᾔδει δὲ τὸν Σωκράτην μηδαμόθεν ἢ ἐκεῖθεν ταῦτα καὶ τοιαῦτα[e] εἰπεῖν τε καὶ γνόντα εἰρηκέναι,) ὧδε οὖν καὶ αὐτὸς συνεδήσατο τὰ πράγματα, οὔτε εἰωθότως, οὔτε εἰς τὸ φανερόν[1]. Διαγαγὼν δὲ ἕκαστα ὅπη ἐνόμιζεν, ἐπικρυψάμενος ἐν μέσῳ τοῦ δῆλα εἶναι καὶ μὴ δῆλα, ἀσφαλῶς μὲν ἐγράψατο, αὐτὸς δὲ αἰτίαν παρέσχε τῆς μετ' αὐτὸν στάσεώς τε ἅμα καὶ διολκῆς τῶν δογμάτων, οὐ φθόνῳ μέν, οὐδέ γε δυσνοίᾳ· ἀλλ' οὐ βούλομαι ἐπὶ ἀνδράσι πρεσβυτέροις εἰπεῖν ῥήματα οὐκ ἐναίσιμα. Τοῦτο δὲ χρὴ μαθόντας ἡμᾶς ἐπενεγκεῖν ἐκεῖσε μᾶλλον τὴν γνώμην, καὶ ὥσπερ ἐξ ἀρχῆς προὐθέμεθα, χωρίζειν αὐτὸν Ἀριστοτέλους καὶ Ζήνωνος, οὕτω καὶ νῦν τῆς Ἀκαδημίας, ἐὰν ὁ θεὸς ἀντιλάβηται, χωρίζοντες, ἐάσομεν αὐτὸν ἐφ' ἑαυτοῦ νῦν εἶναι Πυθαγόρειον. Ὡς νῦν μανικώτερον, ἢ Πενθεῖ τινι προσῆκε, διελκόμενος πάσχει μὲν κατὰ μέλη, ὅλως δ' ἐξ ὅλου ἑαυτοῦ μετατίθεταί τε καὶ ἀντιμετατίθεται οὐδαμῶς. Ὡς οὖν ἀνὴρ μεσεύων Πυθαγόρου καὶ Σωκράτους, τοῦ μὲν τὸ σεμνὸν ὑπαγαγὼν μέχρι τοῦ φιλανθρώπου· τοῦ δὲ τὸ κομψὸν τοῦτο καὶ παιγνιῆμον ἀναγαγὼν ἀπὸ τῆς εἰρωνείας εἰς ἀξίωμα καὶ ὄγκον, καὶ αὐτὸ τοῦτο κεράσας Σωκράτει Πυθαγόραν, τοῦ μὲν δημοτικώτερος, τοῦ δὲ σεμνότερος ὤφθη. Ἀλλ' οὐ γάρ τι ταῦτα διαιτήσων ἦλθον, μὴ περὶ τούτων οὔσης νῦν μοι τῆς ζητήσεως. Ἃ δὲ προὐδέδοκτο, καὶ εἶμι ἐκεῖσε, ἢ δὴ φροῦδος ἀναδραμεῖν δοκῶ μοι, μή καί που ἀποκρουσθῶμεν τῆς ὁδοῦ τῆς φερούσης. Πολέμωνος δὲ ἐγένοντο γνώριμοι Ἀρκεσίλαος καὶ Ζήνων· πάλιν γὰρ αὐτῶν μνησθήσομαι ἐπὶ τέλει. Ζήνωνα μὲν οὖν μέμνημαι εἰπὼν Ξενοκράτει, εἶτα δὲ Πολέμωνι φοιτῆσαι, αὖθις δὲ παρὰ Κράτητι κυνίσαι. Νυνὶ δὲ αὐτῷ λελογίσθω, ὅτι καὶ Στίλπωνός τε μετέσχε καὶ τῶν λόγων τῶν Ἡρακλειτείων. Ἐπεὶ γὰρ συμφοιτῶντες παρὰ Πολέμωνι ἐφιλοτιμήθησαν ἀλλήλοις, συμπαρέλαβον εἰς τὴν πρὸς ἀλλήλους μάχην, ὁ μὲν Ἡράκλειτον καὶ Στίλπωνα, ἅμα καὶ Κράτητα, ὧν ὑπὸ μὲν Στίλπωνος ἐγένετο μαχητής, ὑπὸ δὲ Ἡρακλείτου αὐστηρός, Κυνικὸς δὲ ὑπὸ Κράτητος· ὁ δ' Ἀρκεσίλαος Θεόφραστον ἴσχει καὶ Κράντορα τὸν

---

aliis adhuc alii Stoicæ philosophiæ studiosiores sint. Quo in genere molestiores fuere, qui subtiles dicendi artifices videbantur. Hi enim ut curiositate cæteros ac dumetis suis superabant, ita ad reprehendendum paratiores erant. Quod ipsum tamen multo ante hos accidit iis qui e Socratis disputationibus diversas eruerunt rationes, separati præceptis tum Aristippus, tum Antisthenes, tum alibi et Megarici et Eretrici, aut si qui alii cum his sentiunt. Cujus dissidii causa hæc fuit, quod quum Socrates tres deos statueret, atque in eorum honorem singulorum naturæ convenienter philosopharetur, auditores re non perspecta partim temere eum partim fortunæ, quæ alio tempore alia est, prout vicisset, flatu usum omnia proloqui existimabant. At Plato ut Pythagoræ assectator erat, sic Socratem sciebat non aliunde quam ex Pythagoreo illo fonte hausta hæc ac talia dicere solitum et scientem prudentemque ea locutum esse. Quocirca rem totam ita ipse quoque convolvit, ut nec usitate nec perspicue loqueretur. At singulis arbitratu suo non tam explicatis quam obscuratis, ut quædam intelligerentur, alia ignota manerent, caute quidem scripsit, sed tamen ipse hujus quæ post eum secuta est dissensionis et dogmatum distractionis causam præbuit, non invidia quidem, aut malevolentia. Enimvero nihil de antiquioribus illis, quod minus faustum omen habiturum sit, dicere statui. Verum nos hoc semel cognito animum eo potius intendere oportebit, et quemadmodum nobis ab initio propositum erat, eum ab Aristotele et Zenone sejungere, sic eum nunc ab ipsa quoque Academia, si deus juvet, segregantes per se Pythagoreum esse patiemur. Quippe furiosius nunc, quam Pentheum quendam decebat, distractus ex membris laborat, sed minime ita totus mutatur, ut novum sibi ingenium induat. Sed potius, quasi medius inter Pythagoram et Socratem, dum illius gravitatem ad humanitatem flectit, hujus festivitatem et jocos a dissimulatione ad dignitatem aliquam severitatemque traducit, adeoque cum Socrate jungit miscetque Pythagoram, comitate alterum, alterum gravitate vincit. Enimvero hæc judicare non est in animo, quum alia nobis quæstio hoc tempore proposita sit. Quamobrem ad inceptum redeo, ac ne longius aberrare a proposito videar, illuc nunc revertor. Polemonis discipuli Arcesilas et Zeno fuerunt: rursus enim eos ad extremum commemorabo. Nempe dicere me jam memini, Zenonem Xenocratis primum, deinde Polemonis auditorem fuisse, tum apud Cratetem Cynicam sectam professum esse. Nunc autem præterea ei imputanda est percepta Stilponis et Heraclitea philosophia. Quum enim ambo Polemoni operam darent, quod mutua quadam æmulatione ducerentur, pugnæ socios sibi arcessiverunt Heraclitum, Stilponem et Cratetem Zeno, qui Stilponis consuetudine pugnax; Heracliti, austerus; Cratetis, Cynicus evasit: Arcesilas vero Theophrastum, Crantorem Platonicum, Diodorum ac deinde Pyrrhonem habuit: et a Crantore

Πλατωνικόν, καὶ Διόδωρον, εἶτα Πύῤῥωνα· ὧν ὑπὸ μὲν Κράντορος πιθανουργικός, ὑπὸ Διοδώρου δὲ σοφιστής, ὑπὸ δὲ Πύῤῥωνος ἐγένετο παντοδαπός, καὶ ἴτης, καὶ οὐδέν. Ὃ καὶ ἐλέγετο περὶ αὐτοῦ ᾀδόμενόν τι ἔπος παράγωγον καὶ ὑβριστικόν·

Πρόσθε Πλάτων, ὄπιθεν Πύῤῥων, μέσσος Διόδωρος.

Τίμων δὲ καὶ ὑπὸ Μενεδήμου τὸ ἐριστικόν φησι λαβόντα ἐξαρτυθῆναι, εἴπερ γε δή φησι περὶ αὐτοῦ·

Τοιγὰρ ἔχων [g] Μενεδήμου ὑπὸ στέρνοισι μόλυβδον
θεύσεται ἐς [h] Πύῤῥωνα τὸ πᾶν κρέας, ἢ Διόδωρον.

Ταῖς οὖν Διοδώρου διαλεκτικοῦ ὄντος λεπτολογίαις τοὺς λογισμοὺς τοὺς Πύῤῥωνος καὶ τὸ σκεπτικὸν καταπλέξας, διεκόσμησε λόγου δεινότητι τῇ Πλάτωνος φλήναφόν τινα κατεστωμυλμένον· καὶ ἔλεγε, καὶ ἀντέλεγε, καὶ μετεκυλινδεῖτο κἀκεῖθεν, κἀντεῦθεν, ἑκατέρωθεν, ὁπόθεν τύχοι, παλινάγρετος, καὶ δύσκριτος, καὶ παλίμβολός τε ἅμα, καὶ παρακεκινδυνευμένος, οὐδέν τε εἰδώς, ὡς αὐτὸς ἔφη, γενναῖος ὤν· εἶτά πως ἐξέβαινεν ὅμοιος τοῖς εἰδόσιν, ὑπὸ σκιαγραφίας τῶν λόγων παντοδαπὸς πεφαντασμένος.

(Eusebius Præparat. Evang. lib. XIV, cap. 5 περὶ τῆς κατὰ Πλάτωνα πρώτης διαδοχῆς ἐκ τῶν Νουμηνίου τοῦ Πυθαγορικοῦ. Scripsi : [a] πολλαχῇ τὰ μὲν παραλύοντες] e Vigeri conjectura; libri πολλαχῇ παραλύοντες. — [b] ἐλέγχονται δὲ ἀγαπητῶς ὑπὸ δυσνοήτου ἐλέγχου]; codd. ἐλέγχουσι δὲ ἀγαπώντως ὑπὸ δυσμενοῦς ἐλέγχου. — [c] σκαριφισμοῖς] e Vigeri conjectura; libri σκαριφηθμοῖς. — [d] ἀεὶ] codd. αἰεί. — [e] ταῦτα καὶ τοιαῦτα] codd. διὰ τὰ αὐτὰ τοιαῦτα. Cf. Xenoph. Cyr. lib. VIII, cap. 2, 26. — [f] οὔτε εἰς τὸ φανερόν] membranæ οὔτε δὲ εἰς τὸ φανερόν. — [g] τοιγὰρ ἔχων] codd. τῇ μὲν ἔχων. Vid. Phil. Græc. Fragm. vol. I, p. 90. — [h] θεύσεται ἐς] codd. θεύσεται, ἢ Vid. Phil. Gr. Fragm. Vol. I, p. 90.—)

2. Τοῦ τε Ὁμηρικοῦ Τυδείδου [a] ὁποτέροις μετείη ἀγνοουμένου, οὔτε εἰ Τρωσὶν ὁμιλέοι, οὔτε εἰ καὶ Ἀχαιοῖς, οὐδὲν ἧττον Ἀρκεσίλαος ἠγνοεῖτο. Τὸ γὰρ ἕνα τε λόγον καὶ ταὐτόν ποτ' εἰπεῖν, οὐκ ἐνῆν ἐν αὐτῷ, οὐδέ γε ἠξίου ἀνδρὸς εἶναί πω τὸ τοιοῦτο δεξιοῦ οὐδαμῶς. Ὠνομάζετο οὖν δεινὸς σοφιστής, τῶν ἀγυμνάστων σφαγεύς. Ὥσπερ γὰρ αἱ Ἔμπουσαι, ἐν τοῖς φαντάσμασι τοῖς τῶν λόγων, ὑπὸ παρασκευῆς τε καὶ μελέτης ἐφήρμοττεν, ἐγοήτευεν, οὐδὲν εἶχεν εἰδέναι οὔτε αὐτός, οὔτε τοὺς ἄλλους ἐᾶν· ἐδειμάτου δὲ καὶ κατεθορύβει, καὶ σοφισμάτων γε καὶ λόγων κλοπῆς φερόμενος τὰ πρῶτα, κατέχαιρε τῷ ὀνείδει, καὶ ἠβρύνετο [b] θαυμαστῶς, ὅτι μήτε τί αἰσχρὸν ἢ καλόν, μήτε ἀγαθόν, μήτε αὖ κακόν ἐστι τί, ᾔδει· ἀλλ' ὁπότερον εἰς τὰς ψυχὰς πέσοι, τοῦτο εἰπών, αὖθις μεταβαλών, ἀνέτρεπεν ἂν πλεοναχῶς, ἢ δι' ὅσων κατεσκευάκει. Ἦν οὖν ὕδραν τέμνων ἑαυτόν, καὶ τεμνόμενος ὑφ' ἑαυτοῦ ἀμφότερα ἀλληλίζων [c] δυσκρίτως, καὶ τοῦ δέοντος ἀσκέπτως. Πλὴν τοῖς ἀκούουσιν ἤρκεσεν, ὁμοῦ τῇ ἀκροάσει εὐπρόσωπον ὄντα θεωμένοις· ἦν οὖν ἀκουόμενος καὶ βλεπόμενος ἥδιστος, ἐπεί τοι προσειθίσθησαν ἀποδέχεσθαι αὐτοῦ τοὺς λόγους ἰόντας ἀπὸ καλοῦ προσώπου τε καὶ στόματος, οὐκ ἄνευ τῆς ἐν τοῖς ὄμμασι φιλοφροσύνης. Δεῖ δὲ ταῦτα ἀκοῦσαι μὴ ἁπλῶς, ἀλλ' ἔσχεν ὧδε ἐξ ἀρχῆς. Συμβαλὼν γὰρ ἐν παισὶ Θεοφράστῳ, ἀνδρὶ πράῳ καὶ οὐκ ἀφυεῖ τὰ ἐρωτικά, διὰ τὸ καλὸς εἶναι ἔτι ὢν ὡραῖος, τυχὼν ἐραστοῦ Κράντορος τοῦ Ἀκαδημαϊκοῦ, προσεχώρησε μὲν τούτῳ, οἷα δὲ τὴν φύσιν οὐκ ἀφυής, τρε-

---

quidem ad persuadendum callidus, a Diodoro autem sophista, denique a Pyrrhone simul ad omnia aptus ac temerarius, simul etiam nullus esse didicit. Quem porro in eum cani solitum aiunt versiculum, is contumeliæ causa ab alio ductus est :

Fronte Plato, pedibus Pyrrho, medio Diodorus.

Timon vero eum a Menedemo etiam concertationis studio imbutum fuisse scripsit. Sic enim ille de Arcesila :

Itaque Menedemi sub pectore plumbum habens
curret ad Pyrrhonem carnosum, vel ad Diodorum.

Itaque Diodori dialectici argutiis dubias Pyrrhonis cogitationes hæsitationemque implicans, nugatoriam loquacitatem Platonica dicendi vi exornabat : atque eandem quidem rem modo affirmabat, modo negabat, et hinc, illinc, utrimque, vel undelibet se versabat, inconstans, judicatu difficilis, veterator, temerarius, atque ut ipsemet (adeo ingenuus erat), confitebatur, omnino nihil sciens : postea vero nescio quo pacto scientibus similis evadebat, ita ut umbratili quadam orationis specie ad omnia aptus videretur.

2. Æque ignotus erat Arcesilas, atque ignorabatur, inter utros Homericus ille Tydides versaretur, Trojanos an Achivos. Is enim nec unum idemque unquam ut diceret, impetrare ab animo poterat, nec tale quid omnino viri sollertis esse existimabat. Ergo vaferrimus sophista dicebatur, quique homines inexercitatos jugularet. Nam quemadmodum Empusæ illæ solent, sic in disputationum suarum præstigiis, de industria dataque opera se colloquentibus accommodabat, eosque decipiebat, neque quidquam vel ipse sciebat vel alios scire patiebatur : terrebat et obturbabat omnes, argutiarumque et veteratoriæ dictionis palmam ita ferebat, ut hac laude delectaretur et mirum in modum superbiret, quod quid turpe quidve honestum, quid bonum quidve malum esset, ignoraret : sed utrumcunque in mentem venisset, effuti-

χούσῃ χρησάμενος αὐτῇ, ῥαδίᾳ, θερμουργῷ ὑπὸ φιλονεικίας, μετασχὼν μὲν Διοδώρου εἰς τὰ πεπανουργημένα πιθανὰ ταῦτα τὰ κομψά, ὡμιληκὼς δὲ Πύῤῥωνι· (ὁ δὲ Πύῤῥων ἐκ Δημοκρίτου ὥρμητο ὁπόθεν δήποθεν [d].) οὗτος μὲν δὴ ἔνθεν καταρτυθείς, πλὴν τῆς προσρήσεως, ἐνέμεινε Πύῤῥωνι, ὡς τῇ πάντων ἀναιρέσει. Μνασέας γοῦν, καὶ Φιλόμηλος, καὶ Τίμων οἱ σκεπτικοί, σκεπτικὸν αὐτὸν προσονομάζουσιν, ὥσπερ καὶ αὐτοὶ ἦσαν, ἀναιροῦντα καὶ αὐτὸν τὸ ἀληθές, καὶ τὸ ψεῦδος, καὶ τὸ πιθανόν. Λεχθεὶς οὖν κατ' ἀξίαν [e] ὑπὸ τῶν Πυῤῥωνείων Πυῤῥώνειος, αἰδοῖ τοῦ ἐραστοῦ ὑπέμεινε λέγεσθαι Ἀκαδημαϊκὸς ἔτι. Ἦν μὲν τοίνυν Πυῤῥώνειος, πλὴν τοῦ ὀνόματος· Ἀκαδημαϊκὸς δ' οὐκ ἦν, πλὴν τοῦ λέγεσθαι. Οὐ γὰρ πείθομαι, τοῦ Κνιδίου Διοκλέους φάσκοντος ἐν ταῖς ἐπιγραφομέναις διατριβαῖς, Ἀρκεσίλαον φόβῳ τῶν Θεοδωρείων τε καὶ Βίωνος τοῦ σοφιστοῦ, ἐπεισιόντων τοῖς φιλοσοφοῦσι, καὶ οὐδὲν ὀκνούντων ἀπὸ παντὸς ἐλέγχειν, αὐτὸν ἐξευλαβηθέντα, ἵνα μὴ πράγματα ἔχῃ, μηδέν γε δόγμα ὑπειπεῖν φαινόμενον. Ὥσπερ γὰρ τὸ μέλαν τὰς σηπίας, προβάλλεσθαι πρὸ ἑαυτοῦ τὴν ἐποχήν. Τοῦτ' οὖν ἐγὼ οὐ πείθομαι. Οἱ δ' οὖν ἔνθεν ἀφορμηθέντες, ὅ τε Ἀρκεσίλαος καὶ Ζήνων, ὑπὸ τῶν τοιούτων ἀρωγῶν, ἀμφοτέροις συμπολεμούντων λόγων, τῆς μὲν ἀρχῆς ὅθεν ἐκ Πολέμωνος ὡρμήθησαν, ἐπιλανθάνονται, διαστάντες δέ γε, καὶ σφέας αὐτοὺς ἀρτύναντες,

σύν ῥ' ἔϐαλον [f] ῥινούς, σὺν δ' ἔγχεα καὶ μένε' [ἀνδρῶν
χαλκεοθωρήκων· ἀτὰρ ἀσπίδες ὀμφαλόεσσαι
ἔπληντ' ἀλλήλῃσι, πολὺς δ' ὀρυμαγδὸς ὀρώρει.
Ἀσπὶς ἄρ' ἀσπίδ' ἔρειδε, κόρυς κόρυν, ἀνέρα δ' [ἀνὴρ
καρπαλίμως ἐβίαζεν [g].
Ἔνθα δ' ἅμ' οἰμωγή τε καὶ εὐχωλὴ πέλεν ἀν- [δρῶν,
ὀλλύντων τε καὶ ὀλλυμένων [h].

Τῶν Στωϊκῶν· οἱ Ἀκαδημαϊκοὶ γὰρ οὐκ ἐβάλλοντο ὑπ' αὐτῶν, ἀγνοούμενοι ᾗ ἦσαν ἁλῶναι δυνατώτεροι. Ἡλίσκοντο [i] δέ, τῆς βάσεως αὐτοῖς σεισθείσης, εἰ μήτε ἀρχὴν ἔχοιεν, μήτε μάχεσθαι ἀφορμήν. Τὴν μὲν δὴ ἀρχὴν ἦν [k], τὸ μὴ Πλατωνικὰ λέγοντας αὐτοὺς ἐλέγξαι· τὸ δὲ μηδ' ἔχειν τινὰ ἀφορμήν, ἤν, εἴ που [l] μόνον ἕν τι μετέστρεψαν ἀπὸ τοῦ ὅρου τοῦ περὶ τῆς καταληπτικῆς φαντασίας ἀφελόντες. Ὅπερ νῦν μὲν οὐκ ἔστι μηνύειν μοι ἐν καιρῷ, μνησθήσομαι δ' αὐτοῦ αὖθις, ἐπὰν κατὰ τοῦτο μάλιστα γενέσθαι μέλλω. Διαστάντες δ' οὖν εἰς τὸ φανερόν, ἔβαλλον ἀλλήλους

---

ret, rursusque, mutata sententia, id ipsum pluribus quam antea argumentis firmaverat, infirmaret. Se ipsum igitur ille quasi hydram secabat, et secabatur a se ipso, dum sic in utramque partem disputat, ut neque quid sibi vellet facile dispiceres, neque ipse ullam decori rationem haberet. Tenebat ille tamen auditores, quum in loquente multam hilaritatem esse viderent. Quocirca et auditus et aspectus perplacebat, quoniam assueverant excipere ejus orationem præstanti ex vultu et ore non sine quadam nativa oculorum comitate fluentem. Oportet autem hæc non simpliciter quasi subito ascita intelligere, sed jam ab initio ætatis tale ingenium sibi induerat. Cum Theophrasto enim in pueritia versatus, homine mansueto, neque a rebus amatoriis alieno, propter pulchritudinem autem quum in ætatis flore adhuc esset, Crantorem Academicum amatorem nactus, huic quidem accessit, sed quoniam ingenio valebat, ejus celeritate, agilitate et ob contentionem fervore usus, a Diodoro quidem veteratorium illud idemque probabile et venustum orationis genus didicit, maxime tamen Pyrrhoni, a Democriti philosophia undelibet profecto, operam dedit, atque hac scientia instructus, Pyrrhoni, si appellationem excipias, tanquam omnium rerum eversioni acquievit. Mnaseas quidem, Philomelus et Timon Sceptici philosophi, Scepticum illum vocant, sui persimilem, qui ipsorum exemplo veritatem, mendacium ac verisimilitudinem omnem tolleret. Ergo quem Pyrrhonei Pyrrhoneum pro dignitate dixissent, is pro sua in amatorem observantia Academicum se nominari adhuc passus est. Ita qui Pyrrhoneus, excepto nomine, totus erat, idem Academici præter nomen nihil habebat. Neque enim fide dignus mihi videtur Gnidius ille Diocles, qui in libris quos Diatribas inscripsit, Arcesilam affirmat, Theodoreorum et Bionis sophistæ metu, qui philosophis infesti, nullam non eos reprehendendi occasionem arriperent, etiam, ne isti negotium ipsi facesserent, veritum esse certam de ulla re sententiam in medio ponere. Nam ut sepias effuso atramento, ita illum cohibita a rebus incertis assensione se tueri. Verum hoc, ut dixi, minus credo. Cæterum illi, de quibus hic quæritur, Arcesilas et Zeno, hinc semel profecti et suorum quisque sociorum disputationibus tanquam armis opibusque freti, Polemonis scholam obliti sunt pugnæ suæ tirocinium fuisse. Quare postquam in certamen ventum est instructique ordines constiterunt,

scutaque jam scutis, hastasque et robora aenæ
committunt acies, clypeisque sonantibus icti
densantur clypei: vastus fragor undique surgit.
Umbonem umbo premit, galeam galea atque virum vir
urgebat propere.
Hic vero crebri gemitus ac vota sequuntur,
dum perimunt pereuntque simul.

Stoicos intellige; Academicos enim illi non petebant, quod qua parte capi facilius vincique possent, ignorarent. Atqui tum demum vincerentur, si suum illis fundamentum excuteretur, hoc est, si neque principium suum retinerent, neque pugnandi occasionem haberent. Ac principium quidem illud convelli poterat, si quis eos

οὐχ οἱ δύο, ἀλλ' ὁ Ἀρκεσίλαος τὸν Ζήνωνα. Ὁ γὰρ Ζήνων εἶχε δή τι τῇ μάχῃ σεμνὸν καὶ βαρύ, καὶ Κηφισοδώρου τοῦ ῥήτορος οὐχ ἄμεινον· ὅς δὴ [ὁ Κηφισόδωρος], ἐπειδὴ ὑπ' Ἀριστοτέλους βαλλόμενον ἑαυτῷ τὸν διδάσκαλον Ἰσοκράτην ἑώρα, αὐτοῦ μὲν Ἀριστοτέλους ἦν ἀμαθὴς καὶ ἄπειρος, ὑπὸ δὲ τοῦ καθορᾶν ἔνδοξα τὰ Πλάτωνος ὑπάρχοντα, οἰηθεὶς κατὰ Πλάτωνα τὸν Ἀριστοτέλην φιλοσοφεῖν, ἐπολέμει μὲν Ἀριστοτέλει, ἔβαλλε δὲ Πλάτωνα, καὶ κατηγόρει ἀρξάμενος ἀπὸ τῶν ἰδεῶν, τελευτῶν εἰς τὰ ἄλλα, ἃ οὐδ' αὐτὸς ᾔδει, ἀλλὰ τὰ νομιζόμενα ἀμφ' αὐτῶν ᾗ λέγεται ὑπονοῶν. Πλὴν οὗτος μὲν ὁ Κηφισόδωρος, ᾧ ἐπολέμει μὴ μαχόμενος, ἐμάχετο ᾧ μὴ πολεμεῖν ἐβούλετο. Ὁ μέντοι Ζήνων καὶ αὐτός, ἐπειδὴ τοῦ Ἀρκεσιλάου μεθίετο, εἰ μὲν μηδὲ Πλάτωνι ἐπολέμει, ἐφιλοσόφει δήπου ἐμοὶ κριτῇ πλείστου ἀξίως, ἕνεκά γε τῆς εἰρήνης [m] ταύτης. Εἰ δ' οὐχ ἀγνοῶν μὲν ἴσως τὰ Ἀρκεσιλάου, τὰ μέντοι Πλάτωνος ἀγνοῶν, ὡς ἐξ ὧν αὐτῷ ἀνέγραψεν ἐλέγχεται, ἔτι [n] ἐποίησεν ἐναντία χαὐτός, μήτε ὃν ᾔδει πλήττων, ὅν τε οὐκ ἐχρῆν, ἀτιμότατα καὶ αἴσχιστα περιυβρικώς, καὶ ταῦτα πολὺ κάκιον ἢ προσήκει κυνί. Πλὴν διέδειξέ γε μὴν μεγαλοφροσύνῃ ἀποσχόμενος τοῦ Ἀρκεσιλάου. Ἤτοι γὰρ ἀγνοίᾳ τῶν ἐκείνου ἢ δέει τῶν Στωϊκῶν, πολέμοιο μέγα στόμα πευκεδανοῖο ἀπετρέψατο ἄλλῃ εἰς Πλάτωνα. Ἀλλὰ καὶ περὶ μὲν τῶν Ζήνωνι εἰς Πλάτωνα κακῶς τε καὶ αἰδημόνως οὐδαμῶς νεωτερισθέντων εἰρήσεταί μοι αὖθίς ποτε, ἐὰν φιλοσοφίας σχολὴν ἀγάγω. Μή πως [o] μέντοι ἀγάγοιμι σχολήν ποτε τοσαύτην, τούτων γοῦν ἕνεκεν, εἰ μὴ ὑπὸ παιδιᾶς. Τὸν δ' οὖν Ζήνωνα ὁ Ἀρκεσίλαος ἀντίτεχνον καὶ ἀξιόνικον ὑπάρχοντα θεωρῶν, τοὺς παρ' ἐκείνου ἀποφερομένους λόγους καθῄρει, καὶ [p] οὐδὲν ὤκνει. Περὶ μὲν οὖν τῶν ἄλλων ἃ ἐμεμάχητο ἐκείνῳ, οὔτ' ἴσως εἰπεῖν ἔχω, εἴτε καὶ εἶχον, οὐδὲν ἔδει νῦν αὐτῶν μνησθῆναι. Τὸ δὲ δόγμα τοῦτο αὐτοῦ πρώτου εὑρομένου, καὶ αὐτὸ [q] τὸ ὄνομα βλέπων εὐδοκιμοῦν ἐν ταῖς Ἀθήναις, τὴν καταληπτικὴν φαντασίαν, πάσῃ μηχανῇ ἐχρῆτο ἐπ' αὐτήν. Ὁ δ' ἐν τῷ ἀσθενεστέρῳ [r] ἡσυχίαν ἄγων, οὐ δυνάμενος ἀδικεῖσθαι, Ἀρκεσιλάου μὲν ἀφίετο [s] πολλὰ ἂν εἰπεῖν ἔχων, ἀλλ' οὐκ ἤθελε, τάχα δὲ μᾶλλον ἄλλως· πρὸς δὲ τὸν οὐκέτι ἐν ζῶσιν ὄντα Πλάτωνα ἐσκιαμάχει, καὶ τὴν ἀπὸ ἁμάξης πομπείαν πᾶσαν κατεθορύβει, λέγων ὡς οὔτ' ἂν τοῦ Πλάτωνος ἀμυνομένου, ὑπερδικεῖν τε αὐτοῦ ἄλλῳ οὐδενὶ μέλον· εἴτε μελήσειεν Ἀρκεσιλάῳ, αὐτός γε κερδανεῖν ᾤετο ἀποτρεψάμενος ἀφ' ἑαυτοῦ τὸν Ἀρκεσίλαον. Τοῦτο δὲ ᾔδει [t] καὶ Ἀγαθοκλέα τὸν Συρακούσιον ποιήσαντα τὸ σόφισμα ἐπὶ τοὺς Καρχηδονίους. Οἱ Στωϊκοὶ δὲ ὑπήκουον ἐκπεπληγμένοι. Ἡ μοῦσα γὰρ αὐτοῖς οὐδὲ τότε ἦν φιλόλογος, οὐδ' ἐργάτις χαρίτων, ὑφ' ὧν ὁ Ἀρκεσίλαος, τὰ μὲν περικρούων, τὰ δὲ ὑποτέμνων, ἄλλα δ'

---

contra Platonis dogmata disserere ostenderet : pugnandi vero ansa tum iis reliqua nulla foret, si vel unum aliquid præcepto illi suo detraherent, quod de imaginatione comprehensionis capace dant. Sed hanc rem tempestive declarare mihi nunc non licet ; de ea autem rursus erit dicendi locus, quum ad hanc potissimum rem venero. Palam igitur ambo dissident illi quidem, sed tamen Arcesilas unus Zenonem petit. Habebat enim Zenonis pugna magnificum quiddam et grave, nec Cephisodori rhetoris contentione præstabilius. Hic enim quum Isocratem, præceptorem suum, ab Aristotele vexari animadverteret, in Aristotelea disciplina quod plane hospes ac peregrinus esset, magnamque Platonicæ famam esse videret, Aristotelem cum Platone sentire ratus, bellum quidem gerebat cum Aristotele, sed ipsum tamen Platonem percutiebat, reprehensionemque suam ab ideis repetitam ad alia denique perducebat, quæ ne ipse quidem norat, sed quæ de illis statuerentur, ex verbis ac vocibus conjiciebat. Cæterum omissa cum eo pugna, quem bello persecutus erat, pugnabat cum eo cui arma inferre nolebat. Verum Zeno et ipse, si relicto Arcesila ne Platoni quidem bellum intulisset, egregie profecto me judice, certe pacis hujus causa, philosophatus esset. At si forte non ignorans quæ docebat Arcesilas, contra acceptæ a Platone philosophandi rationis imperitus, ut ex iis quæ Platoni ascribit conficitur, hoc belli genus suscepit, secus omnino quam par erat, et ipse fecit, nec vulnerato homine quem norat, et eo quem minime decebat, indignissime ac turpissime, ideoque longe fœdius quam cani convenit, contumeliis vexato. Cæterum magnitudine quadam animi abstinere se ab Arcesila ostendit. Nam seu quod hominis sensum ignoraret, seu quod Stoicos vereretur, *trucis ora ingentia belli* alio, hoc est, in Platonem vertit. Sed enim de iis quæ perperam et inverecunde in Platonis ratione Zeno novavit, tum a me rursus aliquando disputabitur, quum a philosophia vacavero. Verum utinam nunquam tantum ab ea vacem, ut hoc argumenti genus aliter ac joco tractandum suscipiam. Nunc ut redeam ad Arcesilam, is Zenonem et artis contrariæ magistrum et sua dignum victoria quum videret, hominis disputationes convellebat, idque sine mora faciebat. Ac cætera quidem omnia, de quibus cum eo contendebat, nec fortasse proferre possim, nec ut possim, nunc certe ea commemorare oporteat. At decretum illud, cujus Zeno ipse princeps et auctor erat, quodque celebri nomine tum Athenis appellari et jactari videbat, illam, inquam, imaginationem comprehensionis capacem machinis sibi omnibus petendam et concutiendam putavit. Alter interea adversus infirmiorem, quasi ab eo lædi non posset, nihil conabatur : idem tamen misso Arcesila, in quem multa dicere poterat, (sive hominem urgere nollet, sive quid aliud sequeretur,) cum Platone ipso, qui vivere jam desierat, tanquam cum umbra pugnabat. Quin etiam nihil non

ὑποσκελίζων, κατεγλωττίζετο αὐτούς, καὶ πιθανὸς ἦν. Τοιγαροῦν πρὸς οὓς μὲν ἀντέλεγεν, ἡττωμένων, ἐν οἷς δὲ λέγων ἦν, καταπεπληγμένων, δεδειγμένον πως τοῖς τότε ἀνθρώποις ὑπῆρχε, μηδὲν εἶναι μήτ' οὖν ἔπος μήτε πάθος, μήτε ἔργον ἐν βραχύ, μηδὲ ἄχρηστον τοὐναντίον ὀφθῆναί ποτ' ἄν, εἴ τι μὴ Ἀρκεσιλάῳ δοκεῖ τῷ Πιταναίῳ. Τῷ δ' ἄρα οὐδὲν ἐδόκει, οὐδ' ἀπεφαίνετο οὐδὲν μᾶλλον, ἢ ῥηματίσκια ταῦτ' εἶναι καὶ φόβους.

(Eusebius Præparat. Evang. lib. XIV, cap. 6 περὶ Ἀρκεσιλάου τοῦ τὴν δευτέραν Ἀκαδημίαν ὑποστησαμένου ἐκ τοῦ αὐτοῦ. Scripsi [a]: Τυδείδου] al. Διομήδους. Cæterum spectat Iliad. lib. V versum 85 seq. Τυδείδην δ' οὐκ ἂν γνοίης ποτέροισι μετείη, ἠὲ μετὰ Τρώεσσιν ὁμιλέοι, ἦ μετ' Ἀχαιοῖς. — [b] ἠβρύνετο] codd. ἠμβρύνετο. — [c] ἀλληλίζων] e Vigeri conjectura; libri ἀλλήλων. — [d] ὁπόθεν δήποθεν] membranæ ὁπόθεν γέ ποθεν. — [e] Λεχθεὶς οὖν κατ' ἀξίαν ὑπὸ τῶν Πυῤῥωνείων] libri Λεχθεὶς οὖν ἀναίτια τῶν Πυῤῥωνείων. — [f] σύν ῥ' ἔβαλον] codd. σὺν δ' ἔλαβον. Sunt Iliadis libri IV versus 447-451 σύν ῥ' ἔβαλον ῥινούς, σὺν δ' ἔγχεα, καὶ μένε' ἀνδρῶν χαλκεοθωρήκων· ἀτὰρ ἀσπίδες ὀμφαλόεσσαι Ἔπληντ' ἀλλήλῃσι, πολὺς δ' ὀρυμαγδὸς ὀρώρει. Ἔνθα δ' ἅμ' οἰμωγή τε καὶ εὐχωλὴ πέλεν ἀνδρῶν, Ὀλλύντων τε καὶ ὀλλυμένων. Quare etiam in verbis ἔπληντ' ἀλλήλῃσι Homericam lectionem restitui, quum Eusebii codices ἔπληντ' ἀλλήλοισι exhibeant. Sequitur versus ἀσπὶς ἄρ' ἀσπίδ' ἔρειδε, κόρυς κόρυν, ἀνέρα δ' ἀνήρ, qui est Iliad. lib. XIII, 131. — [g] καρπαλίμως ἐβίαζεν] codd. ἐδνοπάλιζεν, vocabulum corruptum, in quo καρπαλίμως ἐβίαζεν latere suspicor. Cf. Odyss. lib. XII, 297. — [h] ὀλλύντων τε καὶ ὀλλυμένων] ex Homero; codices ὀλλύντων καὶ ὀλλυμένων — [i] ἡλίσκοντο [i. e. ἡλίσκοντο δ' ἄν. Vid. Hermann. de part. ἄν lib. I, cap. 12 in Opusc. vol. IV p. 58 sqq. Cæterum similis est Xenophontis locus Cyrop. lib. II cap. 1, 9 ἐγὼ μὲν ἄν, ἔφη ὁ Κῦρος, εἰ σὺ εἴην, ὡς τάχιστα ὅπλα ἐποιούμην πᾶσι Πέρσαις τοῖς προσιοῦσι. Cf. Plato Alcib. I p. 111. E. Adde Matthiæ Gramm. Gr. § 524. 3. — [k] τὴν μὲν δὴ ἀρχὴν ἦν] scilicet ἐλέγξαι, quod bis positum cogitari convenit; codd. ἡ μὲν δὴ ἀρχὴ ἦν. — [l] ἀφορμήν, ἦν, εἴ που μόνον] magna ex parte cum Vigero; libri ἀφορμήν, ἣν εἶπον μόνον. De re ipsa vide Ciceronem Acad. prior. lib. II cap. 18. — [m] εἰρήνης] cum codd.: vulgo εἰρημένης. — [n] ἔτι ἐποίησεν] codd. ὅτι ἐποίησεν. — [o] μήπως μέντοι ἀγάγοιμι] codd. μή ποτε μέντοι ἀγάγοιμι Cf. Plato Apol. Socr. p. 19. c. μήπως ἐγὼ ὑπὸ Μελήτου τοσαύτας δίκας φύγοιμι. — [p] καὶ οὐδὲν ὤκνει] ut apud Lucianum Prometh. cap. 18 καὶ πρὸς θεῶν τοῦτό μοι ἀπόκριναι μηδὲν ὀκνήσας. — [q] καὶ αὐτὸ] codd. καὐτὸ. — [r] ὁ δ' ἐν τῷ ἀσθενεστέρῳ] cum Vigero; libri ὁ δ' ἐν τῷ ἀσθενεστέρῳ ὤν. — [s] Ἀρκεσιλάου μὲν ἀφίετο] codd. Ἀρκεσιλάῳ μὲν ἀφίετο. — [t] ᾔδει] codd. ἦδε. —

3. Περὶ δὲ Λακύδου βούλομαί τι διηγήσασθαι ἡδύ. Ἦν μὲν δὴ Λακύδης ὑπογλισχρότερος καί τινα τρόπον ὁ λεγόμενος Οἰκονομικός, οὗτος ὁ εὐδοκιμῶν παρὰ τοῖς πολλοῖς. Αὐτὸς μὲν ἀνοιγνὺς τὸ ταμεῖον, αὐτὸς δ' ἀποκλείων. Καὶ προῃρεῖτο δὲ ὧν ἐδεῖτο, καὶ ἄλλα τοιαῦτα ἐποίει πάντα δι' αὐτουργίας, οὔτι που αὐτάρκειαν ἐπαινῶν, οὐδ' ἄλλως πενίᾳ χρώμενος, οὐδ' ἀπορίᾳ δούλων, ᾧ γε ὑπῆρχον δοῦλοι ὁπόσοι γοῦν. Τὴν δὲ αἰτίαν ἔξεστιν εἰκάζειν. Ἐγὼ δὲ ὃ ὑπεσχόμην τὸ ἡδύ, διηγήσομαι. Ταμιεύων γὰρ αὐτὸς ἑαυτῷ, τὴν μὲν κλεῖδα περιφέρειν ἐφ' ἑαυτοῦ οὐκ ᾤετο δεῖν· ἀποκλείσας δέ, κατετίθει μὲν ταύτην εἴς τι κοῖλον γραμματεῖον. Σημηνάμενος δὲ δακτυλίῳ, τὸν μὲν δακτύλιον κατεκύλιε διὰ τοῦ κλείθρου, ἔσω εἰς τὸν οἶκον μεθιείς, ὥσθ' ὕστερον ἐπειδὴ πάλιν ἐλθὼν ἀνοίξειε τῇ κλειδί, δυνησόμενος, ἀνελὼν τὸν δακτύλιον,

---

conviciorum in eum, quasi e plaustro, promiscue et raptim fundebat, nimirum quod nec reponere Plato jam posset, nec alium quemquam ei patrocinaturum putaret; aut si forte res illa curæ esset Arcesilæ, sic a suis eum cervicibus esse depulsum expedire sibi arbitraretur. Quo quidem artificii genere Agathoclem Syracusanum adversus Carthaginienses usum esse sciebat. Atque hæc Stoici cum stupore audiebant. Erat enim adhuc infans eorum Musa, nec illarum facetiarum artifex, quibus Arcesilas Zenonis argumenta partim excutiens, partim præcidens, partim supplantans, sic eos linguæ vi obruebat, ut aliis etiam probabilis videretur. Ita, quum et ii quibus contradicebat, victi, et ii quorum in corona loquebatur, attoniti essent: fere pro comperto ejus ætatis hominibus erat, nihil nec verbum esse statuendum nec calamitatem, neque opus vel minimum, neque contra quidquam inutile visum iri, nisi quod Arcesilæ Pitanæo tale videretur. Ei utique nihil plane videbatur, nec aliud quidquam omnino magis hæc omnia, quam voculas tantum aliquas ac terrores esse docebat.

3. Jam vero de Lacyde jucundum quiddam narrare in animo est. Erat igitur is paulo tenacior et quodammodo ejusmodi qui vulgo notissimus ille dispensator jure appellaretur. Nam ipse quidem tum aperiebat penus, tum claudebat. Ac promebat quibus egeret, cæteraque id genus omnia per se et suo arbitratu factitabat, non quidem frugalitatis studio, non paupertate præterea coactus, non inopia servorum laborans, qui aliquot saltem aleret. Sed causam ex suo quisque ingenio conjiciat. Ego jucundum illud commemorabo, quod promisi. Quum igitur suam ipse cellam penariam curaret, nec secum ejus clavem portandam censeret, eam simulatque cellam

αὖθις μὲν ἀποκλείειν, εἶτα δὲ σημαίνεσθαι, εἶτα δ' ἀναβάλλειν ὀπίσω πάλιν ἔσω τὸν δακτύλιον διὰ τοῦ κλείθρου. Τοῦτο οὖν τὸ σοφὸν οἱ δοῦλοι κατανοήσαντες, ἐπειδὴ προΐοι Λακύδης εἰς περίπατον, ἢ ὅποι ἄλλοσε, καὶ αὐτοὶ ἀνοίξαντες ἄν, κᾄπειτα ὡς σφισιν ἦν θυμός, τὰ μὲν φαγόντες, τὰ δ' ἐμπιόντες, ἄλλα δὲ ἀράμενοι, ἐκ περιόδου ταὐτὰ [a] ἐποίουν, ἀπέκλειον μέν, ἐσημαίνοντο δέ, καὶ τὸν δακτύλιον, πολλά γε αὐτοῦ καταγελάσαντες, εἰς τὸν οἶκον διὰ τοῦ κλείθρου ἠφίεσαν. Ὁ Λακύδης οὖν πλήρη μὲν καταλιπών, κενὰ δὲ εὑρισκόμενος τὰ σκεύη, ἀπορῶν τῷ γιγνομένῳ, ἐπειδὴ ἤκουε φιλοσοφεῖσθαι παρὰ τῷ Ἀρκεσιλάῳ τὴν ἀκαταληψίαν, ᾤετο τοῦτο ἐκεῖνο αὐτῷ συμβαίνειν περὶ τὸ ταμεῖον. Ἀρξάμενός τε ἔνθεν, ἐφιλοσόφει παρὰ τῷ Ἀρκεσιλάῳ, μηδὲν μήτε ὁραν, μήτε ἀκούειν ἐναργές, ἢ ὑγιές. Καί ποτε ἐπισπασάμενος τῶν προσομιλούντων αὐτῷ τινα εἰς τὴν οἰκίαν [b], ἰσχυρίζετο πρὸς αὐτὸν ὑπερφυῶς, ὡς ἐδόκει, τὴν ἐποχήν, καὶ ἔφη· τοῦτο μὲν ἀναμφίλεκτον ἐγώ σοι ἔχω φράσαι, αὐτὸς ἀπ' ἐμαυτοῦ μαθών, οὐχ ἄλλου πειραθείς. Κᾄπειτα ἀρξάμενος περιηγεῖτο τὴν ὅλην τοῦ ταμείου συμβᾶσαν αὐτῷ πάθην. Τί οὖν ἄν, εἶπεν, ἔτι Ζήνων λέγοι πρὸς οὕτως ὁμολογουμένην διὰ πάντων φανεράν μοι ἐν τοῖς τοιοῖσδε ἀκαταληψίαν; ὃς γὰρ ἀπέκλεισα μὲν ταῖς ἐμαυτοῦ χερσίν, αὐτὸς δὲ ἐσημηνάμην, αὐτὸς δὲ ἀφῆκα μὲν εἴσω τὸν δακτύλιον· αὖθις δ' ἐλθὼν ἀνοίξας, τὸν μὲν δακτύλιον ὁρῶ ἔνδον, οὐ μέντοι καὶ τὰ ἄλλα, πῶς οὐ δικαίως ἀπιστούντως τοῖς πράγμασιν ἕξω; Οὐ γὰρ τολμήσω εἰπεῖν ἔγωγε, ἐλθόντα τινὰ κλέψαι ταῦτα, ὑπάρχοντος ἔνδον τοῦ δακτυλίου. Καὶ ὃς ἀκούων, ἦν γὰρ ὑβριστής, ἐκδεξάμενος τὸ πᾶν ὡς ἔσχεν ἀκοῦσαι', μόλις καὶ πρότερον ἑαυτοῦ κρατῶν, ἀπέρρηξε γέλωτα καὶ μάλιστα πλατύν, γελῶν τε ἔτι καὶ καγχάζων διήλεγχεν ἅμα αὐτοῦ τὴν κενοδοξίαν. Ὥστε ἔκτοτε Λακύδης ἀρξάμενος, οὐκέτι μὲν τὸν δακτύλιον ἔσω ἐνέβαλλεν, οὐκέτι δὲ τοῦ ταμείου ἐχρῆτο ἀκαταληψίᾳ, ἀλλὰ κατελάμβανε τὰ ἀφειμένα, καὶ μάτην ἐπεφιλοσοφήκει. Οὐ μέντοι, ἀλλὰ οἵγε παῖδες φόρτακες ἦσαν, καὶ οὐ θάτερα ληπτοί, οἷοι δὲ οὗτοι οἱ κωμῳδικοί τε καὶ Γέται καὶ Δακοί, κἀκ τῆς Δακικῆς λαλεῖν στωμυλήθρας κατεγλωττισμένοι, εἴτε τινὸς Στωϊκοῦ τὰ σοφίσματα ἀκούσαντες, εἴτε καὶ ἄλλως ἐκμαθόντες, εὐθὺ τοῦ τολμήματος ᾖεσαν, καὶ παρελύοντο αὐτοῦ τὴν σφραγῖδα· καὶ τοτὲ μὲν ἑτέραν ἀντ' ἐκείνης ὑπετίθεσαν· τοτὲ δὲ οὐδὲ ἄλλην διὰ τὸ οἴεσθαι ἐκείνῳ γε ἀκατάληπτα ἔσεσθαι, καὶ οὕτω καὶ ἄλλως [c]. Ὁ δὲ εἰσελθὼν ἐσκοπεῖτο· ἀσήμαντον δὲ τὸ ταμεῖον θεωρῶν [d], ἢ σεσημασμένον μέν, σφραγῖδι δ' ἄλλῃ, ἠγανάκτει· τῶν δὲ σεσημάνθαι λεγόντων, αὐτοῖς γοῦν τὴν σφραγῖδα ὁρᾶσθαι τὴν αὐτοῦ, ἠκριβολογεῖτο ἄν, καὶ ἀπεδείκνυε. Τῶν δ' ἡττωμένων τῇ ἀποδείξει καὶ φαμένων εἰ μή τι ἔπεστιν ἡ σφραγίς, αὐτὸν ἴσως ἐπιλελῆσθαι καὶ μὴ σημήνασθαι· καὶ μὴν [e] αὐτός τε ἔφη σημηνάμενος μνημονεύειν, καὶ

---

clauserat, cava quadam in arcula deponebat. Tum aditu obsignato, annulum per seræ foramen immissum in armarium promtuarium devolvebat, ut eo rursus quum liberet clavi reserato, annulum tollere, atque ita locum denuo cum obserare, tum etiam obsignare posset, annulumque simul per eandem seram rursus immittere. At servi detecto heri artificio, postquam is aut deambulatum aut alio quovis ierat, cella reserata, ubi prout collibuerat, alia vel edendo vel potando hausissent, alia secum ipsi asportassent, eadem vicissim factitantes, cellam primo claudebant, tum obsignabant, denique annulum non sine maximo in philosophum risu per seræ foramen in cœcum istum immittebant. Lacydes igitur quando cellæ vasa quæ plena reliquerat, vacua reperiebat, diu ea re conterritus hæsit, tandemque percipi comprehendique nihil, ab Arcesila doceri, quum audivisset, id ipsum esse credidit, quod in suo sibi penu usu veniebat. Hinc initio capto apud Arcesilam sapientiæ studio deditus argumentabatur, nihil se vel perspicui vel sani nec videre unquam nec audire. Quumque aliquando e familiaribus suis unum secum domum abduxisset, hanc ei assensionis retentionem mirifice, ut sibi videbatur, affirmabat. Ibi vero, hoc tibi, inquiebat, sine ulla dubitatione confirmare possum, quod ipse usu præditus, non per aliena experimenta doctus scio. Tum ab initio totam illam cellæ suæ perniciem exponebat. Quid igitur, inquiebat, huic argumento responderet Zeno, quo mihi planum et perspicuum fit, percipi nihil comprehendique posse? Nam postquam manibus ipse meis cellam tum clausi, tum obsignavi, tum annulum immisi, quum reversus, cœco reserato, intus annulum modo, non item cætera reperiam, nonne merito fidem omnem rebus abrogem? Nec enim profecto dicere ausim, quemquam huc intro irrumpentem ea suffurari sustinuisse, quia intus annulum meum offendo. Hic auditor ille, erat enim unus ex protervis istis furibus, ubi rem totam ut poterat narrantis ex ore audivit, qui vix risum antea continuisset, in cachinnos effusus est; sed dum ridet adhuc et cachinnatur, simul se nimia sui opinione duci convicit. Itaque Lacydes ex eo tempore nec annulum transmisit in cellam, nec sui armarii promtuarii exemplo percipiendi vim amplius negavit, sed quæ adhuc negligentius asservaverat, omnino comprehendit. Quippe frustra sapientiæ studio tempus impertiverat. Veruntamen servos habebat irrisores, quique neutram in partem facile caperentur : quales utique isti comœdiarum servuli sunt, Getæ atque Daci. Ergo hi ut erant lingua ad Dacicam illam jocandi ridendique licentiam erudita ac procusa, sive Stoici cujusdam argutias audivissent, sive alia ratione hoc didicissent, recta facinus aggressi, sigillum ab eo impressum ita solvebant, ut nunc alterum quoddam ejus in locum supponerent nunc nullum,

ἀπεδείκνυε, καὶ περιῄει τῷ λόγῳ, καὶ ἐδεινολογεῖτο πρὸς αὐτούς, οἰόμενος παίζεσθαι, καὶ προσώμνυεν. Οἱ δ' ὑπολαβόντες τὰς προσβολὰς ἐκείνου, αὐτοί γε ᾤοντο ὑπ' αὐτοῦ παίζεσθαι· ἐπεὶ σοφῷ γε ὄντι δεδόχθαι τῷ Λακύδῃ εἶναι ἀδοξάστῳ, ὥστε καὶ ἀμνημονεύτῳ. Μνήμην γὰρ εἶναι δόξαν· ἔναγχος γοῦν τοῦ χρόνου ἔφασαν ἀκοῦσαι ταῦτα αὐτοῦ πρὸς τοὺς φίλους. Τοῦ δ' ἀναστρέφοντος αὐτοῖς τὰς ἐπιχειρήσεις, καὶ λέγοντος οὐκ Ἀκαδημαϊκά, αὐτοὶ φοιτῶντες εἰς Στωϊκῶν τινος, τὰ λεκτέα ἑαυτοῖς ἀνεμάνθανον, κἀκεῖθεν ἀρξάμενοι ἀντεσοφίστευον, καὶ ἦσαν ἀντίτεχνοι κλέπται Ἀκαδημαϊκοί. Ὁ δὲ Στωϊκοῖς ἐνεκάλει· οἱ παῖδες δὲ τὰ ἐγκλήματα παρέλυον αὐτῷ, ὑπὸ ἀκαταληψίας, οὐκ ἄνευ τωθασμῶν τινων. Διατριβαὶ οὖν ἦσαν πάντων ἐκεῖ, καὶ λόγοι, καὶ ἀντιλογίαι· καὶ ἐν οὐδὲν ἐν τῷ μέσῳ κατελείπετο, οὐκ ἀγγεῖον, οὐ τῶν ἐν ἀγγείῳ τιθεμένων, οὐχ' ὅσα εἰς οἰκίας κατασκευὴν ἀλλ' ἔτι συντελεῖ.[f]. Καὶ ὁ Λακύδης τέως μὲν ἠπόρει, μήτι λυσιτελοῦσαν ἑαυτῷ θεωρῶν τὴν ἑαυτοῦ δόγματος βοήθειαν, εἰ δὲ μὴ ἐξελέγχοι, πάντα ἂν ἀνατρέψαι, αὐτοὺς ἑαυτῷ δοκῶν[g], πεσὼν εἰς τἀμήχανον, τοὺς γείτονας ἐκεκράγει, καὶ τοὺς θεούς· καὶ ἰοὺ ἰού, καὶ φεῦ φεῦ, καὶ νὴ τοὺς θεούς, καὶ νὴ τὰς θεάς, ἄλλαι τε ὅσαι ἐν ἀπιστίαις δεινολογουμένων εἰσὶν ἄτεχνοι πίστεις, ταῦτα πάντα ἐλέγετο βοῇ καὶ ἀξιοπιστίᾳ. Τελευτῶν δέ, ἐπεὶ μάχην εἶχεν ἀντιλεγομένην ἐπὶ τῆς οἰκίας, αὐτὸς μὲν ἂν δήπουθεν ἐστωϊκεύετο πρὸς τοὺς παῖδας· τῶν παίδων δὲ τὰ Ἀκαδημαϊκὰ ἰσχυριζομένων, ἵνα μηκέτι πράγματα ἔχοι, οἰκουρὸς ἦν φίλος τοῦ ταμείου προκαθήμενος. Οὐδὲν δὲ εἰς οὐδὲν ὠφελῶν, ὑπειδόμενος οἷ τὸ σοφὸν αὐτῷ ἔρχεται, ἀπεκαλύψατο. Ἄλλως, ἔφη, ταῦτα, ὦ παῖδες, ἐν ταῖς διατριβαῖς λέγεται ἡμῖν, ἄλλως δὲ ζῶμεν. Ταῦτα μὲν καὶ περὶ τοῦ Λακύδου. Τούτου δὲ γίνονται ἀκουσταὶ πολλοί, ὧν εἷς ἦν διαφανὴς ὁ Κυρηναῖος Ἀρίστιππος. Ἐκ πάντων δ' αὐτοῦ τῶν γνωρίμων τὴν σχολὴν αὐτοῦ διεδέξατο Εὔανδρος καὶ οἱ μετὰ τοῦτον. Μεθ' οὓς Καρνεάδης ὑποδεξάμενος τὴν διατριβήν, τρίτην συνεστήσατο Ἀκαδημίαν. Λόγων μὲν οὖν ἀγωγῇ ἐχρήσατο, ᾗ καὶ ὁ Ἀρκεσίλαος· καὶ γὰρ αὐτὸς ἐπετήδευε τὴν εἰς ἑκάτερα ἐπιχείρησιν, καὶ πάντα ἀνεσκεύαζε τὰ ὑπὸ τῶν ἄλλων λεγόμενα μόνῳ δ' ἐν τῷ περὶ τῆς ἐποχῆς λόγῳ πρὸς αὐτὸν διέστη, φὰς ἀδύνατον εἶναι ἄνθρωπον ὄντα περὶ ἁπάντων ἐπέχειν· διαφορὰν δὲ εἶναι ἀδήλου καὶ ἀκαταλήπτου, καὶ πάντα μὲν εἶναι ἀκατάληπτα, οὐ πάντα δὲ ἄδηλα. Μετεῖχε

---

quod utrumcunque factum esset, rem ab eo nunquam perceptum iri existimarent. At ille domum ingressus locum oculis perlustrabat; quem si aut resignatum, aut secus obsignatum videret, ea de re conquerebatur. Jam vero servis sigillum ab eo impressum integrum quidem cerni defendentibus, contra ille subtiliter disserebat et, quid accidisset, demonstrabat. Qua demonstratione victi servi, quum dicerent, si non exstaret sigillum, ab eo fortasse per oblivionem locum non esse obsignatum; immo, inquiebat, eum obsignare me oppido memini, simulque rem longa oratione demonstrabat, ac sese illudi sentiens interposito etiam jurejurando hæc omnia deplorabat. Quos hominis impetus ita excipiebant, ut ipsi etiam irrideri ab eo sibi viderentur: quoniam Lacydi, sapienti viro, visum esset, nihil sibi nec opinionis relinquere, nec memoriæ. Memoriam videlicet opinionem quandam esse; id quod eum nuper certe amicis quibusdam dixisse testes auriti affirmabant. Has ille argumentationes quum ita refutaret, ut alia atque Academici solent omnia reponeret, servi Stoicum aliquem frequentantes, quid sibi dicendum foret, ab eo discebant: atque inde orsi argutias argutiis eludere artique artem opponendo vere Academicos se fures præstare. Tum ille quidem in Stoicos invehebatur, sed servi crimina in ipsos collata comprehendi posse negando diluebant, idque non sine dictis quibusdam mordacibus. Ibi ergo disputationes omnium, argumenta, verborum concertationes, dum interea nihil relinquebatur, non vas, non quidquam eorum quæ in vasa recondebantur, non aliud quidlibet, quod ad supellectilem pertineret. Quapropter Lacydes aliquamdiu æstuare, qui dogmatis sui defensionem nequaquam sibi utilem esse videret; mox reputans, ni detegeret fraudem, fortunas suas omnes illorum culpa esse perituras, tandem inops consilii, vicinos inclamare, implorare deos: sæpe hei mihi, eheu, per deos deasque omnes ingeminare, ac cætera id genus argumenta, quæ hominibus graviter querentibus, ubi nulla eis apud alios fides est, sine arte natura suppeditat. Quæ quidem universa magno clamore deplorata sane probabilitatis speciem habebant. Postremo hac in contentione domestica de rebus controversis ipse quidem utique Stoicum apud servos agebat: sed quum isti Academica dogmata pervicacius tuerentur, ne quid amplius molestiæ inde traheret, domi deinceps manebat ac cellæ suæ foribus assidebat. Sed quoniam ista sessio Lacydi nihil ad ullam rem proderat, et quia secum ipse cogitabat, quo sua sibi calliditas recideret: tandem sententiam suam aperiens, nimirum famuli, inquit, aliter hæc in schola disputamus, aliter vivimus. Sed hæc hactenus etiam de Lacyde. Hujus multi fuerunt auditores, inter quos Aristippus Cyrenæus excelluit. Ex omnibus autem ejus discipulis Evander post eum scholæ præfuit ac cæteri qui eum exceperunt. Quibus cunctis succedens Carneades ita magistri partes obtinuit, ut tertiam Academiam conderet. Is igitur eodem quo Arcesilas orationis genere utebatur, siquidem et illum in utramque partem disputandi morem tenebat, et quæ ab aliis dicerentur omnia refutabat: cæterum una erat assensionis retentio, de qua ab illo dissideret. Quippe fieri non posse dicebat, ut qui homo esset, is a rebus omnibus

δὲ οὗτος καὶ τῶν Στωϊκῶν λόγων, πρὸς οὓς καὶ ἐριστικῶς ἱστάμενος, ἐπὶ πλέον ηὐξήθη, τοῦ φαινομένου τοῖς πολλοῖς πιθανοῦ, ἀλλ' οὐ τῆς ἀληθείας στοχαζόμενος. Ὅθεν καὶ πολλὴν παρέσχε τοῖς Στωϊκοῖς ἀηδίαν. Γράφει δ' οὖν καὶ ὁ Νουμήνιος περὶ αὐτοῦ ταῦτα.

(Eusebius Præparat. Evang. lib. XIV cap. 7 ὁποῖος τῶν δηλουμένων ὁ βίος. Περὶ Λακύδου τοῦ τὸν Ἀρκεσίλαον διαδεξαμένου· ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ. Scripsi [a]: ἐκ περιόδου ταὐτὰ] codd. ἐκ περιόδου ταῦτα. Cæterum de eadem re ita scribit Diogenes Laertius lib. IV, 59 τοῦτόν φασι καὶ περὶ οἰκονομίαν γλυκύτατα ἐσχηκέναι. Ἐπειδὰν γάρ τι προέλοι τοῦ ταμείου, σφραγισάμενος πάλιν εἴσω τὸν δακτύλιον διὰ τῆς ὀπῆς ἐρρίπτει, ὡς μηδέποτε αὐτοῦ περιαιρεθείη καί τι βασταχθείη τῶν ἀποκειμένων. Μαθόντα δὴ τοῦτο τὰ θεραπόντια ἀπεσφράγιζε, καὶ ὅσα ἐβούλετο ἐβάσταζεν· ἔπειτα τὸν δακτύλιον διὰ τῆς ὀπῆς ἐνίει εἰς τὴν στοάν· καὶ τοῦτο ποιοῦντα οὐδέποτε ἐφωράθη. — [b] οἰκίαν] cum Wyttenbachio ad Plutarch. lib. de recta audiendi ratione p. 39. A. (Vol. VI p. 326 ed. Oxon.); codd. οἰκείαν. — [c] καὶ οὕτω καὶ ἄλλως] e Vigeri conjectura; libri καὶ οὕτω καὶ οὐχ ἄλλως. — [d] τὸ ταμεῖον θεωρῶν] e Vigeri conjectura; libri τὸ γραμματεῖον θεωρῶν — [e] καὶ μὴν] codd. ναὶ μήν. — [f] συντελεῖ] codd. συντελῇ. — [g] εἰ δὲ μὴ ἐξελέγχοι, πάντα ἂν ἀνατρέψαι αὐτοὺς ἑαυτῷ δοκῶν] ubi ἀνατρέψαι αὐτοὺς accipiendum ut apud Demosthenem de fals. leg. p. 419. ult. ἀνέτρεψε καὶ κατέδυσε. Structura autem εἰ δὲ μὴ ἐξελέγχοι, πάντα ἂν ἀνατρέψαι κτλ. similis est Demostheneæ Phil. I, 11 δοκεῖτε δέ μοι πολὺ βέλτιον ἂν περὶ τοῦ πολέμου καὶ ὅλης τῆς παρασκευῆς βουλεύσασθαι, εἰ τὸν τόπον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τῆς χώρας, πρὸς ἣν πολεμεῖτε, ἐνθυμηθείητε. Cf. Bremium ad Olynth. III, 6. Membranæ habent partim εἶτα μὴ ἐξελέγξαι πάντα ἀνατρέψαι τε ἑαυτῷ δοκῶν, partim εἴτε μὴ ἐξελέγχοι πάντα ἀνατρέψεσθαι ἑαυτῷ δοκῶν. Non audiendus Vigerus, qui in verbis ἠκριβολογεῖτο ἄν, καὶ ἀπεδείκνυε particulam ἂν delendam censebat. Vid. Hermann. de part. ἂν lib. I cap. 7 in Opusc vol. IV pag. 20 seqq. Illud vero mirandum, quod Lacydes toties a servis suis deceptus fallere judices in amici causa ausus est. Qua de re sic Plutarchus de discern. adul. ab amico cap. 32 vol. VII p. 205 ed. Hutten. Λακύδης γοῦν, ὁ Ἀρκεσιλάου γνώριμος, ἀπ' εἰσαγγελίας φεύγοντι δίκην Κηφισοκράτει μετὰ τῶν ἄλλων φίλων παρειστήκει· τοῦ δὲ κατηγόρου τὸν δακτύλιον αἰτήσαντος, ὁ μὲν ἡσυχῇ παρακαθῆκεν· αἰσθόμενος δὲ ὁ Λακύδης ἐπέβη τῷ ποδί, καὶ ἐπέκρυψεν· (ἦν δὲ ὁ ἔλεγχος ἐν ἐκείνῳ) μετὰ δὲ τὴν ἀπόφευξιν τοῦ Κηφισοκράτους δεξιουμένου τοὺς δικαστάς, εἷς τις, ὡς ἔοικεν, ἑωρακὼς τὸ γενόμενον, ἐκέλευσε Λακύδῃ χάριν ἔχειν, καὶ τὸ πρᾶγμα διηγήσατο, τοῦ Λακύδου πρὸς μηδένα φράσαντος. Consule Wyttenbachium Animadv. in Plutarch. Vol. VI pag. 493 ed Oxon.)

4. Καρνεάδης δὲ ἐκδεξάμενος παρήγησιν [a], οὗ χρεὼν φυλάξαι ὅσα ἀκίνητα καὶ ὅσα κεκινημένα ἦν, τούτου μὲν ἠμέλει· εἰς δ' Ἀρκεσίλαον, εἴτ' οὖν ἀμείνω, εἴτε καὶ φαυλότερα ἦν ἐπανενεγκών, διὰ μακροῦ τὴν μάχην ἀνενέαζε. Καὶ ἑξῆς ἐπιλέγει, ἦγε δ' οὖν καὶ οὗτος καὶ ἐπέφερεν [b], ἀντιλογίας τε καὶ στροφὰς λεπτολόγους συνέφερε τῇ μάχῃ ποικίλλων, ἐξαρνητικός τε καὶ [c] καταφαντικὸς ἦν, κἀμφοτέρωθεν ἀντιλογικός. Εἰ δέ που [d] ἔδει τι καὶ θαῦμα ἐχόντων λόγων, ἐξηγείρετο λάβρος, οἷον ποταμὸς ῥοώδης, σφοδρῶς ῥέων, πάντα καταπιμπλὰς τὰ τῇδε καὶ τὰ κεῖθι, καὶ εἰσέπιπτε, καὶ συνέσυρε τοὺς ἀκούοντας διὰ θορύβου. Τοιγαροῦν ἀπάγων τοὺς ἄλλους, αὐτὸς ἔμενεν ἀνεξαπάτητος, ὃ μὴ προσῆν τῷ Ἀρκεσιλάῳ. Ἐκεῖνος γὰρ περιεχόμενος τῇ φαρμάξει τοὺς συγκορυβαντιῶντας, ἔλαθεν ἑαυτὸν πρῶτον ἐξηπατηκὼς μὴ ᾐσθῆσθαι, πεπεῖσθαι δ' ἀληθῆ εἶναι, ἃ λέγει διὰ τῆς ἁπαξαπάντων ἀναιρέσεως χρημάτων. Κακὸν δὲ ἦν ἂν κακῷ ἐπανακείμενον, ὁ Καρνεάδης τῷ Ἀρκεσιλάῳ· μὴ χαλάσας τι σμικρόν, ὑφ' οὗ οὐκ ἄπρακτοι ἔμελλον ἔσεσθαι, κατὰ τὰς ἀπὸ τοῦ πιθανοῦ λεγομένας αὐτῷ θετικάς τε καὶ ἀρνητικὰς φαντασίας, τοῦ εἶναι τόδε τι ζῷον, ἢ μὴ ζῷον εἶναι. Τοῦτο οὖν ὑπανείς, ὥσπερ οἱ ἀναχάζοντες θῆρες, βιαιότερον, καὶ μᾶλλον ἑαυτοὺς ἱεῖσιν εἰς τὰς αἰχμάς, χαὐτὸς ἐνδοὺς δυνατώτερον ἐπῆλθεν.

---

assensum cohiberet: aliud porro incertum esse, aliud comprehendi non posse; et incomprehensibiles quidem esse res omnes, non omnes tamen incertas esse. Fuit hic etiam Stoicorum rationis non ignarus, qua impugnanda magis etiam inclaruit, dum id potius quod vulgo verisimile videbatur, quam verum ipsum spectat. Quapropter Stoicis quoque plurimum molestiæ exhibebat. De hoc igitur Numenius ita scribit.

4. Carneades docendi postea munere suscepto, eum aspernatus, cujus omnia dogmata vel immota adhuc vel ab aliis jam sollicitata retinere debebat, cunctisque ad Arcesilam, sive meliora, sive deteriora essent, relatis, pugnam ipse longo demum intervallo renovabat. Ac superioribus subjungens alia hic quoque tum allegabat tum afferebat, pugnamque suam contradictionibus et subtilibus quibusdam argutiis variatam conserebat, negando simul et affirmando atque oppositis utrimque rationibus disputando. Quodsi magnifico quodam dicendi genere opus esset, tum vehementi cursu ferebatur, ut amnis celer et rapidus, omnia passim inundans et obruens, atque urgens auditores magno cum strepitu secum rapiebat. Itaque alios in errorem inducens ipse a nemine decipi poterat, quæ natura non inerat in Arcesila. Is enim cæteros, quibuscum Corybantum more insanivit, præstigiis suis complexus, non

Ἐπεὶ δὲ ὑποσταίη [e] τε καὶ εὖ ἔχοι, τηνικαῦτα ἤδη καὶ οὗ προὐδέδοκτο καὶ ἐμέμνητο, ἑκὼν ἠμέλει [f]. Τὸ γὰρ ἀληθές τε καὶ τὸ ψεῦδος ἐν τοῖς πράγμασιν ἐνεῖναι συγχωρῶν, ὥσπερ ξυνεργαζόμενος τῆς ζητήσεως τρόπῳ, παλαιστοῦ δεινοῦ λαβὴν δούς, περιεγένετο ἔνθεν. Κατὰ γὰρ τὴν τοῦ πιθανοῦ ῥοπὴν ἑκάτερον παρασχών, οὐδέτερον εἶπε βεβαίως καταλαμβάνεσθαι. Ἦν γοῦν λῃστὴς καὶ γόης σοφώτερος. Παραλαβὼν γὰρ ἀληθεῖ μὲν ὅμοιον ψεῦδος, καταληπτικῇ δὲ φαντασίᾳ καταληπτὸν ὅμοιον, καὶ ἀγαγὼν εἰς τὰς ἴσας, οὐκ εἴασεν οὔτε τὸ ἀληθὲς εἶναι, οὔτε τὸ ψεῦδος, ἢ οὐ μᾶλλον τὸ ἕτερον τοῦ ἑτέρου, ἢ μᾶλλον ἀπὸ τοῦ πιθανοῦ. Ἦν οὖν ὀνείρατα ἀντὶ ὀνειράτων, διὰ τὸ ὁμοίας φαντασίας ἀληθέσιν εἶναι τὰς ψευδεῖς, ὡς ἀπὸ ᾠοῦ κηρίνου πρὸς τὸ ἀληθινὸν ᾠόν. Συνέβαινεν οὖν τὰ κακά, καὶ πλείω. Καὶ μέντοι λέγων ὁ Καρνεάδης ἐψυχαγώγει καὶ ἠνδραποδίζετο. Ἦν δὲ κλέπτων μὲν ἀφανής, φαινόμενος δὲ λῃστής, αἱρῶν δὲ δόλῳ καὶ βίᾳ τοὺς καὶ πάνυ σφόδρα παρεσκευασμένους. Πᾶσα γοῦν Καρνεάδου διάνοια ἐνίκα, καὶ οὐδεμία ἡττισοῦν ἄλλως· ἐπεὶ καὶ οἷς ἐπολέμει, ἦσαν εἰπεῖν ἀδυνατώτεροι. Ἀντίπατρος γοῦν ὁ κατ' αὐτὸν γενόμενος, ἔμελλε μὲν ἀγωνιῶν [ff] τι γράφειν· πρὸς δ' οὖν τοὺς ἀπὸ Καρνεάδου καθ' ἡμέραν ἀποφερομένους λόγους οὔποτε ἐδημοσίευσεν, οὐκ ἐν ταῖς διατριβαῖς, οὐκ ἐν τοῖς περιπάτοις, οὐδὲ εἶπεν, οὐδὲ ἐφθέγξατο, οὐδ' ἤκουσέ τις αὐτοῦ, φασίν, οὐδὲ γρῦ· ἀντιγραφὰς δὲ ἐπανετείνετο, καὶ γωνίαν λαβών, βιβλία κατέλιπε γράψας τοῖς ὕστερον, οὐδὲ νῦν [g] δυνάμενα, καὶ τότε ἀδυνατώτερα πρὸς οὕτως ἄνδρα ὑπέρμεγαν φανέντα, καὶ καταδόξαντα εἶναι τοῖς τότε ἀνθρώποις τὸν Καρνεάδην. Ὅμως δέ, καίτοι καὐτὸς ὑπὸ Στωϊκῆς φιλονεικίας εἰς τὸ φανερὸν κυκῶν, πρός γε τοὺς ἑαυτοῦ ἑταίρους δι' ἀπορρήτων ὡμολόγει τε καὶ ἠλήθευε [h], καὶ ἀπεφαίνετο, ἃ κἂν ἄλλος τῶν ἐπιτυχόντων. Εἶτα ἑξῆς φησι, Καρνεάδου δὲ γὰρ γνώριμος Μέντωρ μὲν ὁ πρῶτος, οὐ μὴν διάδοχος. Ἀλλ' ἔτι ζῶν Καρνεάδης ἐπὶ παλλακῇ μοιχὸν εὑρών, οὐχ ὑπὸ πιθανῆς φαντασίας, οὐδ' ὡς μὴ κατειληφώς, ὡς δὲ μάλιστα πιστεύων τῇ ὄψει, καὶ καταλαβών, παρῃτήσατο τὴν διατριβήν [i]. Ὁ δὲ ἀπο-

animadvertebat, in quam fraudem primum semel ipsum impulisset, dum sublatis rebus universis de placitorum suorum veritate ei persuasum est. Verum Carneadem Arcesilæ sic tanquam malum malo impositum jure dixeris; qui ne tantillum quidem unquam remitteret, nisi quo effecturum se videbat, ut auditores postea quo se verterent non haberent : id quod eo visorum, ut appellabat, genere consequebatur, quæ probabili ratione certum ac singulare quiddam, animal esse, vel confirmandi vel negandi vim haberent. Ergo postquam aliquid ejusmodi dederat, quemadmodum feræ aliquantum retrocedentes, in spicula tanto postea vehementius irruunt : sic ille ubi nonnihil aliis indulserat, eo deinde potentius ingruebat. Quum vero firmiorem jam solidioremque disputationem ingressus erat, tum illud ipsum quod sibi antea visum esset quodque jam memorasset, ultro negligebat. Nam qui verum et falsum in rebus inesse concederet, quasi verbis ad propriam quæstionis rationem accommodatis quam ipse periti luctatoris more ansam dederat, ea postmodum vincebat. Dum enim utrumque pro verisimilitudinis utrimque nutantis ratione concedit, neutrum simul firme comprehendi posse dixit. Ergo prædator præstigiatorque Arcesila sollertior fuit. Ita enim vero aliquid falsi, quod et percipiebatur et imaginationi comprehensionis capaci simile erat adjungebat, ut quum paria ea esse ostenderet, simul nec vero locum ullum nec falso relinqueret, aut neutrum altero potius verum esse falsumve pateretur, aut si alterutrum potius, id tamen sola probabilitate commendatum tale videretur. Somniis ergo somnia succedebant, quia veris etiam visis falsa similia putabantur, tanquam si ovi cerei species cum vero ovo componeretur. Incommoda hæc igitur aliaque plura contingebant. Sed tamen Carneades interea dicendi facultate audientium animos permulcebat ac devinciebat. Erat autem occulte fur, palam prædator, qui fraude et vi etiam paratissimum quemque caperet. Omnis enim Carneadis vincebat sententia, et præterea nulla cujuslibet alius hominis opinio, quum dicendi facultate adversarios etiam omnes præstaret. Antipater certe illius æqualis scripto duntaxat aliquid mandabat, sed admodum timide. Itaque nunquam disputationibus a Carneade quotidie habitis quidquam publice opposuit, neque in schola neque in ambulationibus de iis loquens, aut eas tangens, neque quisquam ullum ab eo verbum, ut aiunt, ea de re audivit : scripta solum quædam eminus intentabat, et angulos latebrasque adhibens, libros tantum posteris relinquebat, verum ejusmodi, qui ne nunc quidem, tum vero multo minus Carneadem illum, qui tantus ejus ævi hominibus et videbatur et existimabatur, sustinere possent. Et tamen ille ipse qui Stoicos vellicaturus palam in omnibus rebus turbabat, clam inter sodales suos cuncta illa concedebat, verissime loquebatur et pronuntiabat quæ quilibet alius homo de multis. Deinceps ait Mentorem primum Carneadis discipulum, non tamen successorem fuisse. Sed quum vivus adhuc Carneades hominem cum pellice sua concumbentem reperisset, non propter probabilem aliquam visionem, aut quod eum minus comprehenderet, sed quia suis maxime credebat oculis eumque comprehendebat, postea ejus operam et consuetudinem repudiavit. Is igitur postquam a magistro defecit, mutuis cum illo argutiis artificiisque pugnare, quæque ille incomprehensa defendebat, reprehendere cœpit. Præterea alio loco superioribus hæc subjungens : Carneades, inquit, quippe qui contrario modo philosopharetur, mendaciis superbiebat, quibus verum funditus delere conabatur. Quocirca mendaciis tanquam præten-

στὰς ἀντεσοφίστευε καὶ ἀντίτεχνος ἦν, ἐλέγχων αὐτοῦ τὴν ἐν τοῖς λόγοις ἀκαταληψίαν. Καὶ πάλιν ἐπιφέρει λέγων· ὁ δὲ Καρνεάδης, οἷον ἀντεστραμμένα φιλοσοφῶν, τοῖς ψεύμασιν ἐκαλλωπίζετο, καὶ ὑπ' αὐτοῖς τὰ ἀληθῆ ἠφάνιζε. Παραπετάσμασιν οὖν ἐχρῆτο τοῖς ψεύμασι, καὶ ἠλήθευεν [k] ἔνδον λανθάνων καπηλικώτερον. Ἔπασχεν οὖν πάθημα ὀσπρίων, ὧν τὰ μὲν κενὰ ἐπιπολάζει τε τῷ ὕδατι καὶ ὑπερέχει, τὰ χρηστὰ δὲ αὐτῶν ἐστι κάτω καὶ ἐν ἀφανεῖ. Ταῦτα καὶ περὶ Καρνεάδου λέγεται. Διάδοχος δ' αὐτοῦ τῆς διατριβῆς καθίσταται Κλειτόμαχος· μεθ' ὃν Φίλων, οὗ πέρι ὁ Νουμήνιος μνημονεύει ταῦτα.

(Eusebius Præparat. Evang. lib. XIV cap. 8 περὶ Καρνεάδου τοῦ τὴν τρίτην Ἀκαδημίαν ὑποστησαμένου. Ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ. Scripsi [a] : παρήγησιν] cum codd. i. e. ὑφήγησιν. Quod autem sequitur οὐ χρεὼν, ad Platonem referendum esse patet. — [b] ἦγε δ' οὖν καὶ οὗτος καὶ ἐπέφερεν] codd. ἦγε δ' οὖν καὶ οὗτος καὶ ἀπέφερεν. Est vero ἦγε intelligendum, ut δῶρα ἄγειν τινὶ apud Xenophontem et alios scriptores. Vid. Henr. Steph. Thes. s. v. ἄγειν. Porro quum ἀπέφερεν ferri non posset, hoc in ἐπέφερεν mutandum censui. Neque enim probabilis est Vigeri conjectura, qui in vulgatæ scripturæ locum ἦγε δ' οὖν καὶ οὗτος καὶ ἔφερεν substituere volebat. — [c] καὶ καταφαντικὸς] cum codd; cujus loco Aristoteles καταφατικὸς dicere solet. — [d] εἰ δέ που] e Vigeri conjectura; libri εἴτε που. — [e] ἐπεὶ δὲ ὑποσταίη] e Vigeri conjectura; codd. ἐπεί τε. — [f] οὐ προὐδέδοχτο καὶ ἐμέμνητο, ἑκὼν ἠμέλει] e Vigeri conjectura; codd. οὐ προὐδέδοχτο, ἑκὼν ἠμέλει καὶ ἐμέμνητο. — [ff] ἀγωνιῶν] libri ἀγωνιᾶν — [g] οὐδὲ νῦν] codd. οὔτε νῦν. — [h] ἠλήθευε] codd. ἠλίθευε. — [i] τὴν διατριβήν] libri τῆς διατριβῆς. — [k] ἠλήθευεν] membranæ ἠλίθευεν.

5. Ὁ δὲ Φίλων ἄρα οὗτος, ἄρτι μὲν ἐκδεξάμενος τὴν διατριβήν, ὑπὸ χαρμονῆς ἐξεπέπληκτο, καὶ χάριν ἀποδιδοὺς ἐθεράπευε, καὶ τὰ δεδογμένα τῷ Κλειτομάχῳ ηὖξε, καὶ τοῖς Στωϊκοῖς ἐκορύσσετο νώροπι χαλκῷ. Ὡς δὲ προϊόντος μὲν τοῦ χρόνου, ἐξιτήλου δ' ὑπὸ συνηθείας οὔσης αὐτῶν τῆς ἐποχῆς, οὐδὲν μὲν κατὰ τὰ αὐτὰ ἑαυτῷ ἐνόει, ἡ δὲ τῶν παθημάτων αὐτὸν ἀνέστρεφεν ἐνάργειά τε καὶ ὁμολογία. Πολλὴν δῆτ' ἔχων ἤδη τὴν διαίσθησιν, ὑπερεπεθύμει, εὖ ἴσθ' ὅτι, τῶν ἐλεγξάντων τυχεῖν, ἵνα μὴ ἐδόκει μετὰ νῶτα βαλὼν αὐτὸς ἑκὼν φεύγειν. Φίλωνος δὲ γίνεται ἀκουστὴς Ἀντίοχος, ἑτέρας ἄρξας Ἀκαδημίας. Μνησάρχῳ γοῦν τῷ Στωϊκῷ σχολάσας, ἐναντία Φίλωνι τῷ καθηγητῇ ἐφρόνησε, μυρία τε ξένα προσῆψε τῇ Ἀκαδημίᾳ. Ταῦτα καὶ παραπλήσια τούτοις μυρία τῆς Πλάτωνος περὶ διαδοχῆς μνημονεύεται. Ὥρα δ' οὖν ἄνωθεν τὸν λόγον ἀναλαβόντας, τῶν φυσικῶν φιλοσόφων τὰς ψευδοδοξίας ὁμοῦ καὶ ἀντιδοξίας ἐπισκέψασθαι· οἳ τὴν πολλὴν γῆν πλανηθέντες, καὶ τὴν τοῦ ἀληθοῦς εὕρεσιν περὶ πλείστου πεποιημένοι, ταῖς τε τῶν παλαιῶν ἁπάντων δόξαις καθωμιληκότες, καὶ τἀκριβὲς τῆς παρὰ πᾶσι Φοίνιξί τε καὶ Αἰγυπτίοις, αὐτοῖς τε Ἕλλησι πολὺ πρότερον θεολογίας ἐξηκριβωκότες, τίνα τῶν πόνων τὸν καρπὸν εὕροντο, παρ' αὐτῶν ἄξιον ἀκοῦσαι, ὡς ἂν μάθοιμεν εἴ τι θεοπρεπὲς εἰς αὐτοὺς παρὰ τῶν πρεσβυτέρων κατῆλθεν. Ἐκράτει μὲν γὰρ πρότερον ἐκ παλαιοῦ αἰῶνος παρὰ τοῖς ἔθνεσιν ἡ πολύθεος δεισιδαιμονία, νεῴ τε καὶ μυστήρια ἱερὰ τῶν θεῶν κατὰ πόλεις καὶ χώρας συνήθως παρὰ πᾶσιν ἐφυλάττοντο. Οὐ δὴ οὖν οὐδὲ φιλοσοφίας ἀνθρωπίνης ἦν χρεία, εἰ δὴ τὰ τῆς θεοσοφίας προειλήφει· οὐδ' ἦν τις ἀνάγκη καινοτομεῖν τοὺς σοφούς, εἰ δὴ τὰ τῶν προγόνων αὐτοῖς εὖ ἔχοντα ἦν. Ἀλλ' οὐδὲ στασιάζειν καὶ διαφέρεσθαι τοὺς γενναίους φιλοσόφους, εἰ δὴ σύμφωνος καὶ ἀληθὴς ἡ πάτριος αὐτοῖς περὶ θεῶν δόξα τυγχάνειν δεδοκίμαστο. Τί δὲ ἔδει πολεμεῖν ἀλλήλοις, καὶ μάχεσθαι, ἢ τὴν μακρὰν ὁδὸν ἄνω καὶ

---

tis quibusdam velis utebatur, quamquam intus latitans fraudulentius vera dicebat. Ita hoc ipsum philosopho accidebat, quod in leguminibus evenire solet, quorum quæ inania sunt, summæ aquæ innatant atque eminent, quum optima quæque lateant atque in profundo abstrusa sint. Hæc etiam de Carneade traduntur. Is Clitomachum artis doctrinæque successorem habuit; Philonem Clitomachus, de quo idem Numenius hæc prædicat.

λώσαντες αὐτὸν ἐγένοντο, καὶ τίνας ἐζήλωσεν αὐτός. Ὁ μὲν οὖν Πύῤῥων Ἀναξάρχου τινὸς ἐγένετο μαθητής, ὃς τὸ μὲν πρῶτον ἦν ζωγράφος, οὐδ' οὕτως εὐτυχής, ἔπειτα τοῖς Δημοκρίτου βιβλίοις ἐντυχών, χρηστὸν μὲν οὐδὲν οὔτε εὗρεν, οὔτε ἔγραψε, κακῶς δὲ πάντας εἶπε καὶ θεοὺς καὶ ἀνθρώπους. Αὐτὸς δ' ὕστερον τοῦτον τὸν τῦφον περιβαλλόμενος, καὶ καλῶν ἄτυφον ἑαυτόν, οὐδὲν ἐν γραφῇ κατέλιπεν. Ἐγένετο δὲ μαθητὴς αὐτοῦ Τίμων Φλιάσιος, ὃς τὸ μὲν πρῶτον ἐχόρευεν ἐν τοῖς θεάτροις· ἔπειτα δ' ἐντυχὼν αὐτῷ συνέγραψεν ἀργαλέας παρῳδίας καὶ βωμολόχους, ἐν αἷς βεβλασφήμηκε πάντας τοὺς πώποτε φιλοσοφήσαντας. Οὗτος γὰρ ἦν ὁ τοὺς σίλλους γράψας καὶ λέγων·[n]

σχέτλιοι ἄνθρωποι, κάκ' ἐλέγχεα, γαστέρες οἶον,
οἵων ἔκ τ' ἐρίδων [o] ἔκ τε στοναχῶν πέπλασθε! [p] καὶ
ἄνθρωποι κενεῆς οἰήσιος ἔμπλεοι ἀσκοί.

Μηδενὸς δ' ἐπιστραφέντος αὐτῶν, ὡς εἰ μηδὲ ἐγένοντο τοπαράπαν, ἐχθὲς καὶ πρώην ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τῇ κατ' Αἴγυπτον Αἰνησίδημός τις ἀναζωπυρεῖν ἤρξατο τὸν ὕθλον τοῦτον. Καὶ σχεδὸν οἱ μὲν κράτιστοι δοκοῦντες εἶναι τῶν τὴν ὁδὸν βεβαδικότων ταύτην, εἰσὶν οὗτοι. Ὅτι μὲν οὖν τὴν τοιαύτην εἴτε αἵρεσιν, εἴτε ἀγωγὴν λόγων, εἴτε ὅπῃ καὶ ὅπως ἂν ἐθέλῃ τις [q] καλεῖν αὐτήν, οὐδεὶς ἂν εὐφρονῶν ὀρθὴν εἶναι φαίη, δῆλον. Ἐγὼ μὲν οὐδὲ φιλοσοφίαν οἴομαι δεῖν ὀνομάζειν αὐτήν, ἀναιροῦσάν γε δὴ τὰς τοῦ φιλοσοφεῖν ἀρχάς. Ταῦτα μὲν οὖν πρὸς τοὺς κατὰ Πύῤῥωνα φιλοσοφεῖν νομιζομένους. Συγγενῆ δ' αὐτοῖς εἴη ἂν καὶ τὰ ἀντιλεγόμενα πρὸς τοὺς κατὰ Ἀρίστιππον τὸν Κυρηναῖον, μόνα λέγοντας εἶναι τὰ πάθη καταληπτά. Σωκράτους δ' ἑταῖρος ὁ Ἀρίστιππος ἦν, ὁ τὴν καλουμένην Κυρηναϊκὴν συστησάμενος αἵρεσιν, ἀφ' ἧς τὰς ἀφορμὰς Ἐπίκουρος πρὸς τὴν του τέλους ἔκθεσιν εἴληφεν. Ἦν δ' ὁ Ἀρίστιππος ὑγρὸς πάνυ τὸν βίον καὶ φιλήδονος· ἀλλ' οὐδὲν μὲν οὗτος ἐν τῷ φανερῷ περὶ τέλους διελέξατο· δυνάμει δὲ τῆς εὐδαιμονίας τὴν ὑπόστασιν ἔλεγεν ἐν ἡδοναῖς κεῖσθαι. Ἀεὶ γὰρ λόγους περὶ ἡδονῆς ποιούμενος, εἰς ὑποψίαν ἦγε τοὺς προσιόντας αὐτῷ τοῦ λέγειν, τέλος εἶναι τὸ ἡδέως ζῆν. Τούτου γέγονεν ἀκουστὴς Σύναλλος καὶ ἡ θυγάτηρ αὐτοῦ Ἀρήτη. Ἥτις γεννήσασα παῖδα ὠνόμασεν Ἀρίστιππον, ὃς ὑπαχθεὶς ὑπ' αὐτῆς εἰς λόγους φιλοσοφίας, μητροδίδακτος ἐκλήθη· ὃς καὶ σαφῶς ὡρίσατο τέλος εἶναι τὸ ἡδέως ζῆν, ἡδονὴν ἐντάττων τὴν κατὰ κίνησιν. Τρεῖς γὰρ ἔφη καταστάσεις εἶναι περὶ τὴν ἡμετέραν σύγκρασιν· μίαν μέν,

---

dignari cœpisse, quod ex amico isto audiret, se haudquaquam philosophiæ præcepta esse observaturum, neque ita victurum, ut omni animi perturbatione careret. Tum Pyrrhonem homini respondisse, hujus rei documentum in mulierculæ causa dari non oportere. Atqui merito amicus ille diceret, in muliere, in cane in reliquis denique omnibus inane totum hoc disputandi genus futurum. Quodsi hæc oratio tibi prodest, haud absurdum erit, tum quos habuerit assectatores, tum quos ipse æmulatus sit, cognoscere. Fuit igitur Pyrrho Anaxarchi cujusdam discipulus: ac primum quidem picturæ operam dedit, sed vano conatu rem aggressus est, deinde vero posteaquam Democriti libros legisset, nihil aut in iis boni reperit aut ipse conscripsit, sed deos tantum hominesque omnes probris et maledictis vexavit. Idem postea quum hoc fastus genus sibi induisset, ac tamen minime fastosum se appellaret, nihil scriptum reliquit. Ejus disciplina usus est Timon Phliasius, primo in scenis saltare solitus; qui ubi deinde hominem audivit, versus mordaces et scurriles edidit, quibus omnem superiorum philosophorum nationem proscindebat. Fuit enim is sillorum auctor, in quibus ita scribit:

duri homines, ignavum genus, ventres solum,
quibus e litibus et suspiriis conflati estis! Et
homines vanæ opinionis pleni utres.

Quum autem jam nemo eos observaret, quasi omnino nunquam fuissent, heri aut nudius tertius Alexandriæ, Ægypti urbe, exstitit Ænesidemus quidam, qui antiquum illud nugarum genus renovare aggrederetur. Atque hi fere sunt ex vulgi opinione principes, qui hanc philosophandi viam inierunt. Et hanc talemque vel sectam vel disciplinam, vel utcunque et quomodocunque eam appellare libet, neminem qui quidem prudens sit, approbaturum esse manifestum est. Ego vero ne philosophiam quidem eam vocandam existimo, quum ipsa philosophiæ principia tollat. Hæc igitur adversus philosophos, qui Pyrrhonis assectatores habentur, dicta sunto. Quibus cognata illa fuerint, quæ opponi solent hominibus ex Aristippi Cyrenæi disciplina profectis, qui solos affectus mente comprehendi posse statuebant. Socratis autem sodalis Aristippus fuit, qui Cyrenaicam sectam instituit, ex qua quidem Epicurus finis illius constituendi occasionem arripuit. Erat enim Aristippus in omni vita mollis admodum et voluptarius; qui etsi nihil unquam ipse palam de fine disseruit, potentia tamen beatitudinis fundamentum in voluptatibus positum esse docuit. Nam quum de voluptate perpetuo loqueretur, præbuit auditoribus suis suspicionem finis in vitæ deliciis collocati. Is Synallum quendam ejusque filiam Areten discipulos habuit. Hæc filium suscepit nomine Aristippum, qui ab ipsa ad philosophiæ studium impulsus, matris discipulus vulgo dicebatur. Hic aperte statuit finem esse suaviter vivere, voluptatem eam ponens, quæ in aliqua commotione versaretur. Triplicem enim temperationis nostræ conditionem esse censebat: unam qua doleremus, tempestati in mari coortæ persimilem: alteram, qua lætaremur, et placido æquori similes essemus: placidam enim commotionem esse vo-

καθ' ἣν ἀλγοῦμεν, ἐοικυῖαν τῷ κατὰ θάλασσαν χειμῶνι· ἑτέραν δέ, καθ' ἣν ἡδόμεθα, τῷ λείῳ κύματι ἀφομοιούμενοι· εἶναι γὰρ λείαν κίνησιν τὴν ἡδονήν, οὐρίῳ παραβαλλομένην ἀνέμῳ· τὴν δὲ τρίτην μέσην εἶναι κατάστασιν, καθ' ἣν οὔτε ἀλγοῦμεν, οὔτε ἡδόμεθα, γαλήνῃ [r] παραπλησίαν οὖσαν. Τούτων δὴ καὶ ἔφασκε τῶν παθῶν μόνων ἡμᾶς τὴν αἴσθησιν ἔχειν. Πρὸς οὓς ἀντιλέλεκται ταῦτα.

(Eusebius Præparat. Evang lib. XIV, cap. 18 πρὸς τοὺς κατὰ Πύῤῥωνα σκεπτικούς, ἤτοι ἐφεκτικοὺς ἐπικληθέντας, μηδὲν καταληπτὸν εἶναι ἀποφηναμένους. Ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ. Scripsi : [a] οὐδ' οὐκ ἔστιν] codd. οὔτ' οὐκ ἔστιν. — [b] εἰ καὶ δοίημεν] libri εἰ καὶ δῴημεν. — [c] ἀνάγκη δὲ] cum Vigero; codd. ἀνάγκη τε — [d] ἡδέως ἄν τις ἔροιτο] libri ἡδέως ἄν τις εἴρετο. — [e] διελέχθης] codd. διηλέχθης bis. — [f] Τίμων φησίν] Vid. Phil. Gr. Fragm. vol. I, pag. 95. — [g] Κόρυβον] Corybus sive Corœbus (Κόροιβος), Mygdonis filius, a poetis stulti hominis persona sæpe indutus, passim a veteribus memoratur. Vid. Eurip. Rhes. 539; Quint. Smyrn. XIII, 169; Pausan. X, 27, 1; Virg. Æn. II, 341 et ibi Heyn. Excurs. X. Hinc proverbium Κοροίβου ἠλιθιώτερος apud Zenob. IV, 58; Apostol. X, 3; Diogenian. V, 56 et μωρότερος Κορύβου apud Apostol. XI, 93. — [h] Μελιτίδην] De hoc aliisque hominibus stultis sic Ælianus var. hist. XIII, 1 φασὶ παχύτατον γενέσθαι τὴν διάνοιαν οἱ τῆς κωμῳδίας ποιηταί, τὸ δέρμα ἔχοντα ἀδιακόντιστον, Πολύδωρόν τινα· καὶ ἄλλον Κοικυλίωνα ὄνομα, ὅσπερ τὰ κύματα ἠρίθμει ὑπὸ τῆς ἄγαν μανίας. Λόγος δέ τις καὶ Σαννυρίωνα τοιοῦτον γενέσθαι, ὃς ἐν τῇ ληκύθῳ τὴν κλίμακα ἐζήτει. Καὶ Κόροιβον δέ, καὶ Μελιτιάδην καὶ ἐκείνους ἀνοήτους φασίν. Aristophanes Ran. 990 τέως δ' ἀβελτερώτατοι, κεχηνότες Μαμμάκυθοι, Μελιτίδαι καθῆντο, ubi legendus est interpres græcus. — [i] Τίμων] vid. Phil. Gr. Fragm. vol. I, pag. 95. — [k] ἀλλ' οἷον] cum Vigero; membranæ ἀλλοῖον. — [l] ἠδ' ἀδάμαστον] e Vigeri conjectura; codd. ἠ ἀδάμαστον. — [m] οὐδὲν γὰρ ἂν ἦν] libri οὐδὲν γὰρ ἦν. — [n] Vid. Phil. Gr. Fragm. vol. I, pag. 85 — [o] οἵων ἔκ τ' ἐρίδων] cod. τοίων apud Eusebium et ποίων apud Theodoretum de curandis gentium morbis serm. 2 tom. IV, p. 489. — [p] ἔκ τε στοναχῶν πέπλασθε] cum Eusebio; Theodoretus καὶ λεσχομάχων πεπλάνησθε. — [q] ὅπως ἂν ἐθέλῃ τις] codd. ὅπως ἐθέλῃ τις. — [r] γαλήνῃ] libri γαληνῇ. —)

4. Ἑξῆς δ' ἂν εἶεν οἱ λέγοντες μόνα τὰ πάθη καταληπτά. Τοῦτο δ' εἶπον ἔνιοι τῶν ἐκ τῆς Κυρήνης. Οὗτοι δ' ἠξίουν, ὥσπερ ὑπὸ κάρου πιεζόμενοί τινες, οὐδὲν εἶναι τὸ παράπαν, εἰ μή τις παραστὰς αὐτοὺς παίοι καὶ κεντῴη. Καιόμενοι γὰρ ἔλεγον καὶ τεμνόμενοι γνωρίζειν, ὅτι πάσχοιέν τι· πότερον δὲ τὸ καῖον εἴη πῦρ, ἢ τὸ τέμνον σίδηρος, οὐκ ἔχειν εἰπεῖν. Τοὺς δὲ ταῦτα λέγοντας εὐθὺς ἔροιτό τις ἄν, εἰ δὴ τοῦτο γοῦν ἴσασιν αὐτοί, διότι πάσχουσί τι καὶ αἰσθάνονται. Μὴ εἰδότες μὲν γὰρ οὐδ' εἰπεῖν δυνηθεῖεν ἂν ὅτι μόνον ἴσασι τὸ πάθος. Εἰ δ' αὖ γνωρίζουσιν, οὐκ ἂν εἴη μόνα τὰ πάθη καταληπτά. Τὸ γάρ, ἐγὼ καίομαι, λόγος ἦν καὶ οὐ πάθος. Ἀλλὰ μὴν ἀνάγκη γε τρία ταῦτα συνυφίστασθαι, τό τε πάθος αὐτό, καὶ τὸ ποιοῦν, καὶ τὸ πάσχον. Ὁ τοίνυν ἀντιλαμβανόμενος τοῦ πάθους πάντως αἰσθάνοιτ' ἄν. Οὐ γὰρ δὴ ὅτι μέν, εἰ τύχοι, θερμαίνεται γνωριεῖ, πότερον δ' αὐτὸς ἢ ὁ γείτων, ἀγνοήσει· καὶ νῦν ἢ πέρυσι· καὶ Ἀθήνησιν ἢ ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ ζῶν ἢ τεθνεώς, ἔτι δὲ ἄνθρωπος ὢν ἢ λίθος. Οὐκοῦν εἴσεται καὶ ὑφ' οὗ πάσχει. Καὶ γὰρ ἀλλήλους γνωρίζουσι, καὶ ὁδούς, καὶ πόλεις, καὶ τὴν τροφήν. Οἱ δ' αὖ τεχνῖται τὰ ἐργαλεῖα τὰ αὐτῶν οἴδασι. Καὶ οἱ ἰατροὶ καὶ ναυτικοὶ σημειοῦνται τὰ μέλλοντα. Καὶ τῶν θηρίων οἱ κύνες εὑρίσκουσι τοὺς στίβους. Ἔτι γε μὴν ὁ πάσχων τι, πάντως ἢ ὡς οἰκείου τινός, ἢ ὡς ἀλλοτρίου πάθους ἀντιλαμβάνεται. Πόθεν οὖν ἕξει λέγειν, ὅτι τοῦτο μέν ἐστιν ἡδονή, τοῦτο δὲ πόνος; ἢ ὅτι γενόμενος ἢ δρῶν ἢ ἀκούων πάσχοι τι; καὶ τῇ μὲν γλώσσῃ γευόμενος, τοῖς δ' ὄμμασιν ὁρῶν, τοῖς δ' ὠσὶν ἀκούων

---

luptatem, secundi venti simillimam. Tertiam denique mediam esse conditionem, qua nec doleremus, nec lactaremur, malaciæ et tranquillitati comparandam. Horum ille duntaxat animi motuum sensum aliquem nobis inesse docebat. Sed illis hæc adversantur.

4. Deinceps, inquit, eos videamus, qui solos affectus mente comprehendi posse defendunt. Dixerunt hoc quidam ex iis qui Cyrenaicorum sectam professi sunt. Ii sic tanquam somno oppressi omnino nihil esse existimabant, nisi quis propius accedens ipsos feriret aut foderet. Quippe si urerentur ac secarentur, pati se aliquid, sibi liquere, utrum vero ignis esset illud quod ureret, an ferrum quod secaret, id se incompertum habere affirmabant. Ex hoc hominum genere statim quæramus, num id saltem probe sciant, pati se ac sentire aliquid. Hoc illi si nesciant, ne contendere quidem possint, se solos affectus nosse. Sin autem hoc intelligant, non soli affectus mente comprehendi possint. Nam illud *uror* loquentis est, non patientis. Enimvero simul hæc tria subsistere necesse est, primum mala ipsa, deinde id quod ea affert, denique id quod iis premitur. Porro qui malum sustineat, is utique sentiat oportet. Nec enim profecto calefieri se, si forte calescat, intelliget; idem tamen, ipsene an vicinus calefiat, ignorabit : adeoque nunc an superiore anno, Athenis an in Ægypto, vivusne an mortuus, homone an lapis. Quare simul etiam noverit, a quo patiatur. Etenim homines cum se invicem, tum vias etiam, urbes cibosque norunt. Sua porro artificibus

ἢ πῶς ἴσασιν, ὅτι τοδὶ μὲν αἱρεῖσθαι χρῆν, τοδὶ δὲ φεύγειν; Εἰ δὲ μηδὲν τούτων γνοῖεν, οὐχ ἕξουσιν ὁρμήν, οὐδ' ὄρεξιν· οὕτω δ' οὐδ' ἂν ζῷα εἶεν. Γελοῖοι γάρ εἰσιν, ὁπότε λέγοιεν, ὅτι ταῦτα μὲν αὐτοῖς συμβέβηκεν, οὐ μὴν ἴσασί γε πῶς καὶ τίνα τρόπον. Οὗτοι γὰρ οὐδ' εἰ ἄνθρωποι πεφύκασιν, οὐδ' εἰ ζῶσιν, ἔχοιεν ἂν εἰπεῖν· οὐκοῦν οὐδ' εἰ λέγουσί τι καὶ ἀποφαίνονται. Πρὸς δὴ τοὺς τοιούτους τίς ἂν εἴη λόγος; θαυμάσαι μέν τις ἄν, εἰ ἀγνοοῦσι πότερον ἐπὶ τῆς γῆς εἰσιν, ἢ ἐν τῷ οὐρανῷ· πολλῷ δὲ θαυμασιώτερον, εἰ οὐκ οἴδασι, καὶ ταῦτα φάσκοντες φιλοσοφεῖν, ἆρά γε τὰ τέτταρα πλείονά ἐστιν ἢ τὰ τρία· καὶ τὸ ἓν καὶ τὰ δύο, πόσα ἐστίν. Οὐδὲ γὰρ ὁπόσους ἔχουσιν ἐπὶ τῶν χειρῶν δακτύλους οὗτοί γε δύνανται εἰπεῖν, οὐδὲ πότερον ἕκαστος αὐτῶν εἷς ἐστιν, ἢ πλείους. Ὥστε οὐδὲ τοὔνομα τὸ ἴδιον εἰδέναι ἄν, [a] οὐδὲ τὴν πατρίδα καὶ τὸν Ἀρίστιππον. Οὐκοῦν οὐδὲ τίνας φιλοῦσιν ἢ μισοῦσιν, οὐδὲ τίνων ἐπιθυμοῦσιν· οὐδ' εἰ γελάσαιεν ἢ δακρύσαιεν, ἕξουσιν εἰπεῖν, οὐδ' ὅτι τὸ μὲν εἴη γελοῖον, τὸ δὲ λυπηρόν. Δῆλον οὖν ὡς οὐδὲ τί νυνὶ λέγομεν ἡμεῖς, συνίασιν. Οὐδὲν οὖν οἵ γε τοιοῦτοι διαφέροιεν ἂν ἐμπίδων ἢ μυιῶν, καίτοι κἀκεῖνα γνωρίζει τὰ κατὰ φύσιν. Πρὸς δὴ τοὺς οὕτω διακειμένους, εἰ καὶ μυρία λέγειν ἔνεστιν, ἀλλ' ἀρκεῖ γε καὶ ταῦτα. Ἕπεται τούτοις οὖν, συνεξετάσαι καὶ τοὺς τὴν ἐναντίαν βαδίζοντας, καὶ πάντα χρῆναι πιστεύειν ταῖς τοῦ σώματος αἰσθήσεσιν ὁρισαμένους, ὧν εἶναι Μητρόδωρον τὸν Χῖον καὶ Πρωταγόραν τὸν Ἀβδηρίτην. Τὸν μὲν οὖν Μητρόδωρον Δημοκρίτου ἔφασαν ἀκηκοέναι· ἀρχὰς δὲ ἀποφήνασθαι τὸ πλῆρες καὶ τὸ κενόν· ὧν τὸ μὲν ὄν, τὸ δὲ μὴ ὂν εἶναι. Γράφων γέ τοι περὶ φύσεως εἰσβολῇ ἐχρήσατο τοιαύτῃ· οὐδεὶς ἡμῶν οὐδὲν οἶδεν, οὐδ' αὐτὸ τοῦτο πότερον οἴδαμεν, ἢ οὐκ οἴδαμεν. Ἥτις εἰσβολὴ κακὰς ἔδωκεν ἀφορμὰς τῷ μετὰ ταῦτα γενομένῳ Πύῤῥωνι. Προβὰς δέ φησιν, ὅτι πάντα ἐστίν, ὃ ἄν τις νοήσαι. Τὸν δὲ Πρωταγόραν λόγος ἔχει κεκλῆσθαι ἄθεον. Γράφων γέ τοι καὶ αὐτὸς περὶ θεῶν εἰσβολῇ τοιᾷδε ἐχρήσατο· [b] περὶ μὲν οὖν θεῶν οὐκ οἶδα οὔθ' ὡς εἰσίν, οὔθ' ὁποῖοί τινες ἰδέαν. Πολλὰ γάρ ἐστι τὰ κωλύοντά με ἕκαστον τούτων εἰδέναι. Τοῦτον Ἀθηναῖοι φυγῇ ζημιώσαντες, τὰς βίβλους αὐτοῦ δημοσίᾳ ἐν μέσῃ τῇ ἀγορᾷ κατέκαυσαν. Ἐπεὶ οὖν οἵδε μόναις δεῖν ἔφασαν ταῖς αἰσθήσεσι πιστεύειν, τὰς πρὸς αὐτοὺς ἀντιῤῥήσεις θεασώμεθα.

(Eusebius Præparat. Evang. lib. XIV, cap. 19. πρὸς τοὺς κατ' Ἀρίστιππον φιλοσόφους, μόνα λέγοντας τὰ πάθη εἶναι καταληπτά, τὰ δὲ λοιπὰ ἀκατάληπτα. Ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ. Scripsi : [a] εἰδέναι ἄν] codd. εἰδεῖν ἄν. — [b] περὶ μὲν οὖν θεῶν οὐκ οἶδα οὔθ' ὡς εἰσίν, οὔθ' ὁποῖοί τινες ἰδέαν] cum codd.; idem lib. XIV, cap. 3 ita scribit : ὁ μὲν γὰρ Δημοκρίτου γε

---

nota sunt instrumenta. Quid? quod medici et nautici futura præsentiunt. Imo e bestiis etiam canes tritas vias reperiunt. Quin etiam qui aliquid patitur, is omnino quasi proprium aut tanquam alienum malum sustineat necesse est. Qui ergo dicere poterit, voluptatem unam esse rem, alteram laborem? aut sese gustu aut visu aut auditu aliquid pati? et gustare se lingua, videre oculis, auribus audire? aut qui tandem alterum expetendum, alterum fugiendum esse sciunt? Quorum si nihil ipsi norunt, ne impetum quidem ullum aut appetitum habent, et idcirco ne animantia quidem sunt. Nam risum movent, quum ajunt, ea quidem sibi evenisse, qui tamen vel quemadmodum evenerint, se nescire. Hi enim nec num homines sint, nec num vivant, declarare queant; ideoque nec num aliquid loquantur ac statuant. Cum hoc igitur hominum genere quod commercium habere possimus? Et quidem mirabimur, eos in cœlone an in terra versentur, ignorare : at longe mirabilius est, quum philosophari se profiteantur, eos tamen non intelligere, sintne quatuor plura quam tria : et unum ac duo, quot sint. Nam quot in manibus digitos habeant, aut sitne horum quilibet unus an plures, definire nequeunt. Quamobrem ne nomen quidem ipsi suum noverint, nec patriam, nec Aristippum. Ergo quos vel ament, vel oderint, vel concupiscant : porro rideant an lacrimentur, pronuntiare non queant : ideoque ne dicere quidem, hoc jucundum esse, illud molestum. Liquet igitur ipsos, quid nunc nos dicamus, ne intelligere quidem. Quocirca inter tales homines atque inter culices aut muscas omnino nihil interest, tametsi bestiolæ istæ res naturæ suæ congruentes norunt. Verum hæc e sexcentis quæ urgeri possint, adversus homines sic animatos dicta sufficiant. Sequitur, ut eorum etiam, qui contrariam inierunt viam, atque in omnibus rebus fidem sensibus adjungendam esse censent, sententiam exploremus. Horum e numero sunt Metrodorus Chius et Protagoras Abderites. Et Metrodorus quidem, ut ajunt, Democriti auditor fuit, ac principia duo, plenum et vacuum posuit; e quibus alterum ens, alterum non ens esse affirmabat. Is de natura scripturus tali usus est disputationis prooemio : nemo nostrum quidquam scit, ne hoc ipsum quidem, sciamusne aliquid, an nihil sciamus. Hoc prooemium pessimum locum Pyrrhonis, qui postea vivebat, dubitationi fecit. At idem ulterius progressus, id esse omnia statuit, quod quisque intelligat. Cæterum quod ad Protagoram attinet, atheum illum dictum esse tradunt. Quippe quum et ipse de diis scriberet, sic sermonem orsus est : de diis neque ut sint, neque qualem speciem habeant, scio. Sunt enim multa, quæ me singula horum scire prohibeant. Hujus jam exsilio multati libros Athenienses publice medio in foro combusserunt. Sed quoniam solis isti sensibus credendum esse dixerunt, quibus refellantur argumentis, videamus.

γονὼς ἑταῖρος ὁ Πρωταγόρας ἄθεον ἐκτήσατο δόξαν. Λέγεται γοῦν τοιᾷδε κεχρῆσθαι εἰσβολῇ ἐν τῷ περὶ θεῶν συγγράμματι· περὶ μὲν θεῶν οὐκ οἶδα οὔθ' ὡς εἰσίν, οὔθ' ὡς οὐκ εἰσίν, οὔθ' ὁποῖοί τινες ἰδέαν. Quamobrem hic locus ex altero corrigi poterit. Neque tamen quidquam mutandum esse censui, præsertim quum scriptores alii aliter hæc Protagoræ verba referant, velut Sextus Empiricus adv. Math. IX, 57 ὁ δὲ Πρωταγόρας ῥητῶς που γράψας· περὶ θεῶν οὔτ' εἰ εἰσίν, οὔθ' ὁποῖοί τινές εἰσι, δύναμαι λέγειν· πολλὰ γάρ ἐστι τὰ κωλύοντά με. Theophilus ad Autol. lib. III, cap. 7 καὶ Πρωταγόρας ὁ Ἀβδηρίτης λέγων· εἴτε γὰρ εἰσὶ θεοὶ οὐ δύναμαι περὶ αὐτῶν λέγειν, οὔτε ὁποῖοί εἰσι δηλῶσαι· πολλὰ γάρ ἐστι τὰ κωλύοντά με. Vid. Philos. Græc. Fragm. vol. II, p. 130 sq.)

5. Γεγόνασι δέ τινες, οἱ ἀξιοῦντες τῇ αἰσθήσει καὶ ταῖς φαντασίαις μόναις δεῖν πιστεύειν. Ἔνιοι δέ φασι καὶ τὸν Ὅμηρον αἰνίττεσθαι τὸ τοιοῦτο, πάντων ἀποφαίνοντα τὸν Ὠκεανὸν ἀρχήν, ὡς ἐν ῥύσει τῶν πραγμάτων ὄντων. Καὶ μὴν καὶ Μητρόδωρος ὁ Χῖος τὸ αὐτὸ τοῦτο λέγει. Οὐ μὴν ἀλλ' ἄντικρύς γε Πρωταγόρας ὁ Ἀβδηρίτης. Οὗτος γὰρ ἔφη μέτρον εἶναι πάντων χρημάτων τὸν ἄνθρωπον· τῶν μὲν ὄντων, ὡς ἔστι· τῶν δ' οὐκ ὄντων, ὡς οὐκ ἔστιν. Ὁποῖα γὰρ ἑκάστῳ φαίνεται τὰ πράγματα, τοιαῦτα καὶ εἶναι. Περὶ δὲ τῶν ἄλλων μηδὲν ἡμᾶς δύνασθαι διισχυρίσασθαι. Πρὸς δὲ τούτους εἴποι τις ἄν, ἃ καὶ ὁ Πλάτων ἐν Θεαιτήτῳ· πρῶτον μέν, τί δήποτε τοιούτων γε δὴ τῶν πραγμάτων ὄντων, ἠξίωσαν εἶναι μέτρον τῆς ἀληθείας τὸν ἄνθρωπον, ἀλλ' οὐ συνῆκαν τὸ κεφάλαιον; ἔπειτα δὲ πῶς ἔλεγον εἶναι σοφοὺς ἑαυτούς, εἰ δὴ πᾶς τις αὐτὸς ἑαυτῷ μέτρον ἐστὶ τῆς ἀληθείας; ἢ πῶς ἐλέγχουσι τοὺς ἄλλους, εἴπερ ἑκάστῳ τὸ φαινόμενον ἀληθές ἐστιν; ἀγνοοῦμέν τέ τινα, καίτοι πολλάκις αἰσθανόμενοι, καθάπερ ἐπειδὰν τῶν βαρβάρων ἀκούωμεν; Ὅ γε μὴν θεασάμενος ὁτιοῦν, εἶτα μεμνημένος, οἶδε μέν, αἰσθάνεται δ' οὐκέτι. Καὶ εἰ θατέρῳ μὲν ὀφθαλμῷ μύσαι, θατέρῳ δ' ὁρῴη, δῆλον ὅτι ταὐτὸ εἴσεται καὶ οὐκ εἴσεται. Πρὸς δὲ τούτοις, εἰ τὸ φαινόμενον ἑκάστῳ καὶ ἀληθές ἐστιν, ἡμῖν δὲ οὐ φαίνεται τὰ ὑπ' ἐκείνων λεγόμενα ἀληθῆ, καὶ τὸ μὴ εἶναι πάντων πραγμάτων μέτρον τὸν ἄνθρωπον ἀληθὲς ἂν εἴη. Καὶ μὴν οἵ γε τεχνῖται τῶν ἀτέχνων διαφέρουσι, καὶ οἱ ἔμπειροι τῶν ἀπείρων· καὶ διὰ τοῦτο μᾶλλον προορᾷ τὸ μέλλον ἔσεσθαι κυβερνήτης, καὶ ἰατρός, καὶ στρατηγός. Ἁπλῶς τε ἀναιροῦσιν οὗτοί γε τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον, καὶ τὸ ἐξ ἀνάγκης, καὶ τὸ ἐνδεχόμενον, καὶ τὸ κατὰ φύσιν, καὶ τὸ παρὰ φύσιν. Οὕτω δ' ἂν εἴη ταὐτὸν καὶ ὂν καὶ οὐκ ὄν. Οὐδὲν γὰρ κωλύει ταὐτό, τοῖς μὲν εἶναι φαίνεσθαι, τοῖς δὲ μὴ εἶναι. Καὶ ταὐτὸ ἂν εἴη ἄνθρωπος καὶ ξύλον. Ἔσθ' ὅτε γὰρ φαίνεται ταὐτό, τῷδε μὲν ἄνθρωπος, τῷδε δὲ ξύλον. Ἅπας τε λόγος ἀληθὴς ἂν εἴη· διὰ τοῦτο δὲ καὶ ψευδής. Καὶ οἱ βουλευόμενοι καὶ δικάζοντες οὐκ ἂν ἔχοιεν οὐδὲν ποιεῖν. Καὶ τὸ δεινότατον, ἔσονται οἱ αὐτοὶ σπουδαῖοι καὶ μοχθηροί· καὶ ταὐτὸ κακία καὶ ἀρετή. Πολλὰ δὲ τοιαῦτα καὶ ἄλλα τις ἂν ἔχοι λέγειν. Ἀλλὰ γὰρ οὐδὲν δεῖ πλειόνων λόγων πρὸς τοὺς μὴ οἰομένους ἔχειν νοῦν καὶ λόγον. Εἶθ' ἑξῆς ἐπιλέγει· ἐπεὶ δ' ἔτι νῦν εἰσί τινες, οἱ πᾶσαν αἴσθησιν καὶ πᾶσαν φαντασίαν ἀληθῆ λέγοντες εἶναι, μικρὰ καὶ περὶ τούτων εἴπωμεν. Ἐοίκασι γὰρ οὗτοί γε δεδοικέναι, μήποτε εἰ ψευδεῖς εἴποιεν αἰσθή-

---

5. Fuere, inquit, nonnulli præterea, qui sensibus tantum atque visis fidem adhibendam esse putarent. Nec desunt, qui tale quid ab Homero obscure significatum esse dicant, quum Oceanum rerum omnium principium vocarit, quod res quasi fluminis instar laberentur. Quin etiam Metrodorus Chius hoc ipsum asseverat, sed plene ac diserte Protagoras Abderites. Is enim omnium rerum mensuram hominem esse contendit; earum quidem quæ exstant, ut sint, quæ vero non exstant, ut non sint. Quippe quales cuique res videantur, tales ei esse. De cæteris nihil nos posse affirmare. Quibus merito eadem objicias, quæ a Platone in Theæteto disputantur : Primum, si res ita se habent, quamobrem tandem hominem veritatis mensuram esse voluerunt, sed quod hoc in genere caput est, non viderunt? Deinde, qui se ipsos sapientes vocare potuerunt, si quilibet sibi ipsi veritatis mensura est? aut quorsum alios reprehendunt, si quod cuique apparet, id continuo verum est? et cur nonnulla, etiamsi sæpius ea sensu percipimus, adhuc tamen ignoramus, ut quum barbaros loquentes audimus? Præterea qui ejus rei quam antea spectavit, postea recordatur, novit illam profecto, nec amplius tamen sentit. Jam si ex oculis alterum clauserit, altero aspiciat, idem simul noverit ignoretque necesse est. Ad hæc, si quod cuique videtur, id etiam verum est, nobisque vera non videntur, quæ ab illis dicuntur, verum simul erit hominem rerum omnium non esse mensuram. Jam qui artem exercent vel aliam quamcunque rem tractant, ejus rei imperitos cognitione præcellunt : eamque ob causam gubernator, medicus et imperator, quid futurum sit clarius multo certiusque prospiciunt. Isti vero quidquid in quoque genere aut magis aut minus est, porro rei necessariæ pariter et possibilis, naturalis denique et præter naturam accidentis discrimen omnino tollunt. Ita ens et non ens unum idemque fuerint. Nihil enim obstat, quominus aliis idem, aliis non esse videatur. Ergo idem erunt homo atque lignum : quippe idem alteri nonnunquam homo, alteri lignum videtur. Vera quoque omnis oratio futura est, ideoque falsa etiam omnis futura. Similiter qui aliqua de re aut deliberant aut judicant, nihil quod agant habebunt. Quodque longe gravissimum est,

σεις εἶναί τινας, οὐκ ἂν σχοῖεν τὸ κριτήριον καὶ τὸν κανόνα βέβαιον, οὐδ' ἐχέγγυον. Οὐχ ὁρῶσι δέ, ὡς οὐκ ἂν φθάνοιεν οὕτω γε, καὶ τὰς δόξας ἁπάσας ἀληθεῖς ἀποφαίνοντες· πολλὰ γὰρ δὴ ταύταις πεφύκαμεν κρίνειν, καὶ οὐδὲν ἧττον ἀξιοῦσιν αὐτῶν τὰς μὲν ἀληθεῖς εἶναι, τὰς δὲ ψευδεῖς. Ἔπειτα δὲ σκοπῶν ἴδοι τις ἄν, οὐδὲ τῶν ἄλλων κριτηρίων αἰεὶ καὶ διὰ παντὸς ἀψευδὲς οὐδέν, οἷον λέγω ζυγόν, ἢ τόρνον, ἤ τι τῶν τοιούτων· ἀλλ' ἕκαστον αὐτῶν, ὡδὶ μὲν ἔχον, ὑγιές ἐστιν· ὡδὶ δέ, μοχθηρόν· καὶ τουτονὶ μὲν χρωμένων τὸν τρόπον, ἀληθεύει· τουτονὶ δέ, ψεύδεται. Καὶ μὴν εἴγε πᾶσα αἴσθησις ἀληθὴς ἦν, οὐκ ἔδει τοσοῦτον διαφέρειν αὐτάς. Ἄλλαι γάρ εἰσιν ἐγγύθεν καὶ πόῤῥωθεν, καὶ νοσούντων καὶ ἐῤῥωμένων, καὶ τεχνιτῶν καὶ ἀτέχνων, καὶ φρονίμων καὶ ἀφρόνων. Τὰς δὲ δὴ τῶν μεμηνότων παντάπασιν ἂν εἴη ἄτοπον λέγειν ἀληθεῖς εἶναι, καὶ τὰς τῶν παρορώντων καὶ παρακουόντων. Εὔηθες γὰρ ἂν ἦν τὸ λεγόμενον, ὡς ὁ παρορῶν ἤτοι ὁρᾷ ἢ οὐχ ὁρᾷ. Φαίη γὰρ ἄν τις, ὅτι ὁρᾷ μέν, ἀλλ' οὐκ ὀρθῶς. Ὁπόταν μέντοι φῶσιν, ὡς ἡ μὲν αἴσθησις οὖσα ἄλογος οὐδὲν προστίθησιν, οὐδ' ἀφαιρεῖ, φαίνονται τἀμποδὼν οὐχ ὁρῶντες. Ἐπὶ γὰρ τοῦ ἐρετμοῦ τοῦ ἐν τῷ ὕδατι, κἀπὶ τῶν γραφῶν καὶ μυρίων ἄλλων ἡ αἴσθησίς ἐστιν ἡ ἀπατῶσα. Διὸ καὶ μεμφόμεθα πάντες ἐπὶ τῶν τοιούτων οὐ τὸν νοῦν ἡμῶν, ἀλλὰ τὴν φαντασίαν. Ἐλέγχει γὰρ ὁ λόγος αὐτὸς ἑαυτόν, ἀξιῶν ἅπασαν ἀληθῆ φαντασίαν εἶναι. Τὴν γὰρ ἡμετέραν, δι' ἣν οὐκ οἰόμεθα πᾶσαν εἶναι τοιαύτην, ψευδῆ πάντως ἀποφαίνει. Συμβαίνει τοίνυν αὐτοῖς ἅπασαν φαντασίαν ἀληθῆ καὶ ψευδῆ λέγειν εἶναι. Καθόλου δὲ ἁμαρτάνουσιν, ἀξιοῦντες, ὁποῖα ἂν ἡμῖν φαίνηται τὰ πράγματα, τοιαῦτα καὶ εἶναι. Τοὐναντίον γάρ, ὁποῖα πέφυκε, τοιαῦτα φαίνεται, καὶ οὐχ ἡμεῖς αὐτὰ ποιοῦμεν οὕτως ἔχειν, ἀλλ' ὑπ' ἐκείνων αὐτοὶ διατιθέμεθά πως. Ἐπεὶ καὶ γελοῖον εἴη ἄν, εἰ διανοηθείημεν ἡμεῖς, ὥσπερ οἱ ζωγράφοι καὶ πλάσται σκύλακας ἢ χιμαίρας, ἀξιοῦν εὐθὺς εἶναι ταῦτα, καὶ διὰ τοῦτο φαντάζεσθαι, καθάπερ εὐτρεπῆ παρέσται. Διότι μὲν οὖν οὐκ ὀρθῶς λέγουσιν, οἱ φάσκοντες εἶναι πᾶσαν αἴσθησιν καὶ πᾶσαν φαντασίαν ἀληθῆ, δῆλον ἐκ τούτων. Ἀλλὰ γὰρ καὶ τούτων οὕτως ἐχόντων, αὖθις οἱ περὶ τὸν Ἐπίκουρον ἐκ τῆς Ἀριστίππου διαδοχῆς ὁρμώμενοι, πάντα ἡδονῆς ἐξῆπτον καὶ αἰσθήσεως, μόνα τὰ πάθη καταληπτὰ καὶ τέλος ἀγαθῶν τὴν ἡδονὴν εἶναι ὁριζόμενοι. Λέγεται δὲ ὁ Ἐπίκουρος ὑπὸ μέν τινων μηδενὸς ἀκηκοέναι, ἐντυχεῖν δὲ τοῖς τῶν παλαιῶν συγγράμμασιν, ὑπό τινων δ' ὅτι ἤκουε Ξενοκράτους, ὕστερον δὲ καὶ Ναυσιφά-

---

idem probi simul et improbi erunt : idem vitium ac virtus erit. Cujusmodi pleraque alia proferri possint : sed pluribus adversus istos rationibus uti supervacaneum sit, qui se nec mente nec ratione uti arbitrantur. Hæc ille, qui deinceps superioribus hæcce subjungit : Et quoniam, inquit, nonnulli sunt etiam nunc, qui omnem sensum ac visum omne verum esse affirment; de his etiam pauca dicamus. Vereri enim videntur, ne forte, si sensum aliquem falsum esse dixerint, certam ea de causa nullam ac fide dignam judicandi normam habituri sint : nec interea vident, hoc plane sequi, ut opiniones omnes veras esse defendant, quum in earum plerisque judicium sequi soleamus : et tamen nihilominus veras alias, alias contra falsas esse existimant. Deinde qui talia diligenter considerare volet, is ne inter cæteras quidem regulas, quibus res judicantur, ullam esse comperiet semper et omnino certam, verbi causa jugum, tornum et reliqua id genus. Quodlibet enim horum instrumentorum, dum certo modo se habet, sanum est : dum secus, pravum : eo dum sic uteris, verum est : dum aliter, falsum. Quodsi sensus omnis verus esset, tantum inter eos discriminis esse non deberet. Quippe cominus alii sunt, eminus alii ægrotorum et valentium, peritorum et imperitorum, prudentium et stultorum. Nam furiosorum certe quidem, aut eorum qui perperam aliquid vident audiuntve sensus veros appellare, plane ineptum fuerit. Nempe fatuus esset, qui secus videntem aut videre diceret, aut non videre. Nimirum respondeas, videre illum quidem, sed non recte. Quando autem affirmant, sensum a ratione aversum nihil addere, nihil demere; quæ maxime obvia sunt, ea se non videre palam ostendunt. Namque in remo, quem in aqua cernimus, in picturis aliisque sexcentis sensus ipse nos fallit. Quocirca in hoc rerum genere non mentem, sed visum ipsi nostrum reprehendere consuevimus. Etenim quæ cogitationem omnem veram perhibet, ea se ipsam redarguit oratio. Nostram certe, propter quam non ejusmodi quamlibet esse arbitramur, prorsus falsam esse declarat. Hinc contingit iis, ut omne visum simul verum ac falsum esse defendant. Cæterum quod tales res esse velint, quales nobis videntur, tota via errant : contra enim, quales suapte natura sunt, tales videri solent : neque nos causa sumus, cur ita se habeant, sed ab iis potius quodam modo afficimur. Ridiculum enim fuerit, si nos pictorum fictorumque instar catulos aut capras excogitamus, ea continuo esse arbitrari, ideoque illorum imaginem numeris suis absolutam cogitatione fingere. In errore igitur versari eos, qui omnem sensum et omne visum verum esse contendunt, ex his intelligitur. Quæ quum ita sint, tamen Epicurus ab Aristippi doctrina profectus, ex voluptate sensuque omnia suspensa esse volebat, quod tum ea quæ patimur sola comprehendi posse, tum finem bonorum voluptatem esse statueret. Hunc quidam produnt præceptorem habuisse neminem, sed antiquorum libros legisse; alii primo Xenocratis, post Nau-

νους τοῦ Πύῤῥωνος γενομένου γνωρίμου. Τίνα δὴ οὖν καὶ τὰ πρὸς αὐτὸν ἀντειρημένα τυγχάνει, θεασώμεθα.

(Eusebius Præparat. Evang lib. XIV, cap. 20. πρὸς τοὺς περὶ Μητρόδωρον καὶ Πρωταγόραν μόναις δεῖν πιστεύειν ταῖς αἰσθήσεσι λέγοντας. Ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ.)

6. Ἐπειδή ἐστι γνῶσις διττή, ἡ μὲν τῶν ἔξω πραγμάτων, ἡ δὲ τῶν ἡμῖν αἱρετῶν καὶ φευκτῶν, ἔνιοί φασι τῆς αἱρέσεως καὶ φυγῆς ἀρχὴν καὶ κριτήριον ἔχειν ἡμᾶς, τὴν ἡδονὴν καὶ τὸν πόνον. Ἔτι γέ τοι καὶ νῦν τοιαῦτα λέγουσιν οἱ περὶ τὸν Ἐπίκουρον. Ἀναγκαίως οὖν ἔχει καὶ περὶ τούτου σκέψασθαι. Τοσούτου τοίνυν ἔγωγε δέω λέγειν, ἀρχὴν εἶναι καὶ κανόνα τῶν ἀγαθῶν καὶ τῶν κακῶν τὸ πάθος, ὥστε μοι δοκεῖ τοῦτό γε αὐτὸ κριτηρίου δεῖσθαι. Διότι μὲν γάρ ἐστιν, ἑαυτὸ δείκνυσιν· ὁποῖον δ' ἐστίν, ἑτέρου δεῖ τοῦ κρίνοντος. Εἰ μὲν γὰρ οἰκεῖον ἢ ἀλλότριον, ἡ αἴσθησις λέγει· πότερον δ' αἱρετὸν ἢ φευκτόν, ὁ λόγος. Αὐτοί γέ τοί φασιν οὐ πᾶσαν ἡδονὴν ἀσπάζεσθαι, καὶ πάντα πόνον ἐκτρέπεσθαι. Τοῦτο δὲ συμβέβηκε καὶ μάλα εἰκότως. Τὰ μὲν γὰρ κριτήρια καὶ ἑαυτὰ δείκνυσι, καὶ τὰ κρινόμενα· τὸ μέντοι πάθος, ἑαυτὸ μόνον. Ὅτι δ' οὕτως ἔχει, μαρτυροῦσιν αὐτοί. Καίπερ γὰρ ἀξιοῦντες ἅπασαν ἡδονὴν ἀγαθὸν εἶναι καὶ πᾶσαν ἀλγηδόνα κακόν, ὅμως οὐκ ἀεί φασι δεῖν, τὴν μὲν αἱρεῖσθαι, τὴν δὲ φεύγειν· μετρεῖσθαι γὰρ αὐτὰ τῷ ποσῷ, εἰ καὶ οὐ τῷ ποιῷ. Δῆλον οὖν ὡς τό γε ποσόν, οὐδὲν ἀλλ' ἢ ὁ λόγος κρίνει. Τὸ γάρ, ἄμεινόν ἐστιν ὑπομεῖναι τούσδε τινὰς τοὺς πόνους, ὅπως ἡσθείημεν ἡδονὰς μείζους· καὶ τό, συμφέρει τῶνδε τινῶν ἀπέχεσθαι τῶν ἡδονῶν, ἵνα μὴ ἀλγῶμεν ἀλγηδόνας χαλεπωτέρας, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα, λόγος ὁ κρίνων ἐστίν. Τὸ δ' ὅλον, αἱ μὲν αἰσθήσεις καὶ αἱ φαντασίαι, καθαπερεὶ κάτοπτρα καὶ εἰκόνες ἐοίκασι τῶν πραγμάτων εἶναι· τὰ μέντοι πάθη, καὶ αἱ ἡδοναί, καὶ οἱ πόνοι, τροπαὶ καὶ ἀλλοιώσεις ἡμῶν αὐτῶν. Ταύτῃ δέ, αἰσθανόμενοι μὲν καὶ φαντασιούμενοι, πρὸς τὰ ἔξω βλέπομεν· ἡδόμενοι δὲ καὶ ἀλγοῦντες ἐπιστρέφομεν ἐπὶ μόνους ἑαυτούς. Τὰς μὲν γὰρ αἰσθήσεις ἡμῶν τὰ ἔξω ποιεῖ· καὶ ὁποῖα ἂν ᾖ ἐκεῖνα, τοιαύτας ἀπεργάζεται καὶ τὰς φαντασίας. Τὰ δὲ πάθη [a] ποιά ἄττα γίνεται δι' ἡμᾶς, καὶ ὡς ἂν ἡμεῖς ἔχωμεν. Διὸ ταῦτα [b] ποτὲ μὲν ἡδέα, ποτὲ δ' ἀηδῆ φαίνεται, καὶ ἔσθ' ὅτε μὲν μᾶλλον, ἔσθ' ὅτε δὲ ἧττον. Ὧν οὕτως ἐχόντων εὑρήσομεν, εἰ ἐθέλοιμεν σκοπεῖν, ἄριστα τὰς τῆς γνώσεως ἀρχὰς ὑποτιθεμένους, ὁπόσοι καὶ τὰς αἰσθήσεις καὶ τὸν νοῦν παραλαμβάνουσιν. Ἔοικε δ' ἡ μὲν αἴσθησις ταῖς ἄρκυσι καὶ τοῖς δικτύοις, καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς τοιούτοις θηράτροις· ὁ δὲ νοῦς καὶ ὁ λόγος τοῖς κυσὶ τοῖς στιβεύουσι καὶ μεταθέουσιν. Αὐτῶν μὲν τοιούτων, ἄμεινον φιλοσοφεῖν οἴεσθαι χρή, τοὺς μήτε ταῖς αἰσθήσεσιν, ὡς ἔτυχε, χρωμένους, μήτε τὰ πάθη παραλαμβάνοντας ἐπὶ τὴν

---

siphanis qui Pyrrhonis discipulus fuerat, auditorem fuisse ajunt. Nunc ergo quibus iste quoque rationibus urgeatur, attendamus.

6. Quoniam, inquit ille, duplex cognitionis genus est, alterum rerum externarum, alterum earum quæ expetendæ nobis ac fugiendæ sunt: nonnulli electionis fugæque principium ac normam habere nos voluptatem et laborem arbitrantur. Quod ipsum Epicurei hodieque docent. Quocirca necesse est, nos quoque in hac quæstione versari. Equidem tantum abest, ut bonorum malorumve principium ac regulam commotionem esse dicam, ut illam ipsam altera quadam judicii regula egere existimem. Ipsa enim se esse ostendit; sed qualis sit, qui judicet, alium desiderat. Quippe sitne illa domestica, an aliena, sensus declarat; utrum expetenda, an fugienda, ratio statuit. Sane quidem isti nec omnem se amplecti voluptatem, nec omnem laborem fugere dictitant. Hoc autem etiam optimo jure fieri solet. Judicandi enim instrumenta cum ipsa se ostendunt, tum ea de quibus judicatur, aperiunt: commotio se solam indicat. Ita autem rem se habere, vel isti testificantur. Nam ut omnem voluptatem bonum, dolorem omnem malum esse velint, alteram tamen semper expetendam, fugiendum semper alterum esse negant, rati utrumque, si minus qualitate, at quantitate metiendum esse. Hujus vero quantitatis judicem nihil aliud quam rationem esse constat. Hac enim, quæ ab illis vulgo jactantur, præstare certos quosdam labores subire, ut majores inde voluptates capiamus, et certarum quarundam voluptatum abstinentiam prodesse, ne acrioribus postea doloribus urgeamur, cæteraque id genus omnia rationis unius judicio decernuntur. Omnino sensus et visa quædam quasi rerum specula et imagines videntur: commotiones autem, voluptates et labores nostrum ipsorum conversiones et mutationes. Itaque dum sentimus aliquid aut imaginamur, res externas respicimus; quum lætamur aut dolemus, ad nos ipsos tantum convertimur. Res enim extrinsecus acceptæ sensus nostros movent; et quales fuerint illæ, talia etiam visa nostra efficiunt. At vero certi quidam animorum impetus nostra culpa et affectione impelluntur. Quo fit, ut commotiones modo jucundæ, modo injucundæ, et quidem nunc magis, nunc minus videantur. Quæ quum ita sint, si diligenter rem perpendere velimus, eos optime cognitionis principia statuere reperiemus, qui simul mentis ac sensuum vim assumunt. Et sensus quidem plagis ac retibus cæterisque hujusmodi instrumentis venatoriis; mens autem et ratio canibus vestigatoribus et insequentibus similes sunt. Quo in genere existimandum est eos melius philosophari, qui nec temere sensibus abutantur, nec ad verum dijudicandum perturbationes adhibeant. Enimvero indignum fuerit hominibus, repudiata mente divina rerum disceptatrice,

τἀληθοῦς διάγνωσιν. Ἦ δεινόν γ' ἂν εἴη, [c] πεφυκότας ἀνθρώπους, ἡδοναῖς καὶ πόνοις ἀλόγοις ἐπιτρέπειν ἑαυτούς, ἀφέντας τὸν θειότατον κριτὴν νοῦν. Ταῦτα ἀπὸ τῶν Ἀριστοκλέους.

(Eusebius Præparat. Evang. lib. XIV, cap. 21 πρὸς τοὺς κατ' Ἐπίκουρον ἡδονὴν τέλος ὁριζομένους. Ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ. Scripsi : [a] τὰ δὲ πάθη] e Vigeri conjectura; codd. τοιαῦτα δὲ πάθη. [b] διὸ ταῦτα] cum Vigero; codd. διὰ ταῦτα. — [c] ἢ δεινόν γ' ἂν εἴη] libri ἡ δεινόν γ' ἂν εἴη. —

7. Πῶς γὰρ οἷόν τε, καθάπερ φησὶν Ἐπίκουρος ἐν τῇ περὶ τῶν ἐπιτηδευμάτων ἐπιστολῇ, νέον μὲν ὄντα καταφαγεῖν αὐτὸν τὴν πατρῴαν οὐσίαν, ἔπειτα δὲ ἐπὶ τὸ στρατεύεσθαι συνεῶσθαι; κακῶς δὲ πράττοντα ἐν τούτοις ἐπὶ τὸ φαρμακοπωλεῖν ἐλθεῖν· ἔπειτα ἀναπεπταμένου τοῦ Πλάτωνος περιπάτου πᾶσι, παραλαβεῖν αὐτόν; ἢ πῶς ἄν τις ἀποδέξαιτο Τιμαίου τοῦ Ταυρομενίτου, λέγοντος ἐν ταῖς ἱστορίαις, ἀδόξου θύρας αὐτὸν ἰατρείου καὶ τὰς τυχούσας, ὀψὲ τῆς ἡλικίας, κλεῖσαι; τίς δ' ἂν πεισθείη τοῖς ὑπ' Ἀριστοξένου τοῦ μουσικοῦ λεγομένοις ἐν τῷ βίῳ τοῦ Πλάτωνος; ἐν γὰρ τῇ πλάνῃ καὶ τῇ ἀποδημίᾳ φησὶν ἐπανίστασθαι καὶ ἀντοικοδομεῖν αὐτῷ τινας Περίπατον ξένους ὄντας. Οἴονται οὖν ἔνιοι ταῦτα περὶ Ἀριστοτέλους λέγειν αὐτόν, Ἀριστοξένου διὰ παντὸς εὐφημοῦντος Ἀριστοτέλην. Καταγέλαστα δ' εἰκότως εἶναι φαίη τις ἂν καὶ τὰ ἀπομνημονεύματα τὰ Ἀλεξίνου τοῦ Ἐριστικοῦ. Ποιεῖ γὰρ Ἀλέξανδρον παῖδα διαλεγόμενον τῷ πατρὶ Φιλίππῳ, καὶ διαπτύοντα μὲν τοὺς τοῦ Ἀριστοτέλους λόγους, ἀποδεχόμενον δὲ Νικαγόραν, τὸν Ἑρμῆν ἐπικληθέντα. Καὶ Εὐβουλίδης δὲ προδήλως ἐν τῷ κατ' αὐτοῦ βιβλίῳ ψεύδεται, πρῶτον μὲν ποιήματα ψυχρὰ προφερόμενος, [a] ὡς γεγραφότων ἄλλων περὶ τοῦ γάμου, καὶ τῆς πρὸς Ἑρμείαν οἰκειότητος αὐτῷ γεγονυίας· ἔπειτα Φιλίππῳ φάσκων αὐτὸν προσκόψαι, καὶ τελευτῶντι Πλάτωνι μὴ παραγενέσθαι, τά τε βιβλία αὐτοῦ διαφθεῖραι. Τὴν μὲν γὰρ Δημοχάρους κατηγορίαν κατὰ τῶν φιλοσόφων τί χρὴ λέγειν; οὐ γὰρ Ἀριστοτέλην μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄλλους κακῶς εἴρηκεν. Ἔτι γε μὴν αὐτὰς τὰς διαβολὰς σκοπῶν ἄν τις ληρεῖν αὐτὸν φαίη. Λέγει γὰρ Ἐπιστολὰς Ἀριστοτέλους ἁλῶναι κατὰ τῆς πόλεως τῆς Ἀθηναίων, καὶ Στάγειρα τὴν πατρίδα [b] προδοῦναι Μακεδόσιν αὐτόν. Ἔτι δὲ κατασκαφείσης Ὀλύνθου, μηνύειν, ἐπὶ τοῦ λαφυροπωλείου, Φιλίππῳ τοὺς πλουσιωτάτους τῶν Ὀλυνθίων. Ἠλίθια δὲ διαβέβληκεν αὐτὸν καὶ Κηφισόδωρος, ὁ Ἰσοκράτους μαθητής, τρυφερὸν καὶ τένθην, καὶ ἄλλα τοιαῦτα λέγων αὐτὸν εἶναι. Πάντα δ' ὑπερπαλαίει μωρίᾳ τὰ ὑπὸ Λύκωνος εἰρημένα, τοῦ λέγοντος εἶναι Πυθαγορικὸν ἑαυτόν. Φησὶ γὰρ θύειν Ἀριστοτέλη θυσίαν τετελευτηκυίᾳ τῇ γυναικὶ τοιαύτην, ὁποίαν Ἀθηναῖοι τῇ Δήμητρι, καὶ ἐν ἐλαίῳ θερμῷ λουόμενον, τοῦτο δὴ πιπράσκειν. Ἡνίκα δὲ εἰς Χαλκίδα ἀπῄει, τοὺς τελώνας εὑρεῖν ἐν τῷ πλοίῳ λοπάδια χαλκᾶ πέντε καὶ ἑβδομήκοντα. Καὶ σχεδὸν οἱ μὲν πρῶτοι διαβα-

---

voluptatibus ac laboribus a recta ratione aversis se dedere. Sed hæc hactenus ex Aristocle.

7. Qui tandem fieri potuit, inquit ille, ut quod in epistola de vitæ institutis Epicurus scribit, Aristoteles, juvenis adhuc quum esset, patrimonium profuderit, indeque ad militiam compulsus fuerit? sed postquam inceptum non succedebat, pharmacopolam deinceps egerit, donec tandem, quia Platonis ambulatio omnibus patebat, eam ultro sibi deposceret? Quis porro Timæo Tauromenitano assentiatur, in historiis suis narranti, illum jam affecta ætate neglectas obscuri cujusdam medici officinæ fores claudere consuevisse? Quis autem credat ea quæ ab Aristoxeno musico in Platonis vita dicuntur? Nempe refert quo tempore philosophus iste peregrinaretur et diutius abesset, quem vocant Peripatum, adversus eum peregrinos homines excitasse. Hæc enim verba nonnulli de Aristotele accipiunt, quem tamen semper eximia laude ornat Aristoxenus. Quin etiam ridiculos jure putaveris Alexini Eristici commentarios. Alexandrum enim inducit, quum adhuc puer esset, cum Philippo patre colloquentem, qui Aristotelis quidem doctrinam despueret, sed Nicagoram cognomento Mercurium vehementer probaret. Eubulides autem in libro adversus Aristotelem scripto mendacii manifestus est, primum quod frigida quædam carmina profert, quæ alii de ejus conjugio et cum Hermia consuetudine scripserint : deinde quod eum ait in Philippi offensionem incurrisse, nec adfuisse morienti Platoni ejusque libros depravasse. Nam Democharis quidem adversus philosophos criminationem cur memoremus, qui non solum Aristotelem, sed etiam alios maledictis vexaverit? Quas tamen hominum calumnias qui attendet, istum delirare merito dixerit. Aristotelis enim adversus Atheniensium urbem epistolas deprehensas esse, illumque Stagira suam ipsius patriam Macedonibus prodidisse refert : præterea Olyntho jam eversa, in venditione prædæ ditissimos quosque Olynthiorum Philippo indicasse. Insulsus etiam calumniator Cephisodorus, Isocratis discipulus, est, qui luxuriosum ipsum et helluonem, similibusque nominibus appellavit. At hæc omnia longe dementia superant, quæ a Lycone Pythagoreo, ut se ipse vocat, objecta sunt. Scribit enim Aristotelem idem sacrificii genus, quod Cereri ab Atheniensibus fiebat, mortuæ uxori facere solitum, atque illud ipsum oleum postea vendere, in quo calido jam ante lavisset. Quippe quum Chalcidem peteret, quinque et septuaginta æneas patellas in navi a publicanis repertas esse. Atque hi fere principes Aristotelis calumniatores fuere : quorum nonnulli ejus ætate vivebant, alii paulo post; sophistæ omnes, contentiosi ac

λόντες Ἀριστοτέλην τοσοῦτοι γεγόνασιν. Ὧν οἱ μὲν κατὰ τοὺς αὐτοὺς ἦσαν χρόνους, οἱ δὲ μικρὸν ὕστερον ἐγένοντο. Πάντες δὲ σοφισταί, καὶ ἐριστικοί, καὶ ῥήτορες, ὧν καὶ τὰ ὀνόματα καὶ τὰ βιβλία τέθνηκε τῶν σωμάτων μᾶλλον. Τοὺς μὲν γὰρ μετὰ ταῦτα γεγονότας, ἢ τὰ ὑπ' ἐκείνων εἰρημένα λέγοντας, παντάπασιν ἐᾶν δεῖ χαίρειν, καὶ μάλιστα τοὺς μηδ' ἐντετυχηκότας τοῖς βιβλίοις αὐτῶν, ἀλλ' αὐτοσχεδιάζοντας· ὁποῖοί εἰσι καὶ οἱ λέγοντες τριακοσίας ἔχειν λοπάδας αὐτόν. Οὐδεὶς γὰρ ἂν εὑρεθείη περὶ αὐτοῦ τοιοῦτον οὐδὲν [c] εἰρηκὼς τῶν τότε ὄντων, [d] ὅτι μὴ Λύκων. Οὗτος μέντοι, καθάπερ ἔφην, εἴρηκεν εὑρῆσθαι λοπάδια πέντε καὶ ἑβδομήκοντα. Οὐ μόνον δὲ καὶ ἐκ τῶν χρόνων, καὶ ἐκ τῶν διαβεβληκότων τεκμήραιτό τις ἄν, ὅτι ψευδῆ πάντα τὰ εἰρημένα ἐστί, ἀλλὰ κἀκ τοῦ μὴ πάντας τὰ αὐτὰ διαβάλλειν, ἀλλ' ἕκαστον ἴδιά τινα λέγειν· ὧνπερ εἰ ἦν ἓν ὁτιοῦν ἀληθές, ἐχρῆν δήπου μυριάκις, ἀλλ' οὐχ ἅπαξ αὐτὸν ὑπὸ τῶν τότε ἀπολωλέναι. Φανερὸν οὖν ὅτι καθάπερ πολλοῖς καὶ ἄλλοις, οὕτω καὶ Ἀριστοτέλει συνέβη, διά τε τὰς πρὸς τοὺς βασιλεῖς φιλίας, καὶ διὰ τὴν ἐν τοῖς λόγοις ὑπεροχήν, ὑπὸ τῶν τότε σοφιστῶν φθονεῖσθαι. Δεῖ δὲ τοὺς εὖ φρονοῦντας μὴ εἰς τοὺς διαβάλλοντας ἀποβλέπειν μόνον, ἀλλὰ καὶ εἰς τοὺς ἐπαινοῦντας καὶ ζηλοῦντας αὐτόν. Οὐ μικρῷ γὰρ πλείους καὶ βελτίους εὑρεθεῖεν ἂν οὗτοί γε. Τὰ μὲν οὖν ἄλλα προδήλως πέπλασται. Δύο δὲ ταῦτα δοκεῖ πιστεύεσθαι, δι' ἃ ψέγουσί τινες αὐτόν· ἓν μέν, ὅτι τὴν Ἑρμείου γήμειε φύσει μὲν ἀδελφήν, θετὴν δὲ θυγατέρα Πυθιάδα, κολακεύων αὐτόν. Θεόκριτος γοῦν ὁ Χῖος ἐποίησεν ἐπίγραμμα τοιοῦτον·

Ἑρμίου [e] εὐνούχου τε καὶ Εὐβούλου τόδε δούλου
μνῆμα κενὸν κενόφρων θῆκεν Ἀριστοτέλης·
ὃς διὰ τὴν ἀκρατῆ γαστρὸς φύσιν εἵλετο ναίειν
ἀντ' Ἀκαδημείας Βορβόρου ἐν προχοαῖς.

ἕτερον δέ, ὅτι ἠχαρίστησε Πλάτωνι. Περὶ μὲν οὖν Ἑρμείου καὶ τῆς Ἀριστοτέλους πρὸς αὐτὸν φιλίας ἄλλοι τε πολλοὶ συγγεγράφασι, καὶ δὴ καὶ Ἀπελλίκων, οὗ τοῖς βιβλίοις ὁ ἐντυχὼν πεπαύσεται βλασφημῶν αὐτούς. Περὶ δὲ τοῦ γάμου τοῦ Πυθιάδος ἀποχρώντως αὐτὸς ἐν ταῖς πρὸς Ἀντίπατρον ἐπιστολαῖς ἀπολελόγηται. Τεθνεῶτος γὰρ Ἑρμείου διὰ τὴν πρὸς ἐκεῖνον εὔνοιαν ἔγημεν αὐτήν, ἄλλως μὲν σώφρονα καὶ ἀγαθὴν οὖσαν, ἀτυχοῦσαν μέντοι διὰ τὰς καταλαβούσας συμφορὰς τὸν ἀδελφὸν αὐτῆς. Εἶθ' ἑξῆς φησι· μετὰ δὲ τὴν Πυθιάδος τῆς Ἑρμείου τελευτὴν Ἀριστοτέλης ἔγημεν Ἑρπυλλίδα Σταγειρῖτιν, ἐξ ἧς υἱὸς αὐτῷ Νικόμαχος ἐγένετο. Τοῦτον δέ φασιν ὀρφανὸν τραφέντα παρὰ Θεοφράστῳ, καὶ δὴ μειρακίσκον ὄντα ἀποθανεῖν ἐν πολέμῳ. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐκ τῆς δηλωθείσης Ἀριστοκλέους ἐγκείσθω γραφῆς· ἤδη δὲ καὶ τὴν δογματικὴν Ἀριστοτέλους φιλοσοφίαν θεωρῆσαι καιρός.

---

rhetores, quorum nomina simul atque libri magis etiam interierunt quam corpora. Nam qui postmodum exstiterunt, aut qui jam ab illis objecta refricant, ii vero mittendi prorsus ac negligendi sunt, illi præsertim, qui quum ne superiorum quidem libros attigerint, temere conferre maledicta in alios sustinuerunt : cujusmodi sunt, qui trecentas ejus patellas numerant. Nemo enim æqualium scriptorum qui tale quid de eo dixerit, excepto Lycone, inveniatur. Hic autem, ut supra dixi, patellas tantum quinque et septuaginta repertas esse narrat. Quid? quod non modo ex temporum, aut criminâtorum ipsorum ratione, falsa esse crimina illa colligas, sed etiam ex eo quod non idem ab omnibus, sed a singulis aliquid proprium ac peculiare homini objiciatur : cujusmodi si vel unum aliquid verum esset, sexcenties eum, non semel ab iis qui tum vivebant, interfectum esse oportebat. Liquet igitur, quod aliis multis, idem Aristoteli quoque accidisse, ut propter regum amicitias ac summam eruditionis excellentiam æqualium sophistarum invidia laboraret. At æqui rerum existimatoris fuerit, non solos hominis calumniatores, sed laudatores etiam et æmulos respicere : qui sane haud paulo plures ac meliores reperiantur. Ac cætera quidem commenticia esse apparet : duo modo sunt, a nonnullis in eo reprehendi solita, quæ credi videantur; alterum, quod Pythiadem, Hermiæ natura sororem, adoptione filiam, uxorem duxerit, hominis gratiam eo facto sibi concilians. Nam Theocritus Chius tale fecit epigramma :

Hermiæ eunuchi et famuli Eubuli quoque inanem
hunc tumulum posuit vanus Aristoteles :
quem pro Academia, volvit quâ Borborus undas,
dirus amor ventris jussit habere domum.

Alterum, quod ingratus in Platonem fuerit. Cæterum quod attinet ad Hermiam et Aristotelis cum eo consuetudinem, cum alii hac de re multi scripsere, tum Apellico potissimum, cujus volumina qui legerit, eos calumniari desinet. De matrimonio autem cum Pythiade contracto ipse in epistolis ad Antipatrum datis abunde se purgavit. Quippe Hermia jam vita defuncto pro sua erga illum benevolentia uxorem hanc duxit, honestam sane ac probam alioqui feminam, sed quæ duriore tum fortuna propter adversum fratris sui casum conflictaretur. Hæc Aristocles, quibus ista subjicit. Post Pythiadis Hermiæ filiæ obitum Herpyllidem Aristoteles duxit, patria Stagiritidem, ex qua Nicomachum filium suscepit. Orbum hunc apud Theophrastum educatum esse ajunt, atque adolescentulum in bello periisse. Sed hæc hactenus ex illo, cujus memini, Aristoclis opere. Jam vero tempus est, ipsa philosophiæ Aristoteleæ decreta perpendere.

(Eusebius Præparat. Evang. lib. XV, cap. 2 ἀπὸ τῶν Ἀριστοκλέους τοῦ Περιπατητικοῦ περὶ Ἀριστοτέλους καὶ τῶν περὶ αὐτοῦ ἱστορουμένων. Ἀπὸ τοῦ περὶ φιλοσοφίας ἑβδόμου. Scripsi : [a] προφερόμενος] codd. προσφερόμενος. — [b] Στάγειρα τὴν πατρίδα] cum codd.; alii Στάγειραν τὴν πατρίδα. — [c] οὐδεὶς γὰρ ἂν εὑρεθείη περὶ αὐτοῦ τοιοῦτον οὐδὲν] codd. οὐδεὶς γὰρ ἂν εὑρεθείη περὶ αὐτοῦ τοιοῦτον οὐθέν. — [d] τῶν τότε ὄντων] codd. τῶν τότε ὅτων. — [e] Ἑρμίου] cum Meinekio apud Bergkium Poet. Lyr. p. 529 propter synizesin. Vid. Hermanni Elem. Doct. Metr. p. 52 seqq.; vulgo Ἑρμείου apud Eusebium et Apostolium VI, 38 legitur, quamquam pars membranarum habet Ἑρμοῦ. Sed Diogenes Laertius lib. V, 11 scribit : Ἑρμείου εὐνούχου ἠδ' Εὐβούλου ἅμα δούλου σῆμα κενὸν κενόφρων τεῦξεν Ἀριστοτέλης. Denique Plutarchus de exsilio cap. 10 vol. X, p. 376 ed. Hutten. ait : Ἀριστοτέλην δὲ καὶ λελοιδόρηκε Θεόκριτος ὁ Χῖος, ὅτι τὴν παρὰ Φιλίππῳ καὶ Ἀλεξάνδρῳ δίαιταν ἀγαπήσας, εἵλετο ναίειν ἀντ' Ἀκαδημείας Βορβόρου ἐν προχοαῖς. Ἔστι γὰρ ποταμὸς περὶ Πέλλαν, ὃν Μακεδόνες Βόρβορον καλοῦσι. Notandus verborum lusus. Nam fluvius dicitur Borborus, quod nomen in græco sermone *cœnum* significat. Cæterum Eubulus Hermiæ dominus fuerat, ut tradit Diogenes lib. V, 3 his verbis : ὥς φησι Δημήτριος ὁ Μάγνης ἐν τοῖς περὶ ὁμωνύμων ποιητῶν τε καὶ συγγραφέων, ὃς καὶ δοῦλον Εὐβούλου φησὶ γενέσθαι τὸν Ἑρμείαν, γένει Βιθυνὸν ὄντα καὶ τὸν δεσπότην ἀνελόντα.)

ΕΥΔΗΜΟΥ ΤΟΥ ΡΟΔΙΟΥ

ΤΟΥ ΠΕΡΙΠΑΤΗΤΙΚΟΥ

ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΙΑ (1).

ΦΥΣΙΚΑ.

1. Ὅπερ ἠρεμεῖν καλῶ τῶν ἀκινήτων μόνον. Ἐναντίον γὰρ ἠρεμία κινήσει, ὥστε στέρησις ἂν εἴη τοῦ δεκτικοῦ.

(Aristoteles Physic. V, 2. pag. 226. b. 14 ed. Bekker. Simplicius ad Phys. lib. VI fol. 216 εἴρηται δὲ καὶ πρότερον, ὅτι τὰ μὲν πέντε βιβλία τὰ πρὸ τούτου Φυσικὰ καλοῦσι, τὰ δ' ἐντεῦθεν τρία περὶ κινήσεως. Οὕτω γὰρ καὶ Ἀνδρόνικος ἐν τῷ τρίτῳ βιβλίῳ τῶν Ἀριστοτέλους περὶ κινήσεως διατάττεται μαρτυροῦντος (leg. μαρτυρῶν) περὶ τῶν πρώτων καὶ Θεοφράστου γράψαντος Εὐδήμου (leg. Εὐδήμῳ) περί τινος αὐτῷ (leg. αὐτοῦ) τῶν διημαρτημένων ἀντιγράφων κατὰ τὸ πέμπτον βιβλίον· ὑπὲρ ὧν, φησίν, ἐπέστειλας κελεύων με γράψαι καὶ ἀποστεῖλαι ἐκ τῶν Φυσικῶν· ἤτοι ἐγὼ οὐ ξυνίημι ἢ μικρόν τι παντελῶς ἔχει τοῦ ἀνὰ μέσον τοῦ ὅπερ ἠρεμεῖν καλῶ τῶν ἀκινήτων μόνον· ἐναντίον γὰρ ἠρεμία κινήσει, ὥστε στέρησις ἂν εἴη τοῦ δεκτικοῦ. Ὥστε καὶ τὸ πέμπτον βιβλίον ὁ Θεόφραστος ἐκ τῶν Φυσικῶν νομίζει..... Ὅτι δὲ τὰ τρία ἐστὶ περὶ κινήσεως καὶ τὰ πέντε Φυσικά, μαρτυρεῖ καὶ Δάμασος ὁ τὸν βίον Εὐδήμου γράψας λέγων· καὶ τῶν ἐκ τῆς περὶ φύσεως πραγματείας τῆς Ἀριστοτέλους τῶν περὶ κινήσεως τρία. Spengelius ad Simplicii verba hanc notam apposuit : « Duo codd. Paris. apud Brandisium Mus. Rhen. I, 245 non αὐτῷ (Theophrasto) sed αὐτοῦ (Eudemi) exhibent. Sed mirum est περί τινος... τῶν διημαρτημένων ἀντιγράφων. Num ἐν ἀντιγράφῳ, de loco quodam in codice suo corrupto? Theophrasti verba vix sana sunt. Hoc dicere videtur : aut non intelligo quid velis, aut paulum corrupta leguntur in codice tuo verba, quæ jam laudat Aristotelis Phys. V, 2. Auctor Eudemi vitæ in Aldino libro est Δάμας, Brandisius Δάμασος edidit, Lobeckius Aglaopham. p. 339 Damascium dicit ex Ionsii conjectura. Conf. Fritzsch. in præf. ad Aristot. Ethica Eudem. pag. XXII et Brandis. hist. phil. græc. III, 250. » Mihi locus magna ex parte scribendus videtur ut jam pridem editus est a Brandisio in Scholiis veterum Aristotelis interpretum collectis pag. 404. b.)

2. Ἐπειδὴ τὸ εἰδέναι καὶ τὸ ἐπίστασθαι συμβαίνει περὶ πάσας τὰς μεθόδους ὧν εἰσιν ἀρχαὶ ἢ αἴτια ἢ στοιχεῖα, ἐκ τοῦ ταῦτα γνωρίζειν (τότε γὰρ οἰόμεθα γινώσκειν ἕκαστον, ὅταν τὰ αἴτια γνωρίσωμεν τὰ πρῶτα καὶ τὰς ἀρχὰς τὰς πρώτας καὶ μέχρι τῶν στοιχείων), δῆλον ὅτι καὶ τῆς περὶ φύσεως ἐπιστήμης πειρατέον διωρίσασθαι πρῶτον τὰ περὶ τὰς ἀρχάς.

(Aristoteles Phys. lib. I cap. I, pag. 184. a. 10. ed. Bekker. Simplicius fol. 3. Ὁ μέντοι Εὔδημος ἀρχόμενος τῶν Φυσικῶν ἀνωτέρω τὸν λόγον ἐπήγαγε καὶ δείξας, « ὅτι πρὸς μὲν τὰς πράξεις εὐχρηστότερον εἰδέναι τὰ καθ' ἕκαστα, πρὸς δὲ θεωρίαν τὰ κοινά, κοινότατον, φησί, φαίνεται περὶ τὰς ἐπιστήμας τὸ τῶν ἀρχῶν· ὑπάρχουσι γάρ τινες καθ' ἑκάστην. Τούτων δὲ οὕτως ἐχόντων, ἀναγκαῖον τῷ φυσιολογοῦντι τὰς ἀρχὰς πρῶτον ἐπισκέψασθαι. » Ἔστι δὲ ἄξιον ζητεῖν τί ἀρχὴ καί τί αἴτιον καὶ τί στοιχεῖον. Καὶ γὰρ ὁ μὲν Ἀλέξανδρος διαφέρειν ταῦτα ἀλλήλων φησὶ τῷ ἀρχὴν μὲν λέγεσθαι ἰδίως τὸ ποιητικὸν ὅθεν ἡ ἀρχὴ τῆς κινήσεως, αἴτιον δὲ τὸ οὗ ἕνεκα καὶ τὸ εἶδος· ἐν γὰρ τοῖς φύσει τὸ οὗ ἕνεκα τοῦτο. Στοιχεῖον δὲ τὸ ἐνυπάρχειν ὡς τὴν ὕλην. Ἔοικε δὲ τῷ Εὐδήμῳ κατακολουθεῖν ὁ Ἀλέξανδρος λέγοντι, ὅτι « τοῦ αἰτίου τετραχῶς λεγομένου τὸ μὲν στοιχεῖον κατὰ τὴν ὕλην λέγεται· ἐνυπάρχειν γὰρ δοκεῖ τὰ στοιχεῖα, ὥσπερ ἐν διαλέκτῳ τὰ γράμματα· οὕτω καὶ ὁ χαλκὸς αἴτιος λέγεται τῆς πολυχρονιότητος τῶν ἔργων. Αἴτιον δὲ λέγεται καὶ ὅθεν ἡ κίνησις, φαμὲν δὲ εἶναι ταύτην ἀρ-

EUDEMI RHODII

PERIPATETICI

FRAGMENTA.

PHYSICA.

1. Quod solum immobilium quiescere dico. Est enim motui contraria quies, ita ut sit privatio rei ad se movendam aptæ.

2. Quum circa omnes doctrinas, quarum sunt principia vel causæ vel elementa, ex horum perceptione cognitio fiat atque scientia (tunc enim unamquamque rem scire nos putamus, quum causas primas principiaque prima et usque ad elementa cognoverimus), patet et ea quæ ad physiologiæ principia pertinent, tentandum esse prius determinare.

(1) Cf. Eudemi Rhodii Peripatetici fragmenta, quæ supersunt, collegit Leonardus Spengel. Editio secunda. Berolini apud S. Calvary ejusque socium. MDCCCLXX

χήν, ὅθεν λοιδορίας νεῖκος ἀρχή. Τὴν μὲν οὖν ἀρχὴν καὶ τὸ στοιχεῖον οὕτω λέγουσιν εἶναι αἴτια, τὸ δὲ οὗ ἕνεκα οὐκ ἐπιδέχεται τὸν τοῦ στοιχείου λόγον· οὐ γὰρ ἐνυπάρχει ἐν τῷ αἰτιατῷ, οἷον ἐν τῷ περιπατεῖν ἢ ὑγίεια, οὐδὲ ἀρχὴ τοῦ περιπατεῖν ἡ ὑγίεια φαίνεται, ἀλλὰ μᾶλλον αἰτία. Τὸ δὲ οὗ ἕνεκα καὶ τὸ εἶδος σύνεγγυς φαίνεται, διὸ μάλιστα αἰτίῳ ἔοικε τὸ οὗ ἕνεκεν.» Τοιαῦτα μὲν καὶ τὰ τοῦ Εὐδήμου. — Τούτων δὲ ἡμῖν ἱστορημένων πρὸς μὲν τὸν Ἀλέξανδρον καὶ πρὸ τούτου πρὸς τὸν Εὔδημον ῥητέον, ὅτι τὸ οὗ ἕνεκα τέλος ὂν καὶ ἀρχὴ εἴη ἂν πάντως καὶ κυριωτέρα τοῦ ποιητικοῦ ἀρχή.)

3. Ἀνάγκη δ' ἤτοι μίαν εἶναι τὴν ἀρχὴν ἢ πλείους, καὶ εἰ μίαν, ἤτοι ἀκίνητον, ὥς φησι Παρμενίδης καὶ Μέλισσος, ἢ κινουμένην ὥσπερ οἱ φυσικοί, οἱ μὲν ἀέρα φάσκοντες εἶναι, οἱ δ' ὕδωρ τὴν πρώτην ἀρχήν· εἰ δὲ πλείους, ἢ πεπερασμένας ἢ ἀπείρους, καὶ εἰ πεπερασμένας πλείους δὲ μιᾶς, ἢ δύο ἢ τρεῖς ἢ τέτταρας ἢ ἄλλον τινὰ ἀριθμόν, καὶ εἰ ἀπείρους, ἢ οὕτως ὥσπερ Δημόκριτος, τὸ γένος ἕν, σχήματι δὲ ἢ εἴδει διαφερούσας, ἢ καὶ ἐναντίας.

75. Τοῦτο δὲ διχῶς· ἢ γὰρ οὐ δι' αὐτὸ τὸ κινοῦν, ἀλλὰ δι' ἕτερον, ὃ κινεῖ τὸ κινοῦν, ἢ δι' αὐτό, καὶ τοῦτο ἢ πρῶτον μετὰ τὸ ἔσχατον ἢ διὰ πλειόνων, οἷον ἡ βακτηρία κινεῖ τὸν λίθον καὶ κινεῖται ὑπὸ τῆς χειρὸς κινουμένης ὑπὸ τοῦ ἀνθρώπου, οὗτος δ' οὐκέτι τῷ ὑπ' ἄλλου κινεῖσθαι. Ἄμφω δὴ κινεῖν φαμεν, καὶ τὸ τελευ-

---

73. Itaque apparet, fieri non posse, ut similiter cuncta quiescant atque omnia perpetuo moveantur, eo quod alia quidem semper moventur, alia vero semper quiescunt. Restat igitur, ut consideremus, utrum universa talia sint, ut moveantur et quiescant, an quædam hujusmodi sint, alia vero semper quiescant, alia denique semper moveantur. Hoc enim nobis demonstrandum erit.

74. Si igitur omnia quæ motu agitantur, aut natura moventur aut præter naturam et violenter, quæque per vim et præter naturam omnia a quodam et ab alio; illorum autem, quæ natura rursus moventur, tum ea quæ interiore et suo motu cientur, tum ea quæ non sua vi aguntur, ut levia et gravia (aut enim ab eo quod generavit et fecit leve aut grave, aut ab eo quod impedientia et prohibentia solvit) omnia utique quæ in motu sunt ab aliquo moventur.

75. Id autem quod movet, est duplex. Aut enim non per se ipsum movet, sed per aliud, quod quidem id

ταῖον καὶ τὸ πρῶτον τῶν κινούντων, ἀλλὰ μᾶλλον τὸ πρῶτον· ἐκεῖνο γὰρ κινεῖ τὸ τελευταῖον, ἀλλ᾽ οὐ τοῦτο τὸ πρῶτον, καὶ ἄνευ μὲν τοῦ πρώτου τὸ τελευταῖον οὐ κινήσει, ἐκεῖνο δ᾽ ἄνευ τούτου, οἷον ἡ βακτηρία οὐ κινήσει μὴ κινοῦντος τοῦ ἀνθρώπου.

(Aristoteles Phys. lib. VIII cap. 5 p. 256. a. 4 ed. Bekker. Simplicius fol. 283 (cf. Scholl. in Aristot. p. 433. a. ed. Brandis.) δείξας, ὅτι πᾶν τὸ κινούμενον ὑπό τινος κινεῖται, ἐφεξῆς ἀκολούθως ἀναζητεῖ, πότερον ὑπὸ κινουμένου κινεῖται τὸ κινούμενον ἢ ὑπὸ ἀκινήτου. Διὰ δὲ τὸ πᾶσι σχεδόν, ὥς φησιν Εὔδημος, δοκεῖν τὸ κινοῦν κινεῖσθαι καὶ αὐτό, τῶν δὲ κινούντων ἅμα καὶ κινουμένων τὸ μὲν αὐτοκίνητόν ἐστι, τὸ δὲ ὑπ᾽ ἄλλου ἔξωθεν κινεῖται, δύο ὄντων τῶν ἀρχικῶν τῆς κινήσεως, τοῦ τε ἀκινήτου καὶ τοῦ αὐτοκινήτου, τὸ αὐτοκίνητον πρῶτον παραδίδωσι, καὶ δείκνυσιν, ὅτι ἔστι πρῶτόν τι ἐν τοῖς κινοῦσί τε καὶ κινουμένοις, ὃ κινεῖ μὴ ὑπ᾽ ἄλλου ἔξωθεν κινούμενον.)

76. Εἰ δὴ ἀνάγκη πᾶν τὸ κινούμενον ὑπό τινός τε κινεῖσθαι, καὶ ἢ ὑπὸ κινουμένου ὑπ᾽ ἄλλου ἢ μή, καὶ εἰ μὲν ὑπό τινος ὑπ᾽ ἄλλου κινουμένου, ἀνάγκη τι εἶναι κινοῦν ὃ οὐχ ὑπ᾽ ἄλλου πρῶτον, εἰ δὲ τοιοῦτο τὸ πρῶτον, οὐκ ἀνάγκη θάτερον (ἀδύνατον γὰρ εἰς ἄπειρον ἰέναι τὸ κινοῦν καὶ τὸ κινούμενον ὑπ᾽ ἄλλου αὐτό· τῶν γὰρ ἀπείρων οὐκ ἔστιν οὐδὲν πρῶτον) — εἰ οὖν ἅπαν μὲν τὸ κινούμενον ὑπό τινος κινεῖται, τὸ δὲ πρῶτον κινοῦν κινεῖται μέν, οὐχ ὑπ᾽ ἄλλου δέ, ἀνάγκη αὐτὸ ὑφ᾽ αὑτοῦ κινεῖσθαι.

(Aristoteles Phys. lib. VIII cap. 5 p. 256. a. 13 ed. Bekker. Edidi καὶ εἰ μὲν ὑπό τινος ὑπ᾽ ἄλλου κινουμένου pro vulgata lectione καὶ εἰ μὲν ὑπ᾽ ἄλλου κινουμένου. Simplicius fol. 283 b. συνάγει λοιπὸν τὰ δεδειγμένα. Δέδεικται δὲ ὅτι πᾶν τὸ κινούμενον ὑπό τινος κινεῖται, καὶ προσετέθη ὅτι τὸ ὑπό τινος κινούμενον ὑπὸ πρώτου κινοῦντος κινεῖται, ᾧ προσελήφθη ὅτι τὸ πρῶτον κινοῦν κινεῖται μέν, οὐχ ὑπ᾽ ἄλλου δέ· οὐδὲ γὰρ ἂν ἔτι πρῶτον ἦν καὶ εἰς ἄπειρον ἀνάγκη προϊέναι τὰ κινοῦντα καὶ κινούμενα, καὶ οὕτως ἀνῃρεῖτο ἡ κίνησις, ὥστε πᾶν τὸ κινούμενον ὑπὸ πρώτου κινεῖται τοῦ αὐτοκινήτου. Καὶ γὰρ ἀναιρουμένου τούτου ἀναιρεῖται καὶ τὰ μὴ οὕτω κινοῦντα, ἐκείνων δὲ ἀναιρουμένων τοῦτο οὐ συναιρεῖται. Ὅλως δὲ τὸ ὑπ᾽ ἄλλου κινούμενον ὕστερόν ἐστι τοῦ κινοῦντος κινουμένου καὶ αὐτοῦ, πρῶτον ἄρα τοῦτο. Ἔτι δὲ τὸ κινοῦν τῷ κινουμένῳ αἴτιόν ἐστι τοῦ κινεῖσθαι· τὸ δὲ αἰτιατὸν ὕστερον τοῦ αἰτίου, πρῶτον ἄρα κινεῖ κινούμενον τὸ αὐτὸ κινοῦν. Προστίθησι δὲ ὁ Εὔδημος, ὅτι καὶ τῶν ἐνταῦθα κινήσεων αἱ ζωτικαὶ φαίνονται κινήσεις αἴτιαι, καὶ ἡ οὐρανία τῆς τῶν στοιχείων δηλονότι μεταβολῆς. Δοκεῖ δὲ καὶ αὕτη ζωτική πως· οὐ γὰρ ὑπ᾽ ἄλλου κινεῖται ὁ οὐρανός, ἀλλ᾽ ὑφ᾽ ἑαυτοῦ.)

77. Ἔτι δὲ καὶ ὧδε τὸν αὐτὸν τοῦτον λόγον ἔστιν ἐπελθεῖν. Πᾶν γὰρ τὸ κινοῦν τί τε κινεῖ καὶ τινί. Ἢ γὰρ αὑτῷ κινεῖ τὸ κινοῦν ἢ ἄλλῳ, οἷον ἄνθρωπος ἢ αὐτὸς ἢ τῇ βακτηρίᾳ, καὶ ὁ ἄνεμος κατέβαλεν ἢ αὐτὸς ἢ ὁ λίθος ὃν ἔωσεν. Ἀδύνατον δὲ κινεῖν ἄνευ τοῦ αὐτὸ αὑτῷ κινοῦντος τὸ ᾧ κινεῖ· ἀλλ᾽ εἰ μὲν αὐτὸ αὑτῷ κινεῖ, οὐκ ἀνάγκη ἄλλο εἶναι ᾧ κινεῖ, ἂν δὲ ᾖ ἕτερον τὸ ᾧ κινεῖ, ἔστι τι ὃ κινήσει οὐ τινί, ἀλλ᾽ αὑτῷ, ἢ εἰς ἄπειρον εἶσιν. Εἰ οὖν κινούμενόν τι κινεῖ,

motu ciet quod movet aut per se movet. Et hoc aut primum post ultimum aut per plura media movet, ut baculus movet lapidem et movetur a manu, quæ quidem ab homine motu agitatur. Hic autem non amplius ex eo movet, quod ab alio ipse motu cietur. Utrumque igitur movere dicimus, et ultimum moventium et primum : sed magis primum. Illud enim ultimum movet, sed ultimum primum non movet; et sine primo quidem ultimum non movebit, sed sine hoc primum movere potest; verbi causa baculus, nisi homo movet, non movebit.

76. Si ergo omne quod movetur, ab aliquo moveri necesse est, et aut ab eo quod movetur ab alio, aut ab eo quod non movetur ab alio, et si movetur ab eo quod alieno pulsu agitatur, movens aliquid esse primum quod non ab alio moveatur, necesse est : sin autem tale est primum, non necesse est alterum esse (fieri enim non potest, ut in infinitum peregrinetur id quod movet atque movetur ab alio, quippe quum infinitorum nihil sit primum) si igitur omne quidem quod movetur, alieno pulsu agitatur, id vero quod primum movet, movetur quidem, sed non ab alio, ipsum profecto primum suo motu cieatur et agatur necesse est.

77. Præterea sic etiam eandem hanc rationem explicare licet. Omne enim quod movet, et aliquid et aliquo movet. Quippe aut per se aut alio movet motus principium, ut homo aut ipse aut baculo movet, et aut ipse ventus dejecit, aut lapis quem pepulit ventus. Fieri vero non potest, ut id quo motus alicui rei affertur, moveat sine eo quod movet sua sponte. Sed si illud per se movet, non necesse est aliud esse, quo moveat; si vero aliud sit id quo moveat, est aliquid, quod quidem non aliquo, sed per se movebit, aut in infinitum abibit. Si igitur aliquid, quod movetur, movet, necesse est illud stare, et non in infinitum pergere. Nam si baculus movet, quia manu movetur, manus ipsa baculo motum affert. Quodsi manum etiam aliud quidpiam moveat, et illud itidem manum movet. Quum igitur id quod motum affert, aliud semper aliquo movet, tum id sit prius quod per se movet necesse est. Quodsi hoc movetur quidem, sed alieno pulsu non agitatur, necesse est ipsum profecto suo motu cieri et agi. Quamobrem hac etiam ratione aut ab eo statim quod se ipsum commovet, id quod movetur, motu cietur, aut ad tale quid aliquando pervenit.

ἀνάγκη στῆναι καὶ μὴ εἰς ἄπειρον ἰέναι· εἰ γὰρ ἡ βακτηρία κινεῖ τῷ κινεῖσθαι ὑπὸ τῆς χειρός, ἡ χεὶρ κινεῖ τὴν βακτηρίαν· εἰ δὲ καὶ ταύτην ἄλλο κινεῖ, καὶ ταύτην ἕτερόν τι τὸ κινοῦν. Ὅταν δή τινι κινῇ ἀεὶ ἕτερον, ἀνάγκη εἶναι πρότερον τὸ αὐτὸ αὑτῷ κινοῦν. Εἰ οὖν κινεῖται μὲν τοῦτο, μὴ ἄλλο δὲ τὸ κινοῦν αὐτό, ἀνάγκη αὐτὸ αὑτὸ κινεῖν· ὥστε καὶ κατὰ τοῦτον τὸν λόγον ἤτοι εὐθὺς τὸ κινούμενον ὑπὸ τοῦ αὐτὸ κινοῦντος κινεῖται ἢ ἔρχεταί ποτε εἰς τὸ τοιοῦτον.

(Aristoteles Phys. lib. VIII cap. 5 p. 256. a. 21 ed. Bekker. Simplicius fol. 284. b. ὅτι μὲν ὁ αὐτός ἐστι λόγος οὗτος τῷ πρὸ αὐτοῦ καὶ αὐτὸς λέγει· διαφέρει δέ, φησὶν ὁ Ἀλέξανδρος, τῇ ἐφόδῳ, ὅτι ἐκεῖ μὲν ἡ ἀρχὴ τῆς δείξεως ἀπὸ τοῦ τὸ κινούμενον ἢ ὑπὸ αὑτῷ κινοῦντος κινεῖσθαι ἢ οὐχ αὑτῷ, ἀλλ᾽ ὑπ᾽ ἄλλου· ἐνταῦθα δὲ ἀπὸ τοῦ κινοῦντος ἡ δεῖξις αὐτῷ πρόεισι. Λαμβάνει γὰρ πᾶν τὸ κινοῦν ὥσπερ τι κινεῖ· ἀδύνατον γάρ τι κινεῖν μέν, μηδὲν δὲ κινεῖν, οὕτω καί τινι κινεῖν. Μήποτε δὲ οὐ ταύτῃ διενηνόχασιν οἱ λόγοι· καὶ γὰρ καὶ ὁ ἤδη ῥηθεὶς ἀπὸ τοῦ κινοῦντος ἐπεχειρήθη λέγων· ἢ γὰρ οὐ δι᾽ ἑαυτὸ τὸ κινοῦν, ἀλλὰ δι᾽ ἕτερον ὃ κινεῖ τὸ κινοῦν, ἢ δι᾽ ἑαυτό· ἀλλ᾽ ᾗ διαφέρει τὸ δι᾽ ἑαυτὸ κινεῖν τοῦ ἑαυτῷ κινεῖν, καὶ τὸ δι᾽ ἕτερον τοῦ ἄλλῳ, ταύτῃ διενηνόχασιν οἱ λόγοι· διαφέρει δὲ ταῦτα τῷ τὸ μὲν δι᾽ ἑαυτὸ κινοῦν ὡς ἐν αὑτῷ τὴν ἀρχὴν τῆς κινήσεως ἔχον κινεῖν, τὸ δὲ αὑτῷ κινοῦν ὡς προσεχῶς ἐφαπτόμενον τοῦ κινουμένου τὸ τὴν ἀρχὴν τῆς κινήσεως ἐν αὑτῷ ἔχον. Τοῦτο γὰρ σημαίνει τὸ ῥηθὲν ὑπ᾽ αὐτοῦ· οἷον ἄνθρωπος ἢ αὐτὸς ἢ τῇ βακτηρίᾳ, καὶ ὁ ἄνεμος κατέβαλεν ἢ αὐτὸς ἢ ὁ λίθος ὃν ἔωσεν. Ὥσπερ οὖν πρότερον τὸ δι᾽ ἕτερον κινοῦν ἀνήγαγεν εἰς τὸ δι᾽ ἑαυτὸ κινοῦν καὶ ἔδειξεν, ὅτι ἐὰν ᾖ τὸ δι᾽ ἕτερον κινοῦν, ἀνάγκη τὸ δι᾽ ἑαυτὸ κινοῦν προϋπάρχειν, οὕτω τὸ ᾧ κινεῖ τὸ κινοῦν μέσον ὂν τοῦ τε πρώτου κινοῦντος καὶ τοῦ ἐσχάτου κινουμένου ἀνάγει εἰς τὸ αὑτῷ κινοῦν, καὶ δείκνυσιν ὅτι ὅταν τινὶ κινῇ ἀεὶ ἕτερον, ἀνάγκη εἶναι πρότερον τὸ αὐτὸ ἑαυτῷ κινοῦν, ὃ καὶ τὴν ἀρχὴν ἐν ἑαυτῷ τῆς κινήσεως ἔχει καὶ προσεχές ἐστι τῷ κινουμένῳ καὶ οὐ δι᾽ ἄλλου αὐτὸ κινεῖ. Τοὺς μὲν οὖν λόγους οὕτως, οἶμαι, χρὴ διακρίνειν τοῦ Εὐδήμου καὶ συνάψαντος αὐτοὺς ἐν οἷς φησι « τὸ δὴ κινοῦν ἢ δι᾽ αὑτὸ κινεῖ ἢ δι᾽ ἄλλο, καὶ ἑαυτῷ ἢ ἄλλῳ. » Aristoteles postquam omnia, quæ moventur, ab aliquo agitari (ὑπό τινος κινεῖσθαι) docuit, motus principium ab eo ducit quod se ipsum commoveat sive quod suo motu cieatur et agatur (ὑφ᾽ αὐτοῦ κινούμενον). Quippe in rebus cunctis, quæ alieno pulsu agitentur (ἐν τοῖς ὑπ᾽ ἄλλου κινουμένοις) ait requiri aliquod movendi principium, quod sua sponte, non aliena vi extrinsecus excitetur (ἀνάγκη τι εἶναι κινοῦν ὃ οὐχ ὑπ᾽ ἄλλου πρῶτον), neque media in infinitum (εἰς ἄπειρον) progredi, quia infinitorum nullum sit initium (τῶν ἀπείρων πρῶτον). Quamobrem movendi fons (πρῶτον κινοῦν) agitatur quidem, sed non aliunde (ὑπ᾽ ἄλλου), verum a se (ὑφ᾽ αὐτοῦ). Idem præceptum et alibi philosophus aliis verbis, non alia ratione dat. Itaque non est quod cum Alexandro et Simplicio verborum discrimen fingamus, quod ipse Aristoteles haudquaquam fecit. Namque ut eandem notionem habent ὑφ᾽ αὑτοῦ, δι᾽ αὑτό et αὑτῷ κινεῖσθαι : ita eandem vim habere ὑπ᾽ ἄλλου, δι᾽ ἕτερον et ἄλλῳ κινεῖσθαι apertum est. Accedit quod Stagirites in eadem comprehensione variat dictionem p. 257. b. 18 διχῶς γὰρ ἦν κινεῖν, τὸ μὲν ὑπ᾽ ἄλλου κινούμενον αὐτό, τὸ δ᾽ αὑτῷ. Non audiendus igitur Eudemus, qui hoc et sequenti loco tum δι᾽ αὑτό et ἑαυτῷ, tum δι᾽ ἄλλο et ἄλλῳ distinguit, quæ non in rerum, sed in sola verborum varietate versantur.)

78. Ἀδύνατον δὴ τὸ αὐτὸ αὑτὸ κινοῦν πάντῃ κινεῖν αὐτὸ ἑαυτό· φέροιτο γὰρ ἂν ὅλον καὶ φέροι τὴν αὐτὴν φοράν, ἓν ὂν καὶ ἄτομον τῷ εἴδει, καὶ ἀλλοιοῖτο καὶ ἀλλοιοῖ, ὥστε διδάσκοι ἂν καὶ διδάσκοιτο ἅμα, καὶ ὑγιάζοι καὶ ὑγιάζοιτο τὴν αὐτὴν ὑγίειαν.

(Aristoteles Phys. lib. VIII cap. 5 p. 257. b. 2 ed. Bekker. Simplicius fol. 286. b. (cf. Scholl. in Aristot. p. 435, a. ed. Brandis.) ὁ μὲν οὖν Εὔδημος προϊστορήσας τὸ αὐτὸ κινοῦν ὡς ὑπὸ Πλάτωνος διεδόθη, διαιρεῖ πρῶτον τοὺς τρόπους, καθ᾽ οὓς ἐνδέχεταί τι αὐτοκίνητον λέγεσθαι γράφων οὕτως· « ἤτοι γὰρ ὅλον ὅλον κινεῖ, ἢ μέρος ὅλον, ἢ ἀνάπαλιν, ἢ μέρος μέρος. Κινεῖν δὲ λέγομεν πρώτως τὸ αὑτῷ κινεῖν οὐ τὸ ἑτέρῳ, καὶ τὸ δι᾽ αὑτὸ καὶ οὐ δι᾽ ἄλλο. » Καὶ οὕτω τοὺς τρεῖς τρόπους καθ᾽ ἕκαστον ἀνελὼν μόνον δείκνυσιν αὐτοκίνητον δυνάμενον εἶναι τὸ μέρει μὲν κινοῦν, μέρει δὲ κινούμενον, καὶ τούτου τὸ ἔχον ἐν αὑτῷ τὸ μέν τι κινοῦν, ἀκίνητον ὂν καθ᾽ αὑτό, τὸ δὲ κινούμενον. Ὁ δὲ Ἀριστοτέλης οὐ προέλαβε μὲν τὴν διαίρεσιν ταύτην, προελθὼν δὲ τίθησιν αὐτὴν συντόμως ὅταν λέγῃ « τὸ γὰρ ὅλον εἰ κινεῖται αὐτὸ ὑφ᾽ ἑαυτοῦ, ἤτοι ὑπὸ τῶν αὐτοῦ τινος κινήσεται ἢ ὅλον ὑπὸ ὅλου. » Νῦν δὲ εὐθὺς ἕνα ἕκαστον προχειριζόμενος τῶν τρόπων τὰ ἑπόμενα ἄτοπα δείκνυσι καὶ πρῶτον τὸ τὸ ὅλον ὑφ᾽ ὅλου ἑαυτοῦ κινεῖσθαι διὰ παραδειγμάτων ἀπεμφαῖνον δείξας, ἐφεξῆς ὅτι ἀδύνατόν ἐστιν ἐπιδείκνυσι, τὰ δὲ παραδείγματα· φέροι γὰρ ἄν, φησίν, ὅλον καὶ φέροιτο τὴν αὐτὴν φοράν, ἓν ὂν καὶ ἄτομον τῷ εἴδει, ἢ ἀλλοιοῖτο καὶ ἀλλοιοῖ, ὥστε διδάσκοι ἂν

---

78. Fieri igitur nequit, ut id quod motu suo cietur, se totum penitus moveat. Unum enim et individuum specie feretur totum eademque latione feret, et variabitur et variabit; quamobrem simul docebit ac docebitur, eademque sanitate tum sanabit tum sanabitur.

καὶ μανθάνοι ἅμα καὶ ὑγιάζοι καὶ ὑγιάζοιτο τὴν αὐτὴν ὑγίειαν, ἅπερ ὁ Εὔδημος διὰ τῶν αὐτῶν ὀνομάτων σαφέστερα πεποίηκεν γράφων οὕτως· « ἆρ' οὖν ἐνδέχεται φέρειν ὅλον ὅλον εἰπεῖν ἐπὶ τοῦ ὤμου καὶ ἅμα τὸ αὐτὸ καὶ ἓν ἐπὶ τοῦ ὤμου φέρεσθαι, καὶ εἶναι καὶ ἐπὶ τοῦ ὤμου φέρειν καὶ ἔχειν; ἢ τοῦτο μὲν οὐχ οἷόν τε, θερμαίνεσθαι δὲ ὅλον ὑφ' ὅλου; καὶ πῶς; τὸ μὲν γὰρ θερμαῖνον θερμαίνει, θερμὸν δηλονότι ὄν, τὸ δὲ θερμαινόμενον εἰς τὸ θερμὸν μεταβάλλει· εἰς ὃ δὲ μεταβάλλει, οὔπω ἐστὶν ἐκεῖνο, ἅμα δὲ εἶναι τὸ αὐτὸ θερμόν τε καὶ μὴ θερμὸν ἀδύνατον. » Cf. Themistius fol. 60, b. qui inde a verbis πρῶτον δὲ ἁπάντων διαιρετέον ipsum fortasse sequitur Eudemum. Platonis et Aristotelis de eo quod se ipsum commovet sententias inter se comparatas vide apud Simplicium fol. 290.)

79. Ὅτι δ' οὐκ ἔστιν αὐτὸ αὑτὸ κινεῖν οὕτως, ὥστε ἑκάτερον ὑφ' ἑκατέρου κινεῖσθαι, ἐκ τῶνδε φανερόν. Οὔτε γὰρ ἔσται πρῶτον κινοῦν οὐδέν, εἴ γε ἑκάτερον κινήσει ἑκάτερον· τὸ γὰρ πρότερον αἰτιώτερον τοῦ κινεῖσθαι τοῦ ἐχομένου καὶ κινήσει μᾶλλον. Διχῶς γὰρ ἦν κινεῖν, τὸ μὲν τὸ ὑπ' ἄλλου κινούμενον αὐτό, τὸ δ' αὑτῷ· ἐγγύτερον δὲ τὸ πορρώτερον τοῦ κινουμένου τῆς ἀρχῆς ἢ τὸ μεταξύ.

(Aristoteles Phys. lib. VIII cap. 5, p. 257 b. 13 ed. Bekker. Simplicius fol. 287. b. συμπερανάμενος [ὅτι εἰ] ἔστι τι αὐτοκίνητον, ἀνάγκη τὸ μέν τι αὐτοῦ κινεῖν, τὸ δὲ κινεῖσθαι, δέδωκε πάλιν ἡμῖν καὶ τούτου τὴν διαίρεσιν ἐννοεῖν· εἰ γὰρ τὸ μέν τι κινεῖ τὸ δὲ κινεῖται, ἢ μέρος μὲν κινεῖ, τὸ δὲ ὅλον κινεῖται, ἢ τὸ μὲν ὅλον κινεῖ, μέρος δὲ κινεῖται. Διαιρεῖ δὲ καὶ τοῦτο ὁ Εὔδημος οὕτως· « τὸ γὰρ κινοῦν, φησί, μέρος ἢ ἀκίνητον ὂν κινήσει ἢ κινούμενον. Ἀλλ' εἰ μὲν ἀκίνητον, δέδεικται ὃ βουλόμεθα, ὅτι τὸ αὐτοκίνητον σύγκειται ἐκ κινουμένου καὶ ἀκινήτου τοῦ κινοῦντος· εἰ δὲ τὸ κινοῦν μέρος κινούμενον καὶ αὐτὸ κινεῖ, ἐπειδὴ πᾶν τὸ κινούμενον ὑπό τινος κινεῖται, καὶ τοῦτο ὑπό τινος κινηθήσεται. Οὐκοῦν ἔξωθεν μὲν οὐχ οἷόν τε εἶναι τὸ κινοῦν αὐτό· οὐ γὰρ ἂν ἔτι ὑφ' ἑαυτοῦ λέγοιτο κινεῖσθαι τὸ ὅλον, ἀλλ' ὑπ' ἄλλου τοῦ τὸ κινοῦν αὐτὸ μέρος κινοῦντος. Ὑπό τινος ἄρα τῶν ἐν τῷ αὐτοκινήτῳ κινήσεται. Ἢ οὖν ὑπό τινος τῶν ἑαυτοῦ μορίων κινήσεται τὸ κινοῦν μέρος, ἢ ὑπὸ τοῦ κινουμένου. Καὶ τοῦτο πάλιν τὸ κινοῦν ἢ ἀκίνητον ὂν κινεῖ καὶ ἔσται τὸ πρώτως κινοῦν ἀκίνητον, ἢ κινούμενον, καὶ πάλιν ἢ ὑπὸ μέρους ἑαυτοῦ, ἢ ὑπὸ τοῦ κινουμένου· ἀνταναιροῦντες δέ, φησὶν ὁ Εὔδημος, οὕτως ἥξομέν ποτε εἰς τὰ πρώτως κινοῦντα· ταῦτα δὲ ἦν ἃ μή τινι ἐκίνει, ἀλλ' ὅλα ὅλοις· οὐ γὰρ ἐνδέχεται τὴν ἀνταναίρεσιν ἄπειρον εἶναι· οὐ γὰρ ἂν κινοῖντο [leg. κινοῖτο] μὴ ὄντος πρώτου, δέδεικται δὲ ὅτι ὅλον ὑπὸ ὅλου ἀδύνατον κινεῖσθαι ἑαυτοῦ, ὥστε ἀνάγκη τὸ πρώτως κινοῦν ἀκίνητον ὂν κινεῖν. » Οὕτω μὲν οὖν ὁ Εὔδημος διαιρεῖ. Ὁ δ' Ἀριστοτέλης πρῶτον ἀναιρεῖ τὸ μόριον μέν τι κινεῖν, μόριον δέ τι κινεῖσθαι οὕτως ὥστε καὶ τὸ κινούμενον κινεῖν πάλιν αὐτὸ καὶ τὸ κινοῦν κινεῖσθαι ὑπὸ τοῦ κινουμένου ὑπ' αὐτοῦ· συμβαίνει γὰρ οὕτως ἑκάτερον ὑφ' ἑκατέρου κινεῖσθαι, ὑπό τε τοῦ κινουμένου ὑπ' αὐτοῦ καὶ ὑφ' ἑαυτοῦ. Εἰ γὰρ τὸ Α κινεῖ τὸ Β, τὸ δὲ Β κινεῖ τὸ Α, καὶ ὑφ' ἑαυτοῦ ἄρα κινεῖται τὸ Α, καὶ μᾶλλον ἢ ὑπὸ τοῦ Β. Μᾶλλον γὰρ ὑπὸ τοῦ πρώτου κινοῦντος κινεῖται τὸ κινούμενον ἢ ὑπὸ τοῦ προσεχοῦς, ὡς δέδεικται πρότερον. Exponit Aristoteles quod per se moveatur (τὸ αὐτοκίνητον) e duobus constare membris, quorum alterum moveat, alterum moveatur. Quocirca fieri potest, ut aut totum (τὸ ὅλον) moveat et pars (μέρος) moveatur, aut pars moveat et totum moveatur, aut pars moveat et pars moveatur. Excluditur quartum. Quis enim totum simul movere et moveri dixerit, quod absurdum est? Neque priora duo admittas; tertium igitur probandum. Eo spectat Eudemi fragmentum. Quum enim philosophus membra ista non invicem se movere (ἑκάτερον ὑφ' ἑκατέρου κινεῖσθαι) affirmet, alterum immobile (ἀκίνητον) esse, alterum moveri (κινούμενον) efficitur. Etenim quoniam naturæ per se mobilis (τοῦ αὐτοκινήτου) alterum membrum est movens (τὸ μὲν μέρος κινοῦν), alterum motum (τὸ δὲ κινούμενον): prius illud (τὸ κινοῦν μέρος) movet, aut quando quiescit (ἀκίνητον ὄν), aut quando movetur (κινούμενον). Si quiescit, demonstratum est quod volumus; si vero pulsu agitatum (κινούμενον) commovet movens illud membrum (τὸ κινοῦν μέρος), non aliunde agitari, sed suo motu cieri debet. Quapropter semper in eadem quæstione res versabitur. Sic autem progredientes perveniemus ad principium motus (τὸ πρώτως κινοῦν), quod immobile esse apparet).

80. Ἀλλὰ μὴν εἴ γέ ἐστί τι ἀεὶ τοιοῦτον, κινοῦν μέν τι, ἀκίνητον δὲ αὐτὸ καὶ ἀΐδιον, ἀνάγκη καὶ τὸ πρῶτον ὑπὸ τούτου κινούμενον ἀΐδιον εἶναι.

(Aristoteles Phys. lib. VIII cap. 6, p. 259. b. 32

---

79. At non licere ipsum se ita commovere, ut utrumque ab utroque moveatur, ex hisce sane intelligitur. Nam si utrumque movebit utrumque, nihil erit quod moveat primum. Id enim quod prius movet, causa magis est ut moveatur id quod motu cietur, quam id quod illi adhæret. Duplex enim est motus, ut diximus, siquidem aliud aliunde agitatur, aliud se ipsum movet Cæterum id quod longius ab eo distat, quod motu cietur, propius est principio motus, quam id quod in medio invenitur.

80. At vero si quid semper tale est, ut moveat quidem aliquid, immobile autem et perpetuum sit, etiam

ed. Bekker. Simplicius fol. 294. b. (cf. Scholl. in Aristot. p. 440. a. ed. Brandis.) δείξας πρῶτον, ὅτι ἔστι κίνησις ἀεί, καὶ οὔτε γέγονέ ποτε κίνησις πρότερον μὴ οὖσα, οὔτε φθείρεταί ποτε, ὥστε μὴ εἶναι κίνησιν, εἶτα ἐφεξῆς δείξας, ὅτι τὸ πρώτως κινοῦν καθ' ἑκάστην κίνησιν, ὡς ὁ Εὔδημος προστίθησιν, ἀκίνητον εἶναι χρὴ καὶ καθ' αὑτὸ καὶ κατὰ συμβεβηκός, εἶναι δὲ καὶ ἀΐδιον ὡς ἀϊδίου κινήσεως αἴτιον, ἀνάγκη εἶναί φησι τὸ πρώτως κινούμενον ὑπὸ τοῦ ἀκινήτου καὶ ἀϊδίου κινητικοῦ ἀΐδιον καὶ αὐτὸ εἶναι· συνυπάρχει γὰρ ἀλλήλοις τὸ κινοῦν ὡς κινοῦν καὶ τὸ κινούμενον ὡς κινούμενον. Αὐτὸς δὲ καὶ ἄλλην ἀπόδειξιν τούτου προστίθησι. Λαβὼν γὰρ ὁμολογούμενον τὸ εἶναι γένεσιν καὶ φθορὰν ἐν τοῖς οὖσι, συνημμένον τι τοιοῦτον ἐπάγει. Εἰ μὴ ἔστι τι ἀΐδιον κινούμενόν τε καὶ κινοῦν, οὐκ ἂν εἴη γένεσις ἀεὶ καὶ φθορά. Ἀλλὰ μὴν ἔστι ταῦτα· ἔστιν ἄρα ἀΐδιόν τι κινούμενόν τε καὶ κινοῦν.)

81. Ἐπεὶ δ' ἐν τοῖς οὖσιν ἀνάγκη κίνησιν εἶναι συνεχῆ, αὕτη δὲ μία ἐστίν, ἀνάγκη δὲ τὴν μίαν μεγέθους τέ τινος εἶναι (οὐ γὰρ κινεῖται τὸ ἀμέγεθες) καὶ ἑνὸς καὶ ὑφ' ἑνός· οὐ γὰρ ἔσται συνεχής, ἀλλ' ἐχομένη ἑτέρα ἑτέρας καὶ διῃρημένη. Τὸ δὴ κινοῦν εἰ ἕν, ἢ κινούμενον κινεῖ ἢ ἀκίνητον ὄν. Εἰ μὲν δὴ κινούμενον, συνακολουθεῖν δεήσει καὶ συμμεταβάλλειν αὐτό, ἅμα δὲ κινεῖσθαι ὑπό τινος· ὥστε στήσεται καὶ ἥξει εἰς τὸ κινεῖσθαι ὑπὸ ἀκινήτου. Τοῦτο γὰρ οὐκ ἀνάγκη συμμεταβάλλειν, ἀλλ' ἀεί τε δυνήσεται κινεῖν (ἄπονον γὰρ τὸ οὕτω κινεῖν) καὶ ὁμαλὴς αὕτη ἡ κίνησις ἢ μόνη ἢ μάλιστα· οὐ γὰρ ἔχει μεταβολὴν τὸ κινοῦν οὐδεμίαν. Δεῖ δὲ οὐδὲ τὸ κινούμενον πρὸς ἐκείνου ἔχειν μεταβολήν, ἵνα ὁμοία ᾖ ἡ κίνησις. Ἀνάγκη δὴ ἢ ἐν μέσῳ ἢ ἐν κύκλῳ εἶναι· αὗται γὰρ αἱ ἀρχαί. Ἀλλὰ τάχιστα κινεῖται τὰ ἐγγύτατα τοῦ κινοῦντος. Τοιαύτη δ' ἡ τοῦ ὅλου κίνησις· ἐκεῖ ἄρα τὸ κινοῦν.

(Aristoteles Phys. lib. VIII cap. 10 p. 267. a. 21 ed. Bekker. (cf. Scholl. in Aristot. p. 453. a. ed. Brandis.) εἰπὼν ὁποῖόν ἐστι τὸ πρώτως κινοῦν καὶ τὸ κινούμενον τὴν ἀΐδιον κίνησιν, καὶ ὅπως ἔχοντα πρὸς ἄλληλα, ἐπειδὴ ζητεῖν ἔθος ἦν, ὡς ἔοικεν, ποῦ τὸ κινοῦν τὸν οὐρανόν ἐστι, καὶ οἵγε Πυθαγόρειοι ἐν τῷ μέσῳ λέγειν ἐδόκουν αὐτό, καὶ τοῦτο προσθεῖναι τοῖς περὶ τοῦ κινοῦντος λόγοις ἐδοκίμασεν, καὶ λέγει ὅτι ἀνάγκη αὐτὸ ἐν τῇ ἀρχῇ εἶναι τοῦ κινουμένου, ὅπερ κυριώτατόν ἐστιν. Δύο δὲ ἀρχαί εἰσιν ἐν τῇ σφαίρᾳ, τό τε μέσον καὶ τὸ πέριξ· ἀνάγκη οὖν φησιν ἐν τούτων τινὶ εἶναι τὸ κινοῦν. Ἀλλ' ἐπειδὴ τὸ ἐγγύτατα τοῦ κινοῦντος τάχιστα μᾶλλον κινεῖται, ταχεῖα δὲ ἡ τοῦ κύκλου (al. ὅλου) κίνησις, τοῦτ' ἔστι τῆς περιφερείας, ἐκεῖ τὸ κινοῦν εἴη ἄν. Τὸ γὰρ μέσον ἀκίνητον ὂν οὐ δοκεῖ πρὸς τὸ κινοῦν οἰκείως ἔχειν. Ὁ δὲ Εὔδημος ἐν τῷ μεγίστῳ κύκλῳ φησὶν εἶναι τῷ διὰ τῶν πόλων· οὗτος γὰρ τάχιστα κινεῖται, τὸ δὲ κινοῦν δοκεῖ ἄρχεσθαι, ὅθεν τάχιστα ἂν κινήσαι καὶ ῥᾷστα. Ἀπορεῖ δὲ ὁ Ἀλέξανδρος καὶ πρὸς τὴν ἔξω περιφέρειαν καὶ πρὸς τὸν μέγιστον κύκλον, εἰ ἐν τούτων (Ald. τούτῳ) τινί ἐστι τὸ κινοῦν αἴτιον, πῶς οὐ κινήσεται κατὰ συμβεβηκός. Καὶ εἰπὼν ἐκτός, εἰ μὴ ταύτης κατὰ τοὺς πόλους ἐστίν, ἐπαπορεῖ ὅτι καὶ δύο οὗτοι καὶ ἀκίνητοι, Ἀριστοτέλης δὲ καὶ Εὔδημός φασι τὸ ἐγγυτέρω τοῦ κινοῦντος τάχιστα κινεῖσθαι. Λύων δὲ τὴν ἀπορίαν λέγει ὅτι εἰ μὲν ἐν μορίῳ τινὶ εἴη τῆς περιφερείας τῆς ἐξωτάτω, κινοῖτο ἂν κατὰ συμβεβηκός, τῷ κατὰ μόρια τὴν κίνησιν εἶναι τῆς σφαίρας· εἰ δὲ ἐν πάσῃ τῇ περιφερείᾳ, ἔσται τε ἐν τῷ τάχιστα φερομένῳ, καὶ οὐκέτι ἂν κινοῖτο κατὰ συμβεβηκός, τῷ πᾶσαν τὴν περιφέρειαν μὴ κινεῖσθαι, μηδὲ ἀλλάσσειν τὸν τόπον, ἀλλ' ἐν τῷ αὐτῷ μένειν ἀεί. Ἐγκρίνει οὖν εἶναι αὐτὸ ἐν πάσῃ τῇ τῆς ἐκτὸς σφαίρας περιφερείᾳ· οὕτω γάρ, φησίν, ἔσται ἐγγυτάτω τοῦ τάχιστα κινουμένου καὶ μὴ κατὰ συμβεβηκὸς κινούμενον καὶ τὴν αὐτὴν ἀεὶ σχέσιν ἔχον πρὸς τὸ κινούμενον ὑπ' αὐτοῦ, διὸ καὶ ὁμοίαν ἀεὶ κίνησιν κινήσει. Ταῦτα ἠπόρησεν ὁ Ἀλέξανδρος καὶ ἔλυσεν οὕτως, καίτοι πρότερον καλῶς εἰπών, ὅτι οὐχ ὡς τόπον τινὰ κατέχοντος τοῦ κινοῦντος ἀκουστέον· ἀμερὲς γὰρ ἐδείχθη, ἀλλ' οὐδὲ ὡς εἴδους ὄντος τοῦ ἐν ᾧ ἐστιν, ἀλλ' ὡς οὐσίας ἀσωμάτου αὐτῆς καθ' αὑτὴν ἐν οὐσίᾳ. Κἂν γὰρ ἔμψυχον, φησίν, ὂν τὸ κυκλοφορητικὸν σῶμα κινῆται κατὰ τὴν ἐν αὐτῷ ψυχήν, ἀλλὰ καὶ ἄλλου τινὸς δεῖ τὴν ἀρχὴν αὐτῷ τῆς κινήσεως παρέχοντος· ἐπὶ πάντων γὰρ τῶν ἐμψύχων ἔξωθέν τι ὂν αἴτιον αὐτοῖς καὶ ἀρχὴ γίνεται τῆς κινήσεως

---

illud quod ab eo primum movetur perpetuum esse necesse est.

81. Quoniam autem in iis quæ sunt, continuus motus necessario inest, hic vero est unus, unum motum magnitudinis cujuspiam esse necesse est (non enim id movetur, quod magnitudine caret) et unius esse atque ab uno : alioqui continuus non erit, sed adhærens alius alii ac divisus. Id porro quod movet, si unum est, aut motu agitatum movet aut immobile manens. Si igitur motu agitatum, simul sequatur ipsum atque mutetur, et insuper ab aliquo moveatur oportet. Quamobrem stabit atque id consequetur, ut moveatur ab immobili. Hoc enim non necesse est simul mutari, sed poterit semper movere (facile enim est, hoc pacto movere) et hic motus aut solus aut maxime est æquabilis : id enim quod movet, nullam habet mutationem. Oportet vero etiam id quod ab illo movetur, ut motus sit similis, nullam habere mutationem. Atqui illud aut in medio, aut in circulo esse necesse est : hæc enim principia sunt. Sed celerrime moventur quæ proxima sunt moventi. Talis autem est universi motus : illic igitur est id quod movet.

τῆς ψυχικῆς τῆς κατὰ τόπον γινομένης, εἴγε ἐφέσει τινὸς ἡ κατὰ τόπον γίνεται τῶν ἐμψύχων κίνησις. Ταῦτα δ᾽ Ἀλέξανδρος ἔγραψεν ὡς τελικὸν μόνως αἴτιον τὸ πρώτως κινοῦν τὸν Ἀριστοτέλη λέγειν ἀποδεχόμενος. Εἰ δέ, ὡς πολλοὶ λόγοι δεικνύουσι, καὶ ποιητικὸν αὐτὸ νομίζει, τὴν μὲν ψυχὴν καὶ αὐτὸς οἴεται ὥσπερ ὁ Πλάτων τοῦ μεταβατικοῦ τῆς κινήσεως αἰτίαν εἶναι, τὸν δὲ ἀκίνητον νοῦν τοῦ περὶ τὰ αὐτὰ καὶ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ἐν τῷ αὐτῷ ἀεὶ κινεῖσθαι καθ᾽ ἕνα λόγον καὶ μίαν τάξιν. Εἰ οὖν ἀμερὲς τὸ κινοῦν καὶ χωριστὸν πάντῃ σωμάτων, αὐτὸ καθ᾽ αὑτὸ τέλειον ἐξῃρημένον τοῦ παντὸς σωματικοῦ κόσμου, καλῶς ἔχει λέγειν καὶ πανταχοῦ αὐτὸ καὶ οὐδαμοῦ εἶναι. Εἰ δὲ οἱ μὲν Πυθαγόρειοι ἐν τῷ κέντρῳ λέγουσιν ἱδρῦσθαι, ὁ δὲ Ἀριστοτέλης ἐν τῇ ἀπλανεῖ σφαίρᾳ φησὶν εἶναι, ἐκεῖνοι μὲν τὸ κέντρον ἐπιτηδειότερον τῶν ἄλλων τοῦ παντὸς μερῶν νομίζουσι πρὸς μέθεξιν τῆς τοῦ δημιουργοῦ συνοχικῆς καὶ ἑδραστικῆς ἀγαθότητος, ὁ δὲ Ἀριστοτέλης πρώτως ἀπολαύειν τῆς δημιουργικῆς νομίζει κινήσεως. Καὶ διὰ τοῦτο οἱ μὲν Πυθαγόρειοι Ἑστίας τόπον καὶ Ζανὸς πύργον ἐκάλουν τὸ κέντρον, ὁ δ᾽ Ἀριστοτέλης (p. 265. b. 8) μέτρον τῶν ἄλλων κινήσεων τὴν τῆς ἀπλανοῦς ἔλεγεν ὡς πρώτην καὶ συνῃρημένην καὶ τὸ τοῦ κινοῦντος ἀμερὲς διὰ τῆς ταχυτῆτος ἐνεικονιζομένην. Οὐ χρὴ οὖν δεδοικέναι μὴ κατὰ συμβεβηκὸς κινήσωμεν τὸ πρώτως κινοῦν, ἐν τῷ ἀπλανεῖ λέγοντες αὐτὸ οὐρανῷ. Οὐ γάρ ἐστιν ἐν τῷ οὐρανῷ κυρίως ἐκεῖνο, ἀλλ᾽ ὁ οὐρανὸς ἐν αὐτῷ· εἴπερ τὸ ἔν τινι περιέχεται ὑπὸ τοῦ ἐν ᾧ ἐστι, περιέχει δὲ ἐκεῖνο τὸν ὅλον κόσμον τῇ ἀπείρῳ αὐτοῦ δυνάμει. Μήποτε δὲ οὐδὲ ἡ ἐπινοηθεῖσα ὑπὸ τοῦ Ἀλεξάνδρου βοήθεια πρὸς τὸ μηδὲ κατὰ συμβεβηκὸς ἐκεῖνο κινεῖσθαι αὐτάρκης ἐστὶν ἀπὸ ἐννοίας ἔτι προϊοῦσα τοῦ ἐν τῷ οὐρανῷ εἶναι τὸ πρώτως κινοῦν· εἰ γὰρ μὴ ἐν μορίῳ τινί, φησίν, ἐστίν, ἀλλ᾽ ἐν πάσῃ τῇ περιφερείᾳ, ἐπειδὴ ἡ πᾶσα οὐ κινεῖται οὐδὲ ἀμείβει τόπον, ἀλλ᾽ ἐν τῷ αὐτῷ μένει, οὐδὲ κατὰ συμβεβηκὸς ἂν κινοῖτο. Εἰ οὖν ἡ μὲν πᾶσα οὐ κινεῖται, τὸ δὲ πρώτως κινοῦν ἐν τῷ τάχιστα κινουμένῳ λέγεται εἶναι, δῆλον ὅτι οὐκ ἔστιν ἐν τῇ πάσῃ περιφερείᾳ. Ἔπειτα εἰ μὲν οὕτως ἐστὶν ἐν τῇ πάσῃ ὡς κατατεταγμένον ἐν αὐτῇ, ἡ δὲ πᾶσα κατὰ μόρια κινεῖται, δῆλον ὅτι καὶ αὐτὸ μετὰ τῶν μορίων κατὰ συμβεβηκὸς κινηθήσεται. Εἰ δὲ ἀσχέτως καὶ ἐξῃρημένως τῷ ὅλῳ πάρεστι, τί κωλύει καὶ τοῖς μέρεσιν ἀσχέτως καὶ ἐξῃρημένως καὶ ἀμερίστως καὶ ἀκινήτως ἅμα πᾶσι παρὸν μηδὲ κατὰ συμβεβηκὸς τῇ ἐκείνων κινήσει συγκινεῖσθαι; Καὶ ἀσφαλῶς ὁ Εὔδημος τὸ πρόβλημα ἐκτιθέμενος « εἰ ἀμερές, φησίν, ἐστι τὸ πρώτως κινοῦν καὶ μὴ ἅπτεται τοῦ κινουμένου, πῶς ἔχει πρὸς αὐτό; » Τὸ οὖν ἀμερὲς καὶ μὴ ἁπτόμενον τοῦ κινουμένου, ἀλλ᾽ ἄσχετον πρὸς αὐτὸ καὶ ἐξῃρημένον, πῶς δύναται συγκινεῖσθαι τῷ κινουμένῳ, ὥστε κατὰ συμβεβηκὸς κινεῖσθαι; Τὸν δὲ Εὔδημον ὁ Ἀλέξανδρος τὸ πρώτως κινοῦν ἐν τῷ μεγίστῳ φησὶ λέγειν κύκλῳ τῷ διὰ τῶν πόλων· οὗτος γὰρ τάχιστα κινεῖται. Ἐγὼ δὲ οὕτως εὗρον τὴν γραφὴν ἐν τῷ Εὐδημείῳ « τῆς δὲ σφαίρας ὁ μὲν τόπος ὁ περὶ τοὺς πόλους τάχιστα κινεῖται. » Καὶ τούτῳ δὲ ἐφιστάνειν ἄξιον, ὅτι ὁ μὲν Ἀλέξανδρος ἐν τῇ τῆς σφαίρας περιφερείᾳ τὸ πρώτως κινοῦν νομίζει λέγειν τὸν Ἀριστοτέλη· μήποτε δὲ ἐν τῷ κύκλῳ λέγων, ἐν τῷ ὅλῳ οὐρανῷ λέγει.)

82. Ἔχει δ᾽ ἀπορίαν, εἰ ἐνδέχεταί τι κινούμενον κινεῖν συνεχῶς· ἀλλὰ μὴ ὥσπερ τὸ ὠθοῦν πάλιν καὶ πάλιν, τῷ ἐφεξῆς εἶναι συνεχῶς. Ἢ γὰρ αὐτὸ δεῖ ὠθεῖν ἢ ἕλκειν, ἢ ἄμφω, ἢ ἕτερόν τι ἐκδεχόμενον ἄλλο παρ᾽ ἄλλου, ὥσπερ πάλαι ἐλέχθη ἐπὶ τῶν ῥιπτουμένων. Εἰ δὲ διαιρετὸς ὢν ὁ ἀὴρ ἢ τὸ ὕδωρ κινεῖ, ἀλλ᾽ ὡς ἀεὶ κινούμενος, ἀμφοτέρως δ᾽ οὐχ οἷόν τε μίαν εἶναι, ἀλλ᾽ ἐχομένην. Μόνη ἄρα συνεχὴς ἣν κινεῖ τὸ ἀκίνητον· ἀεὶ γὰρ ὁμοίως ἔχον καὶ πρὸς τὸ κινούμενον ὁμοίως ἕξει καὶ συνεχῶς.

(Aristoteles Phys. lib. VIII cap. 10 p. 267. b. 9 ed. Bekker. Simplicius fol. 320. ὁ δὲ Εὔδημος τοῦτο μὲν οὐκ ἀπορεῖ ὅπερ ὁ Ἀριστοτέλης, εἰ ἐνδέχεταί τι κινούμενον κινεῖν συνεχῶς, ἀπορεῖ δὲ ἀντὶ τούτου, εἰ ἐνδέχεται τὸ ἀκίνητον κινεῖν. Δοκεῖ γάρ, φησί, τὸ κινοῦν κατὰ τόπον ἢ ὠθοῦν ἢ ἕλκον κινεῖν, εἰ δὲ μὴ [μόνον] οὕτως, ἀλλ᾽ οὖν ἁπτόμενόν γε ἢ αὐτὸ ἢ δι᾽ ἄλλου, ἢ δι᾽ ἑνὸς ἢ διὰ πλειόνων. Τὸ δὲ ἀμερὲς οὐδενὸς ἐνδέχεται ἅψασθαι· οὐ γάρ ἐστιν αὐτοῦ τὸ μὲν ἀρχή, τὸ δὲ πέρας, τῶν δὲ ἁπτομένων τὰ πέρατα ἅμα. Πῶς οὖν κινήσει τὸ ἀμερές; καὶ λύει τὴν ἀπορίαν λέγων, ὅτι τὰ μὲν κινούμενα κινεῖ, τὰ δὲ ἠρεμοῦντα· καὶ τὰ μὲν κινούμενα κινεῖ ἁπτόμενα ἄλλων (leg. ἀλλήλων), οὐχ ὁμοίως δὲ πάντα. Οὐ γὰρ ὡς ἡ γῆ τὴν σφαῖραν ῥιφθεῖσαν ἐπ᾽ αὐτὴν ἄνω ἐκίνει, οὕτω καὶ τὸ πρώτως κινῆσαν· οὐ γὰρ προγινομένης κινήσεως ἐκεῖνο κινεῖ. Οὐ γὰρ ἂν ἔτι πρώτως κινοίη, ἡ δὲ γῆ οὐδέποτε ἠρεμοῦσα πρώτως κινήσει.)

---

82. Dubitatur autem, num fieri possit, ut quippiam motu agitatum continenter moveat; sed non ut id quod iterum atque iterum pellit, ex eo continenter movet, quod motus deinceps sunt. Aut enim ipsum pellere vel trahere vel utrumque facere oportet; aut diversum quid, aliud ab alio, accipiens, ut antea diximus de iis quæ projiciuntur. Si vero quum dividuus sit aër vel aqua movet, sed ut semper motu agitatus: neutro modo motus unus esse potest, sed plures inter se cohærentes erunt. Solus igitur is est continuus motus, quo id quod est immobile, movet. Quum enim semper eodem modo se habeat, etiam ad id quod movetur eandem rationem et continuationem habebit.

ΑΡΙΘΜΗΤΙΚΑ.

83. Τούτων δὴ διωρισμένων μετιτέον πρὸς τὸν ἀκόλουθον αὐτοῖς λόγον ἀρχὴν λαβοῦσι τὴν αὐτὴν τοῖς Πυθαγορείοις, τοῦτ' ἔστι, καθ' ἣν τοὺς μὲν ἴσους ἀριθμοὺς τοῖς ἰσοτόνοις φθόγγοις ἀπονέμομεν, τοὺς δὲ ἀνίσους τοῖς ἀνισοτόνοις, ὅτι τὸ τοιοῦτον αὐτόθι δῆλόν ἐστι.

(Ptolemæus Harmon. I, 7. Porphyrius ad h. l. in Ioann. Wallis oper. tom. III p. 287. τῆς διαιρέσεως τῶν πρὸς ἄλληλα σχέσιν ἐχόντων φθόγγων τοιαύτης γενομένης, καίτοι ἐκ τῆς αἰσθήσεως κρίσιν ἔχουσι, προσαρμοστέον φησὶ καὶ τὴν παλαιὰν τοῦ λόγου ἀκρίβειαν ταῖς ἀπὸ τῆς αἰσθήσεως δοθείσαις διαφοραῖς, ἔνθα καὶ τὰ περὶ τῶν Πυθαγορείων παραληπτέον, ὡς ἱκανῶς τὸ ἀκριβὲς ἔχοντα, καὶ ἀρκτέον γε καθάπερ ἐκεῖνοι ἄνωθεν ἀπὸ τῆς ἰσότητος τῶν ἀριθμῶν. Ἦν δὲ ἀποδοτέον καὶ τὸν λόγον τὸν κατ' αὐτὴν προσαρμοστέον τοῖς ἰσοτόνοις. Ἐκείνων μὲν οὖν οἱ πλείους οὐ μόνον ἀπὸ τῆς ἰσότητος ἤρχοντο, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τοῦ πυθμένος ἀριθμοῦ· τῆς ἰσότητος δὲ ἁπλῶς τοὺς ἴσους ἀριθμοὺς ἀποδοτέον φησὶ τοῖς ἰσοτόνοις φθόγγοις, τοὺς δὲ ἀνίσους τοῖς ἀνισοτόνοις· ὅτι γὰρ διὰ τῶν πυθμένων τὰ κατὰ τὰς συμφωνίας ἀπεδείκνυσαν, δηλοῖ Εὔδημος ἐν τῷ πρώτῳ τῆς ἀριθμητικῆς ἱστορίας λέγων περὶ τῶν Πυθαγορείων ταυτὶ κατὰ λέξιν· « ἔτι δὲ τοὺς τῶν τριῶν συμφωνιῶν λόγους τοῦ τε διὰ τεσσάρων καὶ τοῦ διὰ πέντε καὶ τοῦ διὰ πασῶν, ὅτι συμβέβηκεν ἐν πρώτοις ὑπάρχει (leg. ὑπάρχειν) τοῖς ἐννέα· β γὰρ γ δ γίνεται ἐννέα. » Αἰτίαν δὲ ὁ Πτολεμαῖος τοῦ δεῖν τοὺς ἴσους ἀριθμοὺς ἀπονέμειν τοῖς ἰσοτόνοις, ἀποδίδωσι τὴν αὐτόθι τοῦ λόγου ἐνάργειαν.)

ΓΕΩΜΕΤΡΙΚΑ.

84. Ἐπεὶ δὲ χρὴ τὰς ἀρχὰς [a] καὶ τῶν τεχνῶν καὶ τῶν ἐπιστημῶν πρὸς τὴν παροῦσαν περίοδον σκοπεῖν, λέγομεν ὅτι παρ' Αἰγυπτίοις μὲν εὑρῆσθαι πρῶτον ἡ γεωμετρία παρὰ πολλῶν ἱστορεῖται ἐκ τῆς τῶν χωρίων παραμετρήσεως [b] λαβοῦσα τὴν γένεσιν. Ἀναγκαία γὰρ ἦν ἐκείνοις αὕτη διὰ τὴν ἄνοδον τοῦ Νείλου τοὺς προσήκοντας ὅρους ἑκάστοις ἀφανίζοντος, καὶ θαυμαστὸν οὐδὲν ἀπὸ τῆς χρείας ἄρξασθαι τὴν εὕρεσιν καὶ ταύτης καὶ τῶν ἄλλων ἐπιστημῶν, ἐπειδὴ πᾶν τὸ ἐν γενέσει φερόμενον ἀπὸ τοῦ ἀτελοῦς πρὸς τὸ τέλειον πρόεισιν· ἀπὸ αἰσθήσεως οὖν εἰς λογισμὸν καὶ ἀπὸ τούτου ἐπὶ νοῦν ἡ μετάβασις [c] γένοιτ' ἂν εἰκότως. Ὥσπερ οὖν παρὰ τοῖς Φοίνιξι διὰ τὰς ἐμπορίας καὶ τὰ συναλλάγματα τὴν ἀρχὴν ἔλαβεν ἡ τῶν ἀριθμῶν ἀκριβὴς γνῶσις, οὕτω δὴ καὶ παρ' Αἰγυπτίοις ἡ γεωμετρία διὰ τὴν εἰρημένην αἰτίαν εὕρηται. Θαλῆς δὲ πρῶτος [d] εἰς Αἴγυπτον ἐλθὼν μετήγαγεν εἰς τὴν Ἑλλάδα τὴν θεωρίαν ταύτην, καὶ πολλὰ μὲν αὐτὸς εὗρε, πολλῶν δὲ τὰς ἀρχὰς τοῖς μετ' αὐτὸν ὑφηγήσατο, τοῖς μὲν καθολικώτερον ἐπιβάλλων, τοῖς δὲ αἰσθητικώτερον. Μετὰ δὲ τοῦτον Ἀμέριστος ὁ Στησιχόρου τοῦ ποιητοῦ ἀδελφὸς ὡς ἐφαψάμενος [e] τῆς περὶ γεωμετρίας σπουδῆς μνημονεύεται, καὶ Ἱππίας ὁ Ἠλεῖος ἱστόρησεν ὡς ἐπὶ γεωμετρίᾳ δόξαν αὐτοῦ λαβόντος. Ἐπὶ δὲ τούτοις Πυθαγόρας τὴν περὶ αὐτὴν φιλοσοφίαν εἰς σχῆμα παιδείας ἐλευθέρου μετέστησεν, ἄνωθεν τὰς ἀρχὰς αὐτῆς ἐπισκοπούμενος καὶ ἀΰλως καὶ νοερῶς τὰ θεωρήματα διερευνώμενος, ὃς δὴ καὶ τὴν τῶν ἀναλόγων [g] πραγματείαν καὶ τὴν τῶν κοσμικῶν σχημάτων σύστασιν ἀνεῦρε. Μετὰ δὲ τοῦτον Ἀναξαγόρας ὁ Κλαζομένιος πολλῶν ἐφήψατο τῶν κατὰ γεωμετρίαν [h] καὶ Οἰνοπίδης ὁ Χῖος [ὁ τὸν τοῦ μηνίσκου [i] τετραγωνισμὸν εὑρών, καὶ Θεόδωρος ὁ Κυρηναῖος] ὀλίγῳ νεώτερος ὢν τοῦ Ἀναξαγόρου, ὧν καὶ Πλάτων ἐν τοῖς Ἀντερασταῖς ἐμνημόνευσεν ὡς ἐπὶ τοῖς μαθήμασι δόξαν λαβόντων· ἐφ' οἷς Ἱπποκράτης [k] ὁ Χῖος ὁ τὸν τοῦ μηνίσκου τετραγωνισμὸν εὑρὼν καὶ Θεόδωρος ὁ Κυρηναῖος ἐγένοντο περὶ γεωμετρίαν ἐπιφανεῖς· πρῶτος γὰρ ὁ Ἱπποκράτης τῶν μνημονευομένων καὶ στοιχεῖα συνέγραψε. Πλάτων δὲ ἐπὶ τούτοις [l] γενόμενος μεγίστην ἐποίησεν ἐπίδοσιν τά τε ἄλλα μαθήματα καὶ τὴν γεωμετρίαν λαβεῖν διὰ τὴν περὶ αὐτὴν [m] σπουδήν, ὅς που [n] δῆλός ἐστι καὶ τὰ συγγράμματα τοῖς μαθηματικοῖς λόγοις καταπυκνώσας καὶ πανταχοῦ [o] τὸ περὶ αὐτὴν θαῦμα τῶν φιλοσοφίας ἀντεχομένων ἐπεγείρων. Ἐν δὲ τούτῳ τῷ χρόνῳ καὶ Λεωδάμας ὁ Θάσιος [p] ἦν καὶ Ἀρχύτας ὁ Ταραντῖνος καὶ Θεαίτητος ὁ Ἀθηναῖος,

---

ARITHMETICA.

83. His porro definitis transire nos oportet ad rationem iis congruentem principium ducentes ab eadem re, a qua et Pythagorei exorsi sunt, id est, qua tum pares numeros sonis æquali tono præditis attribuimus, tum impares sonis inæquali tono prolatis, quia tale quid in iis elucet

GEOMETRICA.

84. Sed quoniam artium ac disciplinarum incunabula præsentis temporis respectu consideranda sunt : dicimus a multis tradi geometriam apud Ægyptios primum inventam esse, quum a locorum dimensione originem traxisset. Necessaria enim illis hæc erat disciplina propter Nilum tanto aquarum auctu crescentem, ut agrorum uniuscujusque terminos funditus tollat. Neque mirandum est, a necessitate tam hujus quam cæterarum doctrinarum inventionem esse ortam, quandoquidem res creatæ omnes ab exiguis initiis ad perfectionem transeunt. A sensu igitur in mentem atque ab hac in intellectum par est transitum fieri. Ut igitur apud Phœ-

παρ' ὧν ἐπηυξήθη τὰ θεωρήματα καὶ προῆλθεν εἰς ἐπιστημονικωτέραν σύστασιν. Λεωδάμαντος δὲ νεώτερος ὁ Νεοκλείδης καὶ ὁ τούτου μαθητὴς Λέων, οἳ πολλὰ προσεπόρισαν τοῖς πρὸ αὐτῶν, ὥστε τὸν Λέοντα καὶ τὰ στοιχεῖα συνθεῖναι τῷ τε πλήθει καὶ τῇ χρείᾳ τῶν δεικνυμένων ἐπιμελέστερον, καὶ διορισμοὺς εὑρεῖν [q], πότε δυνατόν ἐστι τὸ ζητούμενον πρόβλημα καὶ πότε ἀδύνατον. Εὔδοξος δὲ ὁ Κνίδιος Λέοντος μὲν ὀλίγῳ νεώτερος, ἑταῖρος [r] δὲ τῶν περὶ Πλάτωνα γενόμενος, πρῶτος τῶν καθόλου θεωρημάτων τὸ πλῆθος ηὔξησε καὶ ταῖς τρισὶν ἀναλογίαις ἄλλας τρεῖς προσέθηκε, καὶ τὰ περὶ τὴν τομὴν [s] ἀρχὴν λαβόντα παρὰ Πλάτωνος εἰς πλῆθος προήγαγε καὶ ταῖς ἀναλύσεσιν ἐπ' αὐτῶν χρησάμενος. Ἀμύκλας δὲ ὁ Ἡρακλεώτης, εἷς τῶν Πλάτωνος ἑταίρων, καὶ Μέναιχμος [t] ἀκροατὴς ὢν Εὐδόξου καὶ Πλάτωνι δὲ συγγεγονὼς καὶ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Δεινόστρατος ἔτι τελεωτέραν ἐποίησαν τὴν ὅλην γεωμετρίαν. Θεύδιος δὲ ὁ Μάγνης [u] ἔν τε τοῖς μαθήμασιν ἔδοξεν εἶναι διαφέρων καὶ κατὰ τὴν ἄλλην φιλοσοφίαν· καὶ γὰρ τὰ στοιχεῖα καλῶς συνέταξε καὶ πολλὰ τῶν ὁρικῶν [v] καθολικώτερα ἐποίησε. Καὶ μέντοι καὶ ὁ Κυζικηνὸς Ἀθήναιος [x] κατὰ τοὺς αὐτοὺς γεγονὼς χρόνους καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις μὲν μαθήμασι, μάλιστα δὲ κατὰ γεωμετρίαν ἐπιφανὴς ἐγένετο [y]. Διῆγον οὖν οὗτοι μετ' ἀλλήλων ἐν Ἀκαδημίᾳ, κοινὰς ποιούμενοι τὰς ζητήσεις. Ἑρμότιμος δὲ ὁ Κολοφώνιος τὰ ὑπ' [z] Εὐδόξου προηυπορημένα καὶ Θεαιτήτου προήγαγεν ἐπὶ πλέον, καὶ τῶν στοιχείων πολλὰ ἀνεῦρε καὶ τῶν τόπων τινὰ συνέγραψεν. Φίλιππος δὲ ὁ Μεδμαῖος [aa], Πλάτωνος ὢν μαθητής, καὶ ὑπ' ἐκείνου προτραπεὶς εἰς [bb] τὰ μαθήματα, καὶ τὰς ζητήσεις ἐποιεῖτο κατὰ τὰς Πλάτωνος ὑφηγήσεις, καὶ ταῦτα προὔβαλλεν ἑαυτῷ ὅσα ᾤετο τῇ Πλάτωνος φιλοσοφίᾳ συντελεῖν. Οἱ μὲν οὖν τὰς γεωμετρικὰς ἱστορίας ἀναγράψαντες Εὔδημος ὁ Περιπατητικὸς καὶ ἄλλοι μέχρι τούτου προάγουσι τὴν

---

nices propter mercaturam et negotiationem exquisita numerorum scientia ortum habuit : ita etiam apud Ægyptios geometria ob eam quam dixi causam inventa est. Thales autem primus in Ægyptum profectus hanc rerum subtilium contemplationem in Græciam transtulit, ipseque tum multa repperit, tum multarum rerum principia posteros docuit, quum aliis universe omnem animi vim intendisset, alias magis sensibus percepisset. Post hunc Ameristus, Stesichori poetæ frater, ut geometriæ studiosus memoratur, quem et Hippias Eleus geometriæ cognitione inclaruisse tradidit. Postea Pythagoras ejus studium in formam doctrinæ liberalis redegit, principia ejus quasi e sublimi contemplatus ac sine materia, solo videlicet intellectu theoremata perscrutatus, qui etiam rerum proportione respondentium studium et mundanarum formarum descriptionem invenit. Post hunc Anaxagoras Clazomenius multum in geometria versatus est, haud secus atque Œnopides Chius [semicirculi quadraturæ inventor, et Theodorus Cyrenæus] paullo junior Anaxagora, quorum et Plato in Rivalibus mentionem fecit tanquam hominum in mathematicis artibus clarorum; post quos Hippocrates Chius, semicirculi quadraturæ inventor, et Theodorus Cyrenæus geometriæ cognitione incliti fuerunt : siquidem inter eos quos memoravimus primus Hippocrates et elementa scriptis mandavit. Dein Plato paullo ætate posterior sua industria effecit, ut cum cæteræ disciplinæ, tum geometria maximis incrementis augescerent, quem scilicet manifestum est libros etiam suos mathematicis rationibus refersisse, et ubique admirationem eorum qui ad philosophiam pertractandam se dederunt, circa illam disciplinam excitasse. Sed eo tempore Leodamas quoque Thasius fuit et Archytas Tarentinus et Theætetus Atheniensis, a quibus adaucta sunt theoremata et ad probationem scientiæ convenientiorem provecta. Fuerunt porro Leodamante junior Neoclides atque hujus discipulus Leo, qui multa superioribus adjecerunt, ita ut Leo elementa quoque rerum demonstratarum multitudine et utilitate diligentius composita ederet, ac definiret, quando proposita quæstio solvi posset et quando non posset. Tum Eudoxus Cnidius paucis quidem annis minor Leonte, sed Platonis sodalis primus universalium theorematum multitudinem auxit, ac tribus proportionibus alias tres adjecit, et segmenta inducta a Platone cumulavit, in iis propositarum quæstionum etiam solutione usus. Amyclas vero Heracleotes, unus e Platonis sodalibus, et Menæchmus, Eudoxi auditor, qui cum Platone conversatus est, ejusque frater Dinostratus totam geometriam magis etiam excoluerunt. Insuper Theudius Magnes in artibus mathematicis atque in reliquæ sapientiæ disciplina excellere visus est · etenim elementa bene composuit, multasque definitiones latius patere voluit. Atque etiam Athenæus Cyzicenus, qui iisdem temporibus vixit, cum reliquarum disciplinarum tum maxime geometriæ cognitione inclitus fuit. Hi igitur intima familiaritate inter se conjuncti in Academia versabantur, quum communes quæstiones instituerent. At Hermotimus Colophonius data prius ab Eudoxo et Theæteto præcepta complevit, multaque doctrinæ initia invenit et locos nonnullos litteris consignavit. Denique Philippus Medmæus, Platonis discipulus, atque ab illo ad tractandas artes mathematicas impulsus quæstiones etiam juxta Platonis præcepta instituebat, et quidem sibi proponebat, quæcunque ad Platonis philosophiam pertinere arbitraretur. Quocirca historiæ geometricæ scriptores, Eudemus Peripateticus cæterique, hucusque hujus scientiæ incrementa, tanquam ad maturitatem perducunt. His autem non multo minor natu est Euclides.

τῆς ἐπιστήμης ταύτης τελείωσιν. Οὐ πολὺ δὲ τούτων νεώτερός ἐστιν Εὐκλείδης.

(Proclus in Euclid. p. 19 ed. Bas. Cf. Fabricius Bibl. Græc. Vol. II p. 385-386. Scripsi : [a] χρὴ τὰς ἀρχὰς καὶ τῶν τεχνῶν καὶ τῶν ἐπιστημῶν πρὸς] e codice Monacensi apud Spengelium; vulgo χρὴ καὶ τὰς ἀρχὰς τῶν τεχνῶν πρός. — [b] παραμετρήσεως] e cod. Monac; vulgo ἀναμετρήσεως. — [c] ἀπὸ τούτου ἐπὶ νοῦν ἡ μετάβασις] e cod. Monac; vulgo ἀπὸ τῆς ἡ μετάβασις. — [d] πρῶτος] codd. πρῶτον. — [e] ὡς ἐφαψάμενος] cum Fabricio; vulgo ὃς ἐφαψάμενος. — [f] ὡς ἐπὶ γεωμετρίᾳ δόξαν] cum Fabricio; falso ed. Bas. ὡς ἐπὶ γεωμετρίας δόξαν et cod. Mon. ὡς ἐπὶ γεωμετρίαν δόξαν. — [g] ἀναλόγων] e cod. nescio quo apud Fabricium; vulgo ἀλόγων. — [h] πολλῶν ἐφήψατο τῶν κατὰ γεωμετρίαν] e cod. Monac; vulgo πολλῶν ἐφήψατο κατὰ γεωμετρίαν. — [i] ὁ τὸν τοῦ μηνίσκου τετραγωνισμὸν εὑρών, καὶ Θεόδωρος ὁ Κυρηναῖος] hæc verba desiderantur in codice Monacensi, ac delenda sunt hic, quum ex inferioribus male huc irrepserint, utpote quæ sequentibus tantum conveniant. Cæterum Fabricius vitiose τὴν τοῦ μηνίσκου τετραγωνισμόν scripsit. Nimirum Anaxagoras et Œnopides, non Theodorus a Platone initio istius dialogi commemorantur. Sic enim Rival. p. 132. a. ἐφαινέσθην μέντοι ἢ περὶ Ἀναξαγόρου ἢ περὶ Οἰνοπίδου ἐρίζειν. — [k] ἐφ' οἷς Ἱπποκράτης ὁ Χῖος ὁ τὸν τοῦ μηνίσκου τετραγωνισμὸν εὑρὼν καὶ Θεόδωρος ὁ Κυρηναῖος ἐγένοντο περὶ γεωμετρίαν ἐπιφανεῖς] e codicibus, spreta Fabricii conjectura qui expuncta interpositione ἐφ' οἷς Ἱπποκράτης ὁ Χῖος ἐγένετο περὶ γεωμετρίαν ἐπιφανεὶς posuit. — [l] ἐπὶ τούτοις] e cod. Monac ; ed. Bas. τούτου , Fabric. τοῦτο. — [m] περὶ αὐτὴν] cum Fabric. et ed. Bas. ; cod. Monac. αὐτά. — [n] ὅς που] e cod. Monac. et ed. Bas. ; Fabric. ὥς που. — [o] πανταχοῦ τὸ περὶ αὐτὴν θαῦμα τῶν φιλοσοφίας ἀντεχομένων ἐπεγείρων] e cod. Monac. nisi quod meo Marte αὐτὴν restitui; vulgo πανταχοῦ τὸ περὶ αὐτὰ θαυμαστὸν φιλοσοφίας ἀντεχόμενον ἐπεγείρων. — [p] Λεωδάμας ὁ Θάσιος] e cod. Monac., et ed. Bas. ; vitiose Fabricius Λεοδάμας ὁ Θάσιος. — [q] διορισμοὺς εὑρεῖν] e cod. Monac.; vulgo διορισμὸν εὑρεῖν. — [r] ἑταῖρος] cum Fabricio et ed. Bas. ; cod. Monac. ἕτερος. — [s] τὰ περὶ τὴν τομὴν] cum Fabricio et cod. Monac. ; ed. Bas. τὰ τὴν τομήν. — [t] Μέναιχμος] cum Fabric. et ed. Bas.; cod. Monac. Μόναιχμος. — [u] Θεύδιος δὲ ὁ Μάγνης] cum Fabricio et cod. Monac.; ed. Bas. Θεύδιος ὁ Μάγνης. — [v] ὁρικῶν] cum Fabricio et ed. Bas.; cod. Monac. μερικῶν. — [x] Ἀθήναιος] cum Fabricio; falso cod. Monac. et ed. Bas. Ἀθηναῖος. — [y] ἐπιφανὴς ἐγένετο] e cod. Monac.; Fabricius et ed. Bas. καταφανὴς ἐγένετο. — [z] ὑπ' Εὐδόξου] e cod. Monac. ; vulgo ὑπὲρ Εὐδόξου. — [aa] Μεδμαῖος] cum Fabricio, conf. Martin. ad Theon. Smyrn. p. 42; vitiose ed. Bas. μεταῖος et cod. Monac. μέν, ταῖος, sed superscripto δ, ut sit Μενδαῖος. — [bb] εἰς] e codice Monac., quam lectionem etiam Fabricius habet; ed. Bas. ὡς. Quod reliquum est, Suidas μηνίσκους *lunulas* a philosophis vocari scribit τὰ τοῦ κύκλου τμήματα *circuli segmenta*. Possis etiam *semicirculos* interpretari.)

85. Ἐὰν δύο εὐθεῖαι τέμνωσιν ἀλλήλας, τὰς κατὰ κορυφὴν γωνίας ἴσας ἀλλήλαις ποιήσουσι.

(Euclides, I, 15).

Τοῦτο τοίνυν τὸ θεώρημα δείκνυσιν, ὅτι δύο εὐθειῶν ἀλλήλας τεμνουσῶν αἱ κατὰ κορυφὴν γωνίαι ἴσαι εἰσίν, εὑρημένον μέν, ὥς φησιν Εὔδημος ὑπὸ Θαλοῦ πρώτου, τῆς δὲ ἐπιστημονικῆς ἀποδείξεως ἠξιωμένον παρὰ τῷ στοιχειωτῇ.

(Proclus p. 79).

86. Πρὸς τῇ δοθείσῃ εὐθείᾳ καὶ τῷ πρὸς αὐτῇ σημείῳ τῇ δοθείσῃ εὐθυγράμμῳ γωνίᾳ ἴσην γωνίαν εὐθύγραμμον συστήσασθαι.

(Euclides, I, 23.)

Πρόβλημα τοῦτο Οἰνοπίδου μὲν εὕρημα μᾶλλον, ὥς φησιν Εὔδημος.

(Proclus p. 87. De Œnopide uberius disserit Menagius ad Diog. Laërt. IX, 37.)

87. Ἐὰν δύο τρίγωνα τὰς δύο γωνίας ταῖς δυσὶ γωνίαις ἴσας ἔχῃ ἑκατέραν ἑκατέρᾳ, ἔχῃ δὲ καὶ μίαν πλευρὰν μιᾷ πλευρᾷ ἴσην, ἤτοι τὴν πρὸς ταῖς ἴσαις γωνίαις ἢ τὴν ὑποτείνουσαν ὑπὸ μίαν τῶν ἴσων γωνιῶν, καὶ τὰς λοιπὰς πλευρὰς ταῖς λοιπαῖς πλευραῖς ἴσας ἕξει ἑκατέραν ἑκατέρᾳ, καὶ τὴν λοιπὴν γωνίαν τῇ λοιπῇ γωνίᾳ ἴσην.

(Euclides I, 26. Proclus p. 92 τοσαῦτα καὶ πρὸς τὴν τῶν προκειμένων ἀκρίβειαν ὁ Πορφύριος

---

85. Si duæ rectæ lineæ se invicem secuerint, angulos, qui sunt ad verticem, æquales inter se reddent.

Hoc igitur theorema declarat, si duæ rectæ lineæ se invicem secuerint, angulos, qui sunt ad verticem, esse æquales, inventum quidem illud, ut ait Eudemus, a Thalete primo, sed demonstratione scientiæ propria dignum habitum in ejus libris, qui mathematicorum initia tradidit.

86. Juxta datam rectam lineam et punctum ei appositum dato rectarum linearum angulo æqualis angulus et ipse rectis lineis constans describatur.

Problema hoc Œnopidis potius inventum est, ut ait Eudemus.

87. Si duo triangula duos angulos duobus angulis alterum alteri æquales habent, unum vero etiam latus habent uni lateri æquale, sive illud quod æqualibus

ἡμῖν συμβάλλεται, Εὔδημος δὲ ἐν ταῖς γεωμετρικαῖς ἱστορίαις εἰς Θαλῆν τοῦτο ἀνάγει τὸ θεώρημα. Τὴν γὰρ τῶν ἐν θαλάττῃ πλοίων ἀπόστασιν, δι' οὗ τρόπου φασὶν αὐτὸν δεικνύναι, τούτῳ προσχρῆσθαί φησιν ἀναγκαῖον.

88. Παντὸς τριγώνου μιᾶς τῶν πλευρῶν προσεμβληθείσης ἡ ἐκτὸς γωνία δυσὶ ταῖς ἐντὸς καὶ ἀπεναντίον ἴση ἐστί, καὶ αἱ ἐντὸς τοῦ τριγώνου τρεῖς γωνίαι δυσὶν ὀρθαῖς ἴσαι εἰσίν.

(Euclides I, 32. Proclus p. 99 Εὔδημος δὲ ὁ Περιπατητικὸς εἰς τοὺς Πυθαγορείους ἀναπέμπει τὴν τοῦδε τοῦ θεωρήματος εὕρεσιν, ὅτι τρίγωνον ἅπαν δυσὶν ὀρθαῖς ἴσας ἔχει τὰς ἐντὸς γωνίας, καὶ δεικνύναι φησὶν αὐτοὺς οὕτω τὸ προκείμενον· « ἔστω τρίγωνον τὸ αβγ καὶ ἤχθω διὰ τοῦ α τῇ βγ παράλληλος ἡ δε. Ἐπεὶ οὖν παράλληλοί εἰσιν αἱ βγ δε καὶ αἱ ἐναλλὰξ ἴσαι εἰσίν, ἴση ἄρα ἡ μὲν ὑπὸ δαβ τῇ ὑπὸ αβγ, ἡ δὲ ὑπὸ εαγ τῇ ὑπὸ αγβ. Κοινὴ προκείσθω ἡ ὑπὸ βδγ (leg. βαγ). Αἱ ἄρα ὑπὸ δαβ βαγ γαε, τοῦτ' ἔστιν ἡ ὑπὸ δαβ βαε, τοῦτ' ἔστιν αἱ δύο ὀρθαὶ ἴσαι εἰσὶν ταῖς τοῦ αβγ τριγώνου τρισὶν γωνίαις. Αἱ ἄρα τρεῖς τοῦ τριγώνου δυσὶν ὀρθαῖς εἰσιν ἴσαι. » Τοιαύτη μὲν οὖν καὶ ἡ τῶν Πυθαγορείων ἀπόδειξις.

89. Παρὰ τὴν δοθεῖσαν εὐθεῖαν τῷ δοθέντι τριγώνῳ ἴσον παραλληλόγραμμον παραβαλεῖν ἐν γωνίᾳ, ἥ ἐστιν ἴση τῇ δοθείσῃ γωνίᾳ εὐθυγράμμῳ.

(Euclides I, 44. Proclus p. 109 ἔστι μὲν ἀρχαῖα, φασὶν οἱ περὶ τὸν Εὔδημον, καὶ τῆς τῶν Πυθαγορείων μούσης εὑρήματα ταῦτα, ἥ τε παραβολὴ τῶν χωρίων καὶ ἡ ὑπερβολὴ καὶ ἡ ἔλλειψις. Ἀπὸ δὲ τούτων καὶ οἱ νεώτεροι τὰ ὀνόματα λαβόντες μετήγαγον αὐτὰ καὶ ἐπὶ τὰς κωνικὰς λεγομένας γραμμάς, καὶ τούτων τὴν μὲν παραβολήν, τὴν δὲ ὑπερβολὴν καλέσαντες, τὴν δὲ ἔκλειψιν, ἐκείνων τῶν παλαιῶν καὶ θείων ἀνδρῶν ἐν ἐπιπέδῳ καταγραφῇ χωρίων πρὸς εὐθεῖαν ὡρισμένην τὰ ὑπὸ τούτων σημαινόμενα τῶν ὀνομάτων ὁρώντων. Ὅταν γὰρ εὐθείας ἐκκειμένης τὸ δοθὲν χωρίον πάσῃ τῇ εὐθείᾳ συμπαρατείνῃς, τότε παραβάλλειν ἐκεῖνο τὸ χωρίον φασίν· ὅταν μεῖζον δὲ ποιήσῃς τοῦ χωρίου τὸ μῆκος αὐτῆς τῆς εὐθείας, τότε ὑπερβάλλειν· ὅταν δὲ ἔλασσον ὡς τοῦ χωρίου γραφέντος εἶναί τι τῆς εὐθείας ἐκτός, τότε ἐκλείπειν.)

90. Ἡ Ἀρχύτου εὕρεσις, ὡς Εὔδημος ἱστορεῖ.

(Eutocius in Archimed. de sphæra et cylindro lib. II p. 19 ed. Basil.; p. 143 ed. Oxon.)

91. Εἴη δ' ἂν ὡς πρὸς τὸ προκείμενον ἐφεξῆς τὸ γεγραμμένον Ἀρχιμήδῃ βιβλίδιον κύκλου μέτρησιν τὴν ἐπιγραφὴν ἔχον, ἐν ᾧ τὴν πρόθεσιν τἀνδρὸς ἐξ αὐτῆς τῆς ἐπιγραφῆς γνωρίζομεν. Βούλεται γὰρ ἐπιδεῖξαι, τίνι χωρίῳ εὐθυγράμμῳ ἴσος ἂν εἴη κύκλος, πρᾶγμα πάλαι πρὸς τῶν πρὸ αὐτοῦ κλεινῶν φιλοσόφων ἐζητημένον. Δῆλον γὰρ ὅτι τουτὶ ἂν εἴη τὸ ζητούμενον, ὅπερ Ἱπποκράτης τε ὁ Χῖος καὶ Ἀντιφῶν ζητήσαντες ἐπιμελῶς ἐκείνους ἡμῖν τοὺς παραλογισμοὺς εὑρήκασιν, οὓς ἀκριβῶς εἰδέναι νομίζω τούς τε τὴν Εὐδήμου γεωμετρικὴν ἱστορίαν ἐπεσκεμμένους καὶ τῶν Ἀριστοτελικῶν μετασχόντας Κηρίων

(Eutocius in Archimed. de circuli dimens. præf. p. 49 ed. Bas.; p. 204 ed. Oxon. Sed ne quis in ultimis verbis τῶν Ἀριστοτελικῶν μετασχόντας Κηρίων hæreat, sciendum est, nihil hoc titulo frequentius apud veteres fuisse. Gellius Noct. att. lib. XX cap. 12 namque alii *Musarum* inscripserunt, alii *Silvarum*, ille Κηρίον, alius Κέρας Ἀμαλθείας etc. Plinius Nat. Hist. lib. I p. 4 ed. Harduin. Inscriptionis apud Græcos mira felicitas : Κηρίον inscripsere, quod volebant intelligi *favum :* alii Κέρας Ἀμαλθείας, quod *Copiæ cornu* etc. Vide et Fabricium Bibl. Græc. vol. III pag. 395 ed. Harl.)

92. Ἡμῖν δὲ ὑποκείσθω τὰ φύσει ἢ πάντα ἢ ἔνια

---

angulis adjacet, sive quod uni æqualium angulorum subjectum est : reliqua quoque latera reliquis lateribus alterum alteri æqualia habebunt et tertium qui superest angulum tertio angulo æqualem.

88. In omni triangulo si unum latus insuper adjicitur, externus angulus duobus internis atque ex contrario æqualis est, et interni tres trianguli illius anguli duobus rectis æquales sunt.

89. Juxta datam rectam lineam dato triangulo æquale parallelogrammum describatur in angulo, qui est æqualis dato rectarum linearum angulo.

90. Archytæ inventio, quemadmodum Eudemus tradit.

91. Dicimus hæc respectu libelli deinceps propositi, quem Archimedes de circuli dimensione scripsit, in quo viri consilium ex ipsa inscriptione cognoscimus. Vult enim demonstrare, cui rectarum linearum areæ æqualis sit circulus : quam rem multo ante eum viri in philosophia nobiles inquisiverunt. Manifestum enim est, hanc esse illam quæstionem, quam quum diligenter habuissent Hippocrates Chius et Antiphon, illa nobis sophismata invenerunt, quæ probe scire arbitror eos, qui Eudemi historiam geometricam inspexere et Favos Aristoteleos legendo contriverunt.

92. Nos autem ea, quæ natura sunt, aut omnia aut nonnulla moveri ponamus : quod quidem ex inductione

κινούμενα εἶναι. Δῆλον δὲ ἐκ τῆς ἐπαγωγῆς· Ἅμα δὲ οὐδὲ λύειν ἅπαντα προσήκει, ἀλλ' ἢ ὅσα ἐκ τῶν ἀρχῶν τις ἐπιδεικνὺς ψεύδεται, ὅσα δὲ μή, οὔ, οἷον τὸν τετραγωνισμὸν τὸν μὲν διὰ τῶν τμημάτων γεωμετρικοῦ διαλῦσαι, τὸν δ' Ἀντιφῶντος οὐ γεωμετρικοῦ.

104. Ὥστε τούτων μὲν ὄντων ἀναγκαῖον ἔσται τὸ συμπέρασμα, ἁπλῶς δ' οὐκ ἀναγκαῖον.

(Aristoteles Analyt. prior. lib. I cap. 10 p. 30 b. 38 ed. Bekker. Alexander Aphrodisiensis fol. 55. b. ἅμα δὲ καὶ τὴν τοῦ ἀναγκαίου διαίρεσιν ὅτι καὶ αὐτὸς οἶδεν, ἣν οἱ ἑταῖροι αὐτοῦ ποιοῦνται, δεδήλωκε διὰ τῆς προσθήκης, ἣν φθάσας ἤδη καὶ ἐν τῷ περὶ ἑρμηνείας δέδειχεν, ἐν οἷς περὶ τῆς εἰς τὸν μέλλοντα χρόνον λεγομένης ἀντιφάσεως περὶ τῶν καθ' ἕκαστα λέγει).

105. Περὶ μὲν οὖν τοῦ ἀναγκαίου, πῶς γίνεται καὶ τίνα διαφορὰν ἔχει πρὸς τὸ ὑπάρχον, εἴρηται σχεδὸν ἱκανῶς· περὶ δὲ τοῦ ἐνδεχομένου μετὰ ταῦτα λέγωμεν πότε καὶ πῶς καὶ διὰ τίνων ἔσται συλλογισμός. Λέγω δ' ἐνδέχεσθαι καὶ τὸ ἐνδεχόμενον, οὗ μὴ ὄντος ἀναγκαίου, τεθέντος δ' ὑπάρχειν, οὐδὲν ἔσται διὰ τοῦτ' ἀδύνατον· τὸ γὰρ ἀναγκαῖον ὁμωνύμως ἐνδέχεσθαι λέγομεν.

(Aristoteles Analyt. prior. lib. I cap. 12 pag. 32. a. 15 ed. Bekker. cf. etiam sequentia usque ad capitis 13 finem. Hæc spectavit incertus scriptor apud Menam excurs. ad Pseudogaleni εἰσαγωγὴν διαλεκτικὴν p. 100 περὶ τῆς καθόλου ἀποφατικῆς ἐπὶ τῆς ἐνδεχομένης ὕλης Θεόφραστος διηνέχθη πρὸς Ἀριστοτέλην καὶ Εὔδημος, οἷς καὶ νῦν σχεδὸν πάντες κατακολουθοῦσιν. Ἀντιστρέφειν γάρ φασι καὶ ἐπὶ τῆς ἐνδεχομένης ὕλης πρὸς ἑαυτήν, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῆς ὑπαρχούσης καὶ ἀναγκαίας, καὶ τοῦτο ἐμπεδῶσαι πειρῶνται δυσὶν ἐπιχειρήμασι διά τε δείξεως ἐκθετικῆς καὶ τῆς εἰς τὸ ἀδύνατον ἀγωγῆς. Ἡ μὲν οὖν ἐκθετικὴ δεῖξίς ἐστι τοιαύτη· εἰ ἐνδέχεται τὸ λευκὸν ἐν μηδενὶ εἶναι ἀνθρώπῳ, ἐνδέχεται τὸ λευκὸν ἀπεζεῦχθαι παντὸς ἀνθρώπου, καὶ ὁ ἄνθρωπος ἀπεζευγμένος παντὸς ἔσται λευκοῦ. Ἡ δὲ εἰς τὸ ἀδύνατον δεῖξίς ἐστιν αὕτη· ἐπεὶ ψεῦδος τὸ ἐνδέχεσθαι μηδενὶ λευκῷ τὸν ἄνθρωπον εἶναι, ὥσπερ μηδενὶ ἀνθρώπῳ ἐνδέχεται τὸ λευκὸν ἀληθές, ἀληθὲς ἔσται τὸ μὴ ἐνδέχεσθαι μηδενὶ λευκῷ τὸν ἄνθρωπον εἶναι. Κατάφασις γὰρ καὶ ἀπόφασις ταῦτα. Εἰ δὲ τοῦτο ἀληθές, καὶ ἐξ ἀνάγκης τινὶ λευκῷ ὑπάρχειν τὸν ἄνθρωπον ἀληθές. Αἱ γὰρ τοῦ ἐνδεχομένου προτάσεις πρὸ τοῦ τρόπου λαβοῦσαι τὴν ἄρνησιν ἰσοδυναμοῦσι ταῖς ἀναγκαίαις. Εἰ δὲ ἀληθές ἐστι τὸ ἐξ ἀνάγκης τινὶ λευκῷ ὑπάρχει ὁ ἄνθρωπος, καὶ τὸ λευκὸν ἐξ ἀνάγκης ὑπάρχει τινί. Ὑπέκειτο δὲ καὶ ἐνδέχεσθαι μηδενὶ ἀνθρώπῳ τὸ λευκόν· τὸ αὐτὸ ἄρα καὶ ἐνδέχεται μηδενὶ καὶ ἐξ ἀνάγκης τινὶ τὸ αὐτό, ὅπερ ἐστὶν ἀντίφασις. Sed ignoramus, unde talem explicationem mutuatus sit Menas, qui de fonte suo hæc tantum scripsit: ἔστωσαν δὲ παραδείγματα τῆς ἐκθέσεως καὶ ἀδυνάτου δείξεως καὶ τὰ ἑξῆς ἐκ τοῦ ἀνωνύμου Ἀριστοτελικοῦ ὑπομνηματιστοῦ λέγοντος, et allatis scriptoris illius verbis subjicit ista: καὶ ταῦτα μὲν ὁ ὑπομνηματιστής. Vide ejus προθεωρίαν pag. νε seq. et Prantl. hist. log. p. 364, 591, 572.

106. Ἐὰν δὲ ἡ μὲν ὑπάρχειν, ἡ δ' ἐνδέχεσθαι λαμβάνηται τῶν προτάσεων, ὅταν μὲν ἡ πρὸς τὸ μεῖζον ἄκρον ἐνδέχεσθαι σημαίνῃ, τέλειοί τ' ἔσονται πάντες οἱ συλλογισμοὶ καὶ τοῦ ἐνδέχεσθαι κατὰ τὸν εἰρημένον διορισμόν, ὅταν δ' ἡ πρὸς τὸ ἔλαττον, ἀτελεῖς τε πάντες, καὶ οἱ στερητικοὶ τῶν συλλογισμῶν οὐ τοῦ κατὰ τὸν διορισμὸν ἐνδεχομένου, ἀλλὰ τοῦ μηδενὶ ἢ μὴ παντὶ ἐξ ἀνάγκης ὑπάρχειν· εἰ γὰρ μηδενὶ ἢ μὴ παντὶ ἐξ ἀνάγκης, ἐνδέχεσθαί φαμεν καὶ μηδενὶ καὶ μὴ παντὶ ὑπάρχειν.

(Aristoteles Analyt. prior. lib. I cap. 15 pag. 33. b. 25 ed. Bekker. Alexander Aphrodisiensis fol. 56. b. (Cf. Scholia in Aristot. p. 162, b. 23 ed. Brandis.) Θεόφραστος μὲν οὖν καὶ Εὔδημος οἱ ἑταῖροι αὐτοῦ καὶ ἐν τῇ ἐξ ἐνδεχομένης καὶ ὑπαρχούσης μίξει φασὶν ἔσεσθαί τι συμπέρασμα ἐνδεχόμενον, ὁποτέρα ἂν τῶν προτάσεων ἐνδεχομένη ληφθῇ· χεῖρον γὰρ πάλιν τὸ ἐνδεχόμενον τοῦ ὑπάρχοντος. Ὁ δὲ Ἀριστοτέλης οὐχ οὕτως, ἀλλὰ τῆς μείζονος ἐνδεχομένης οὔσης, ὑπαρχούσης δὲ τῆς ἐλάττονος, καὶ τὸ συμπέρασμα ἐνδεχόμενον ἔσεσθαι τὸ κατὰ τὸν διορισμόν, ὅ ἐστιν, οὗ μὴ ὄντος ἀναγκαίου, τεθέντος δὲ εἶναι, οὐδὲν ἀδύνατον ἕπεται. Ἂν δ' ἡ ἐλάττων γένηται ἐνδεχομένη, τῆς μείζονος ὑπαρχούσης, ἀτελεῖς τέ

---

104. Quamobrem his positis necessaria erit conclusio, simpliciter autem non erit necessaria.

105. De necessario igitur, id est, quomodo colligatur et quid intersit inter necessarium et id quod est, satis fere diximus. Post hæc de contingenti dicamus, quando et quomodo et ex quibus propositionibus efficiatur syllogismus. Contingere autem et contingens id appello, quod quum non sit necessarium, si ponatur esse, nihil inde sequitur impossibile. Quod enim necessarium est, id communi nomine etiam contingens dicitur.

106. Si vero altera propositio pura, altera contingens habeatur, quum ea quæ continet majus extremum, contingere significat, omnes syllogismi erunt perfecti et de contingenti secundum prædictam definitionem accepto. Quum autem propositio, in qua est minus extremum, contingere significat, omnes erunt imperfecti, et privativi syllogismi non erunt de contingenti secundum definitionem illam accepto, sed de eo quod nulli aut non omni necessario inest. Nam si nulli aut non omni necessario inest, contingere dicimus, ut nulli aut non omni insit.

φησιν ἔσεσθαι πάντας τοὺς τοιούτους συλλογισμούς, καὶ προσέτι τοὺς τὸ ἀποφατικὸν συνάγοντας οὐ τὸ κατὰ τὸν διορισμὸν ἐνδεχόμενον συνάγειν, ἀλλὰ τὸ κατὰ ψιλὴν ἀπόφασιν τοῦ ἀναγκαίου λεγόμενον, ἢ τὸ οὐδενὶ ἐξ ἀνάγκης ἢ τὸ οὐ παντὶ ἐξ ἀνάγκης συναχθήσεσθαι.)

107. Πρῶτον οὖν δεικτέον, ὅτι οὐκ ἀντιστρέφει τὸ ἐν τῷ ἐνδέχεσθαι στερητικόν.

(Aristoteles Analyt. prior. lib. I cap. 17 pag. 36 b. 35 ed. Bekker. Alexander Aphrodisiensis fol. 87 b. (Cf. Scholia in Aristot. pag. 166 b. 15 ed. Brandis.) Ὅτε περὶ τῶν κατὰ τὰς προτάσεις ἀντιστροφῶν ἐποιεῖτο τὸν λόγον, δεικνὺς τίνες τίσιν ἀντιστρέφουσι, μὴ ἀντιστρέφειν μὲν ἑαυτῇ τὴν καθόλου ἀποφατικὴν ἐνδεχομένην εἶπεν, ὑπερέθετο δὲ τὴν αἰτίαν ἀποδώσειν ὕστερον, νῦν δὲ δείκνυσιν. Περὶ ποίας δὲ ἀντιστροφῆς λέγει, ἐδήλωσε παραθέμενος τοὺς ὅρους· περὶ γὰρ τῆς κατὰ τὴν ὑπαλλαγὴν τῶν ὅρων, οὐ περὶ τῆς εἰς τὴν κατάφασιν μεταλήψεως· ἐκείνην γὰρ ἀντιστρέφειν κεῖται. Θεόφραστος μέντοι καὶ Εὔδημος, ὡς κατ' ἀρχὰς ἐμνημονεύσαμεν, ἀντιστρέφειν φασὶ καὶ τὴν καθόλου ἀποφατικὴν αὐτῇ, ὥσπερ ἀντέστρεφε καὶ ἡ ὑπάρχουσα καθόλου ἀποφατικὴ καὶ ἀναγκαία. Ὅτι δὲ ἀντιστρέφει, δεικνύουσιν οὕτως. Εἰ τὸ α' ἐνδέχεται τῷ β' μηδενί· ἐπεὶ δὲ ἐνδέχεται τὸ α' τῷ β' μηδενί, ὅτε ἐνδέχεται μηδενί, τότε ἐνδέχεται ἀπεζεῦχθαι τὸ α' πάντων τῶν τοῦ β'. Εἰ δὲ τοῦτο, ἔσται καὶ τὸ β' τῶν α' ἀπεζευγμένον. Εἰ δὲ τοῦτο, καὶ τὸ β' ἐνδέχεται τῷ α' μηδενί. Ἔοικε δὲ Ἀριστοτέλης βέλτιον αὐτῶν λέγειν, μὴ φάσκων ἀντιστρέφειν τὴν καθόλου ἀποφατικὴν ἐνδεχομένην ἑαυτῇ τὴν κατὰ τὸν διορισμόν. Οὐ γὰρ εἴ τί τινος ἀπέζευκται, ἤδη καὶ ἐνδεχομένως ἀπέζευκται αὐτοῦ.)

108. Ὅτι μὲν οὖν οἱ ἐν τούτοις τοῖς σχήμασι συλλογισμοὶ τελειοῦνται διὰ τῶν ἐν τῷ πρώτῳ σχήματι καθόλου συλλογισμῶν καὶ εἰς τούτους ἀνάγονται, δῆλον ἐκ τῶν εἰρημένων· ὅτι δ' ἁπλῶς πᾶς συλλογισμὸς οὕτως ἕξει, νῦν ἔσται φανερόν, ὅταν δειχθῇ πᾶς γινόμενος διὰ τούτων τινὸς τῶν σχημάτων.

(Aristoteles Analyt. prior. lib. I cap. 23 pag. 40 b. 17 ed. Bekker. Scriptor ignotus apud Menam προθ. ad Galeni isagogen p. νστ. παρὰ ταῦτα μὲν οὖν ἕτερον σχῆμα γενέσθαι συλλογιστικὸν ἀδύνατον ἔδοξε τῷ τε Ἀριστοτέλει καὶ τοῖς περὶ αὐτόν. Ἀδύνατον γὰρ καὶ ἄλλην τινὰ σχέσιν παρὰ τὰς εἰρημένας ἐν τρισὶν ὅροις τὸν μέσον ὅρον πρὸς τοὺς δύο συνταχθῆναι τοὺς ἄκρους. Θεόφραστος δὲ καὶ Εὔδημος καί τινας ἑτέρας συζυγίας παρὰ τὰς ἐκτεθείσας τῷ Ἀριστοτέλει προστεθείκασι τῷ πρώτῳ σχήματι, ἃς καὶ τέταρτον ἀποτελεῖν σχῆμα τῶν νεωτέρων ᾠήθησάν τινες, ὡς πρὸς πατέρα τὴν δόξαν τὸν Γαληνὸν ἀναφέροντες. Cf. Prantl. l. c. p. 572.)

---

107. Primum igitur ostendendum est, contingens privativum non converti.

108. Jam vero syllogismos, qui in his figuris fiunt, per syllogismos universales primæ figuræ perfici et ad hos referri ex prædictis constat. Omnino autem eandem esse rationem omnium syllogismorum, nunc erit perspicuum, quum omnem syllogismum in aliqua ex his figuris confici demonstratum fuerit.

109. At vero unaquæque harum trium figurarum habet sub se plures syllogismorum modos, ut modi sub figuris ita sint, ut sunt species sub suis generibus. Habet enim prima figura sub se Aristotele auctore modos quatuor, sed Theophrastus vel *Eudemus* super hos quatuor quinque alios modos addunt Aristotele dante principium in secundo priorum Analyticorum volumine, quod melius postmodum explicabitur. Secunda figura habet sub se quatuor modos, tertia vero auctore Aristotele sex, addunt etiam alii unum, sicut ipse Porphyrius superiores scilicet sequens; et quoniam, ut superiore libro dictum est, aliæ propositiones affirmativæ sunt, aliæ negativæ, et harum aliæ universales, aliæ vero particulares, secundum eas ipsas propositiones syllogismorum conclusionesque junguntur. Namque primæ figuræ *primus* modus est qui fit ex duabus universalibus affirmativis, universalem affirmativam colligens. Si enim fuerit A terminus in omni B termino, et si B terminus de omni C termino fuerit prædicatus, A terminus de omni C termino prædicabitur. Namque A bonum si prædicetur de omni B justo, ut sit omne justum bonum est, B vero justum si de C prædicetur virtute, ut sit omnis virtus justum est, necessario concluditur extremitatibus ad se invicem prædicatis, id est, A et C, ut sit omnis virtus bonum est. Sunt igitur hujus modi propositiones atque conclusio, si A in omni B fuerit, et B in omni C fuerit, A terminus de omni C prædicabitur, id est *omne justum bonum est, omnis virtus justa est*, et conclusio *omnis igitur virtus bonum est*. Et hic est primæ figuræ modus primus.

Secundus vero modus primæ figuræ est, quoties ex prima universali negativa et secunda universali affirmativa conclusio universali negatione colligitur. Si enim sit A malum, B bonum, C justum, A terminus de nullo B termino prædicabitur; nullum enim bonum malum est, B vero terminus de omni C termino prædicabitur; omne enim justum bonum est; quare colligitur, nullum justum malum est, et est hoc modo : si A terminus de nullo B termino prædicatur, B vero terminus de omni C fuerit prædicatus, A terminus de nullo C prædicabitur, ut est *nullum bonum malum est*, *omne justum bonum est*, *nullum igitur justum malum est*.

Tertius vero modus primæ figuræ est, quoties ex universali affirmativa et particulari affirmativa particularis affirmativa colligitur. Nam si A virtus de omni B, id est bono, prædicetur, et B bonum de quodam C,

id est justo fuerit prædicatum particulariter, erit quoque conclusio particularis, hoc modo ut A virtus de quodam C justo particulariter prædicetur; sic igitur si fuerit A terminus in omni B, et B terminus in aliquo C particulariter, erit A terminus in aliquo C particulariter, ut sit *Omne bonum virtus est*, *quiddam justum bonum est*, *quiddam igitur justum virtus est.*

Quartus modus primæ figuræ est talis, quoties ex universali negatione et particulari affirmatione particularis negativa colligitur. Nam si A terminus de nullo B termino prædicetur, B vero terminus de quodam C termino prædicetur, A terminus de quodam C termino non prædicabitur, quod monstrat subjecta descriptio; nam sunt hujusmodi propositiones : *nullum bonum malum est*, *quiddam justum bonum est, quiddam igitur justum malum non est.* Hos ergo quatuor in prima figura modos in Analyticis suis Aristoteles posuit; cæteros vero quinque modos Theophrastus et *Eudemus* addiderunt, quibus Porphyrius gravissimæ vir auctoritatis visus est consensisse, qui sunt hujusmodi. Nam quoniam particularis affirmativa sibi ipsi convertitur, quisquis ostenderit in conclusione A terminum de quodam C termino particulariter prædicari, in eadem ipsa conclusione monstravit, quod C terminus de A termino rursus particulariter prædicetur. Nam si sibi particularis propositio in conclusione convertitur, si A terminus in quodam C termino fuerit, C terminus de quodam A termino prædicabitur. Item quisquis universalem negativam in conclusione probaverit, necesse est eum ipsius quoque conversionem in eadem conclusione probasse; universalis enim negatio semper sibi convertitur. Nam si quis probavit quod A terminus de nullo C termino prædicetur, non est dubium, quin in hac conclusione illud quoque probatum sit, quod C terminus de nullo A termino prædicetur. Semper enim ut dictum est, universalis negativa sibi ipsi convertitur. Universalis quoque affirmativa duplici conclusione continetur; nam quisquis ostendit A terminum de omni C termino prædicari, id quoque ostendit, quod C terminus de quodam A termino particulariter prædicetur. Si quis enim probaverit, animal de omni homine prædicari ita dicens : omnis homo animal est, illud quoque necessario monstravit particulariter, quoniam quoddam animal homo est. Ita semper universalis affirmatio et universalis negatio vel particularis affirmativa dupliciter concluduntur. Aliæ enim sibi ipsis convertuntur, quæ particularis est, particulariter, quæ universalis, universaliter; alia vero cum ipsa universalis affirmativa sit, particulariter sibi ipsa convertitur, particularis autem negatio nunquam sibi ipsa convertitur, atque ideo simplicem in se retinet conclusionem. Hoc autem, quod nuper diximus, in secundo priorum Analyticorum libro ab Aristotele monstratur, quod scilicet et Theophrastus et *Eudemus* principio sapienter ad alios in prima figura syllogismos adjiciendos animum adjecerunt, qui sunt hujusmodi, qui κατὰ ἀνάκλασιν vocantur, id est, per refractionem quandam conversionemque propositionis.

Et est *quintus* modus ex duabus universalibus affirmationibus particularem colligens affirmativam, hoc modo : si A fuerit in omni B, et B fuerit in omni C, posset equidem concludi, quod A terminus esset in omni C termino; sed quoniam ista universalis propositio, ut dictum est, particulariter convertitur, prætermisso eo quod A terminus de omni C termino prædicatur, conclusio esse dicitur, quod C terminus de quodam A termino prædicatur, quod hoc exemplo demonstrandum est. Si enim sint propositiones sic : *omne justum bonum est*, *omnis virtus juxta est*, posset equidem concludi, quoniam *omnis virtus bonum est.* Sed quoniam ita propositio sibi convertitur, ut sit *quoddam bonum virtus est* particulariter, particularis syllogismus conclusioque colligitur ex duabus universalibus affirmativis. Ejus vero forma talis est : A terminus in omni B, et B terminus in omni C, igitur C terminus in quodam A, ut est *omne justum bonum est, omnis virtus justa est, quoddam bonum virtus est*, per conversionem vero refractionemque dicitur, quoniam quod universaliter colligebatur, conversum particulariter collectum est.

Sextus modus est primæ figuræ, qui fit ex universali negativa et universali affirmativa universalem conclusionem per conversionem colligens. Nam si A terminus in nullo B fuerit, B vero terminus in omni C termino fuerit, posset equidem colligi, quoniam A terminus in nullo C termino est, sed quoniam universalis negativa convertitur, dicimus quoniam C terminus in nullo A termino est, ut sit sic *nullum bonum malum est, omne justum bonum est*, posset colligi *nullum justum malum est*, sed ex his per conversionem colligimus *nullum malum justum est.*

Septimus modus primæ figuræ est, qui ex universali affirmativa et particulari affirmativa per conversionem particularem colligit affirmativam. Si enim fuerit A terminus in omni B, et B terminus de quodam C termino prædicetur, potest A terminus de quodam C termino prædicari. Sed quoniam particularis affirmatio sibi ipsa convertitur, per conversionem fit conclusio et dicitur C terminus de quodam A termino prædicari, ut sit sic *omne bonum virtus est, quiddam justum bonum est*, posset equidem concludi, quoniam *quiddam justum virtus est;* sed quia particularis affirmatio convertitur, dicimus, *quoniam quædam virtus justum est.*

Octavus modus primæ figuræ est, quoties ex universali affirmatione et universali negatione particularis negativa colligitur. Si enim A terminus de omni B termino prædicatus fuerit, B vero terminus de nullo C termino prædicetur, non posset colligi, quoniam A terminus de nullo C termino prædicatur ; cur autem non possit, in Resolutoriis dictum est. Sed quoniam universalis

110. Πρῶτον οὖν εἴπωμεν περὶ τῶν δεικτικῶν· τούτων γὰρ δειχθέντων φανερὸν ἔσται καὶ ἐπὶ τῶν εἰς τὸ ἀδύνατον καὶ ὅλως τῶν ἐξ ὑποθέσεως.

(Aristoteles Analyt. prior. lib. I cap. 23 pag. 40 b. 26 ed. Bekker. Philoponus fol. LX περὶ τῶν ὑποθετικῶν συλλογισμῶν (cf. Scholia in Aristot. p. 169 b. 25 ed. Brandis.) Ἐπειδὴ δὲ ὁ μὲν Ἀριστοτέλης τοσοῦτον εἰπὼν περὶ τῶν ὑποθετικῶν ἐπαύσατο καὶ οὐδὲν ἡμᾶς περὶ αὐτῶν ἐδίδαξεν, ἀλλὰ τὴν πᾶσαν σπουδὴν περὶ τοῦ κατηγορικοῦ συλλογισμοῦ ἐποιήσατο, ἅτε δὴ τούτων μὲν τελείων ὄντων καὶ μηδενὸς ἔξωθεν δεομένων, τῶν δὲ ὑποθετικῶν δεομένων τῶν κατηγορικῶν, εἴπωμεν ἡμεῖς βραχέα περὶ αὐτῶν. Ἰστέον γὰρ ὅτι πολυστίχους πραγματείας περὶ τούτων κατεβάλλοντο οἵ τε μαθηταὶ τοῦ Ἀριστοτέλους οἱ περὶ Θεόφραστον καὶ Εὔδημον καὶ τοὺς ἄλλους, καὶ ἔτι οἱ Στωϊκοί. Εἴπωμεν τίσιν ὀνόμασιν ἐχρήσαντο ἔν τε τοῖς μέρεσιν αὐτῶν καὶ τοῖς ὅλοις οἱ Περιπατητικοὶ καὶ Στωϊκοί, καὶ ἔτι τὴν διαίρεσιν αὐτῶν, καὶ πόσοι τρόποι ἐκ ταύτης ἡμῖν ὑποθετικῶν συλλογισμῶν ἀναφαίνονται. Ἰστέον οὖν ὅτι ἐφεξῆς τούτων ὄντων ἀλλήλοις πραγμάτων, νοημάτων, φωνῶν, πάλιν δ' αὖ καὶ τούτων ἐφεξῆς ὄντων ἐν τοῖς ὑποθετικοῖς συλλογισμοῖς, ὡς γνωσόμεθα, τοῦ ἡγουμένου, τοῦ συνημμένου, τοῦ ἑπομένου, τῆς προσλήψεως, τοῦ συμπεράσματος, οἱ μὲν Περιπατητικοὶ τῇ κοινῇ συνηθείᾳ κεχρημένοι τὰ μὲν πράγματα αὐτὸ τοῦτο πράγματα ὠνόμασαν, καὶ τὰ νοήματα ὡσαύτως, ὁμοίως δὲ καὶ τὰς φωνάς· ἔτι δὲ τὸ ἡγούμενον ἐν τοῖς ὑποθετικοῖς συλλογισμοῖς αὐτὸ τοῦτο ἡγούμενον, καὶ τὸ ἑπόμενον ὡσαύτως· οἷον τὸ εἰ ἡμέρα ἐστί, τοῦτο ἡγούμενον, τὸ δὲ ἥλιος ὑπὲρ γῆν, τοῦτο ἑπόμενον. Ἕπεται γὰρ τῷ πρώτῳ τὸ δεύτερον. Τὸ δὲ ὅλον τοῦτο τὸ εἰ ἡμέρα ἐστίν, ἥλιος ὑπὲρ γῆν ἐστι, τοῦτο συνημμένον διὰ τὸ συνῆφθαι ταῦτα ἀλλήλοις. Τὸ δὲ ἀλλὰ μὴν ἡμέρα ἐστί, τοῦτο οἱ Περιπατητικοὶ μετάληψιν καλοῦσι διὰ τὸ μεταλαμβάνεσθαι ἐκ δευτέρου· ἤδη γὰρ ἐλήφθη ἐν τῷ ἡγουμένῳ. Τὸ δὲ ἥλιος ἄρα ὑπὲρ γῆν τοῦτο συμπέρασμα. Οὕτω μὲν οὖν οἱ Περιπατητικοί, οἱ δὲ Στωϊκοὶ καινοτέραν βαδίζοντες τὰ μὲν πράγματα τυγχάνοντα ὠνόμασαν, διότι τῶν πραγμάτων τυχεῖν βουλόμεθα, τὰ δὲ νοήματα ἐκφορικά, διότι ἅπερ ἐν ἑαυτοῖς νοοῦμεν, ταῦτα εἰς τὸ ἔξω προφέρομεν, τὰς δὲ φωνὰς λεκτά. Τὸ δὲ ἡγούμενον καὶ αὐτοὶ ἡγούμενον ἐκάλεσαν (κατὰ τοῦτο γὰρ μόνον συμφωνοῦσι τοῖς Περιπατητικοῖς), τὸ δὲ ἑπόμενον λῆγον, τὸ δὲ συνημμένον τροπικόν, διότι τρεπόμεθα ἐκ τοῦ ἡγουμένου εἰς τὸ ἑπόμενον (εἰ ἡμέρα ἐστίν, ὁ ἥλιος ὑπὲρ γῆν ἐστι), τὴν δὲ μετάληψιν πρόσληψιν (καὶ ἔμεινε τοῦτο ἐν τῇ συνηθείᾳ), τὸ δὲ συμπέρασμα ἐπιφοράν, διότι τοῖς ἄλλοις πᾶσιν ἐπιφέρεται. Ταῦτα μὲν οὖν τὰ ὀνόματα οἷς κέχρηνται οἵ τε Περιπατητικοὶ καὶ οἱ Στωϊκοί. Alexander Aphrodisiensis ad Analyt. prior. I, 44 p. 50, 39 fol. 160 b. (cf. Scholia in Aristot. p. 184. b. 45 ed. Brandis.) εἰπὼν περὶ τῶν ἐξ ὁμολογίας καὶ τῶν διὰ τῆς εἰς ἀδύνατον ἀπαγωγῆς λέγει καὶ ἄλλους πολλοὺς ἐξ ὑποθέσεως, περὶ ὧν ὑπερτίθεται μέν, ὡς ἐρῶν ἐπιμελέστερον, οὐ μὴν φέρεται αὐτοῦ σύγγραμμα περὶ αὐτῶν. Θεόφραστος δ' αὐτῶν ἐν τοῖς ἰδίοις Ἀναλυτικοῖς μνημονεύει, ἀλλὰ καὶ Εὔδημος καί τινες ἄλλοι τῶν ἑταίρων αὐτοῦ. Boëthius de syllogismo hypothetico ad Symmachum I pag. 606 ed. Bas. Quod igitur apud scriptores quidem græcos perquam rarissimos strictim atque confuse, apud latinos vero nullos repperi, id tuæ scientiæ dedicatum noster etsi diuturnus, cœpti tamen efficax labor excoluit. Nam cum categoricorum syllogismorum plenissime notitiam

---

negativa sibi ipsa convertitur, potest dici et converti, quoniam C terminus de nullo B termino prædicatur, B vero terminus de quodam A termino dicitur, quoniam universalis affirmativa particulariter sibi ipsa convertitur, quare C terminus de quodam A termino non prædicabitur, ut sit sic *omne bonum justum est*, *nullum malum bonum est*, non posset colligi, quoniam *nullum malum justum est*, sed convertitur sic *nullum bonum malum est*, *quiddam justum bonum est*, *quiddam igitur justum malum non est*.

Nonus modus primæ figuræ est, qui ex particulari affirmativa et universali negativa particularem colligit negativam per conversionem. Si enim A terminus de quodam B termino, B vero terminus de nullo C termino prædicetur, non potest quidem dici, quoniam A terminus de quodam C termino non prædicabitur. Cur autem non possit, hoc quoque in Resolutoriis diximus. Sed quoniam universalis negatio converti potest, dicetur, quoniam C terminus de nullo B termino prædicatur, et B terminus de quodam A prædicatur, C igitur terminus de quodam A non prædicabitur, ut sit sic *quoddam bonum justum est*, *nullum malum bonum est*, *quiddam igitur justum malum non est*. Expeditis igitur novem primæ figuræ modis ad secundæ figuræ quatuor modos veniamus. (Boëthius de syllogismo categorico, lib. II, p. 594-596 ed. Basil. De tribus syllogismorum figuris: At vero unaquaeque, etc.)

110. Primum igitur dicamus de syllogismis probativis; de quibus quum hoc demonstratum fuerit, perspicuum erit etiam in syllogismis ad impossibile perducentibus et omnino in hypotheticis.

111. Sed quoniam de hypotheticis loquimur, quid significet hypothesis, prædicendum est. Hypothesis namque, unde hypothetici syllogismi accepere vocabulum, duobus, ut Eudemo placet, dicitur modis. Aut enim tale acquiritur aliquid per quandam inter se consentientium conditionem, quod fieri nullo modo possit, ut ad suum terminum ratio perducatur, aut in conditione

percepisses, de hypotheticis syllogismis sæpe quærebas, in quibus nihil est ab Aristotele conscriptum, Theophrastus vero vir omnis doctrinæ capax rerum tantum summas exsequitur, *Eudemus* latiorem docendi graditur viam, sed ita ut veluti quædam seminaria sparsisse, nullum tamen frugis videatur extulisse proventum.)

112. Οὐδὲν δὲ δεῖ τὸν ὁριζόμενον καὶ διαιρούμενον ἅπαντα εἰδέναι τὰ ὄντα. Καίτοι ἀδύνατόν φασί τινες εἶναι τὰς διαφορὰς εἰδέναι τὰς πρὸς ἕκαστον μὴ εἰδότα ἕκαστον· ἄνευ δὲ τῶν διαφορῶν οὐκ εἶναι ἕκαστον εἰδέναι· οὗ γὰρ μὴ διαφέρει, ταὐτὸν εἶναι τούτῳ, οὗ δὲ διαφέρει, ἕτερον τούτου. Πρῶτον μὲν οὖν τοῦτο ψεῦδος· οὐ γὰρ κατὰ πᾶσαν διαφορὰν ἕτερον· πολλαὶ γὰρ διαφοραὶ ὑπάρχουσι τοῖς αὐτοῖς τῷ εἴδει, ἀλλ' οὐ κατ' οὐσίαν οὐδὲ καθ' αὑτά. Εἶτα ὅταν λάβῃ τἀντικείμενα καὶ τὴν διαφορὰν καὶ ὅτι πᾶν ἐμπίπτει ἐνταῦθα ἢ ἐνταῦθα, καὶ λάβῃ ἐν θατέρῳ τὸ ζητούμενον εἶναι, καὶ τοῦτο γινώσκῃ, οὐδὲν διαφέρει εἰδέναι ἢ μὴ εἰδέναι ἐφ' ὅσων κατηγοροῦνται ἄλλων αἱ διαφοραί. Φανερὸν γὰρ ὅτι ἂν οὕτω βαδίζων ἔλθῃ εἰς ταῦτα ὧν μηκέτι ἐστὶ διαφορά, ἕξει τὸν λόγον τῆς οὐσίας. Τὸ δ' ἅπαν ἐμπίπτειν εἰς τὴν διαίρεσιν, ἂν ᾖ ἀντικείμενα ὧν μή ἐστι μεταξύ, οὐκ αἴτημα· ἀνάγκη γὰρ ἅπαν ἐν θατέρῳ αὐτῶν εἶναι, εἴπερ ἐκείνου διαφορὰ ἔσται.

(Aristoteles Analyt. poster. lib. II cap. 13 pag. 97. a. 6 ed. Bekker. Anonymus in Scholiis Aristot. pag. 248. a. ed. Brandis. Σπευσίππου ταύτην τὴν δόξαν Εὔδημος εἶναι λέγει, τὴν ὅτι ἀδύνατόν ἐστιν ὁρίσασθαί τι τῶν ὄντων μὴ πάντα τὰ ὄντα εἰδότα. Itaque Eudemo auctore Themistius et Philoponus usi sunt, qui hæc ab Aristotele contra Speusippum dicta esse referunt. Conf. Brandisius in Mus. Rhen. I p. 270

ΠΕΡΙ ΛΕΞΕΩΣ.

113. Πρῶτον τοίνυν διωρίσθω, τί ἐστι πρότασις διαλεκτικὴ καὶ τί πρόβλημα διαλεκτικόν. Οὐ γὰρ πᾶσαν πρότασιν οὐδὲ πᾶν πρόβλημα διαλεκτικὸν θετέον· οὐδεὶς γὰρ ἂν προτείνειε νοῦν ἔχων τὸ μηδενὶ δοκοῦν, οὐδὲ προβάλοι τὸ πᾶσι φανερὸν ἢ τοῖς πλείστοις· τὰ μὲν γὰρ οὐκ ἔχει ἀπορίαν, τὰ δ' οὐδεὶς ἂν θείη. Ἔστι δὲ πρότασις διαλεκτικὴ ἐρώτησις ἔνδοξος ἢ πᾶσιν ἢ τοῖς πλείστοις ἢ τοῖς σοφοῖς, καὶ τούτοις ἢ πᾶσιν ἢ τοῖς πλείστοις ἢ τοῖς μάλιστα γνωρίμοις, μὴ παράδοξος.

---

posita consequentia vi conjunctionis vel disjunctionis ostenditur. Ac prioris quidem positionis exemplum est, veluti cum res omnes corporales materiæ formæque concursu subsistere demonstramus. Tunc enim quod per rerum naturam fieri non potest, ponimus, id est, omnem formæ naturam a subjecta materia, si non re, saltem cogitatione separamus; et quoniam nihil ex rebus corporeis reliquum fit, demonstratum atque ostensum putamus eisdem convenientibus corporalium rerum substantiam confici, quibus a se distinctis ac discedentibus interimatur. In hoc igitur exemplo posita consentiendi conditione, ut id paulisper fieri intelligatur quod fieri non potest, id est, ut formæ a materia separentur, quid consequatur intendimus, perire scilicet corpora, ut eadem ex iisdem consistere comprobemus. Nam quoniam interitus corporalium rerum consequitur, jure dicimus res omnes corporeas forma materiaque constare. Quæ vero a simplicibus differunt, illæ sunt, quando aliquid dicitur esse vel non esse, si quid vel fuerit vel non fuerit. Hae semper cum conjunctionibus proponuntur, ut cum dicimus : si homo est, animal est. Fiunt vero propositiones hypotheticæ etiam per disjunctionem ita : aut hoc est, aut illud est. Omnis igitur hypothetica propositio vel per connexionem fit (per connexionem vero illum quoque modum, qui per negationem fit, esse pronuntio), vel per disjunctionem; uterque enim modus ex simplicibus propositionibus comparatur. (Boëthius de Syllogismo hypothetico ad Symmachum, I, pag. 607 ed. Basil.)

112. Neque vero oportet eum qui definiat ac dividat res omnes nosse. Quamquam nonnulli affirmant fieri non posse, ut rerum inter se discrimina teneamus, nisi singulas res cognoverimus; sine differentiis autem non posse singula intelligi : id enim a quo hoc non differt, idem cum hoc esse : id vero a quo differt, diversum esse ab hoc. Primum igitur hoc falsum est. Non enim secundum quamvis differentiam est aliud, quandoquidem iis quæ sunt eadem specie, multæ sunt differentiæ, non tamen rei naturæ convenienter, nec per se. Deinde ubi quis sumpsit tum opposita, tum differentiam, et quidvis in hanc vel illam partem cadere, ac sumpsit in altera parte esse id quod quæritur, idque cognoscit, nihil refert utrum sciat an ignoret, quibus aliis hae differentiæ attribuantur. Apparet enim, si ita progrediens pervenerit ad ea quorum non est amplius differentia, eum habiturum esse definitionem. Sed ut quidvis in divisionem cadat, si sint opposita medio carentia, non est postulatum. Necesse enim est quidvis in altero eorum esse, si quidem illius differentia erit.

DE DICTIONE.

113. Primum igitur definiatur, quid sit propositio dialectica et quid problema dialecticum. Nec enim omnis propositio nec omnis proposita quæstio dialectica existimari debet. Nemo enim mentis compos principium ponet quod nemini videtur, neque pro quæstione habebit, quod sit perspicuum omnibus aut plerisque, quoniam hæc nihil dubitationis habent, illa vero nemo

(Aristoteles Topic. lib. I cap. 10 pag. 104. a. 3 ed. Bekker. Alexander Aphrodisiensis in Aristot. Topic. pag. 38 ed. Ald. (cf. Scholia in Aristot. p. 258. b. 22 ed. Brandis.) ἔστι μὲν οὖν πρότασις διαλεκτικὴ ἐρώτησις ἔνδοξος. Οὔτε οὖν πᾶσα πρότασις ἐρώτησις, ἀλλ' ἡ διαλεκτική, οὐδὲ πᾶσα ἐρώτησις πρότασις, ἀλλ' ἡ διαλεκτική. Ἔστι γὰρ εἴδη πλείω τῶν ἐρωτήσεων. Οὐ γὰρ μόνον ἐρώτησις προτάσεων γίνεται, ἀλλ' ὡς Εὔδημος ἐν τοῖς περὶ λέξεως εἰρηκεν, οἱ ἐρωτῶντες ἢ περὶ συμβεβηκότος ἐρωτῶσιν· ἢ γὰρ προθέντες τι καὶ ὁρίσαντες πυνθάνονται τὸ τούτῳ συμβεβηκός, ὡς οἱ ἐρωτῶντες τίς τοῦ πυρὸς ἡ κατὰ φύσιν κίνησις, ἢ τί Σωκράτει συμβέβηκεν· ἢ ἔμπαλιν τὸ μὲν συμβεβηκὸς ὁρίζουσί τε καὶ λαμβάνουσιν ἐν τῇ ἐρωτήσει, ᾧ δὲ τοῦτο συμβέβηκεν ἀξιοῦσι μαθεῖν, ὡς ὁ ἐρωτῶν τίνι τὸ λευκὸν ἢ τὸ μέλαν τῶν ζῴων συμβέβηκε, καὶ τί τῶν ἀγαθῶν δι' αὑτό ἐστιν αἱρετόν, καὶ τίς ἐστιν ὁ καθήμενος. Καὶ τοῦτο μὲν ἓν εἶδος ἐρωτήσεως, ἄλλο δὲ περὶ οὐσίαν, ὅταν προενεγκάμενοι τί ποτέ ἐστι τοῦτο, διὰ τῆς ἐρωτήσεως ἐξετάζωμεν, ὡς ὁ ἐρωτῶν τί ἐστιν ἄνθρωπος; ὁ γὰρ οὕτως ἐρωτῶν τὴν οὐσίαν τοῦ πράγματος ἀξιοῖ, ἀλλ' οὐχ ὃ συμβέβηκεν αὐτῷ μαθεῖν. Τρίτον εἶδος ἐρωτήσεώς ἐστιν, ὅταν περὶ προτάσεώς τις τὴν ἐρώτησιν ποιῆται, εἶτα ἀπόκρισιν αὐτῆς αἰτῶν τὸ ἕτερον τῆς ἀντιφάσεως μέρος προτείνῃ, οἷον ἆρά γε ὁ κόσμος σφαιροειδής; ὑπὸ τοῦτο τὸ εἶδος τῆς ἐρωτήσεώς ἐστι καὶ ἡ διαλεκτικὴ πρότασις.)

114. Ὅρον δὲ καλῶ εἰς ὃν διαλύεται ἡ πρότασις, οἷον τό τε κατηγορούμενον καὶ τὸ καθ' οὗ κατηγορεῖται, ἢ προστιθεμένου ἢ διαιρουμένου τοῦ εἶναι καὶ μὴ εἶναι.

(Aristoteles Analyt. prior. lib. I cap. 1 pag. 24. b. 16 ed. Bekker. Alexander Aphrodisiensis fol. 7 b. (cf. Scholia in Aristot. p. 146 a. 44 ed. Brandis.) τὸ δὲ « προστιθεμένου ἢ διαιρουμένου τοῦ εἶναι ἢ μὴ εἶναι » προσέθηκεν, ἵνα μή τινες ἀγνοήσαντες, ὅταν τὸ ἔστι τρίτον προσκατηγορῆται ἐν τῇ προτάσει, διαιροῦντες τὴν πρότασιν τὸ εἶναι ἢ μὴ εἶναι τρίτον ὅρον ἡγῶνται εἶναι· οὐ γὰρ ὅρος ἐν ταῖς τοιαύταις προτάσεσι τὸ ἔστιν, ἀλλὰ προστιθέμενον μὲν σύνθεσιν σημαίνει τοῦ κατηγορουμένου καὶ τοῦ ὑποκειμένου, καὶ ἔστι καταφάσεως δηλωτικόν, ἀποφατικῶς δὲ λεγόμενον διαιρεῖ τε καὶ χωρίζει τοὺς ὅρους ἀπ' ἀλλήλων, καὶ ἔστιν ἀποφάσεως δηλωτικόν· εἰς γὰρ δύο ὅρους πᾶσα διαιρεῖται πρότασις. Ὅτι γὰρ μήτε ὅρος τὸ ἔστι, μήτε ὅρου μερος, δῆλον εἶναι δοκεῖ ἐκ τοῦ καὶ τὴν κατάφασιν καὶ τὴν ἀπόφασιν τὰς ἀντικειμένας ἐκ τῶν αὐτῶν ὅρων συγκεῖσθαι. Δοκεῖ δὲ ὅρος γίνεσθαι τὸ ἔστιν ὅταν μόνον· δοκεῖ γὰρ τότε τὸ ἔστι κατηγορούμενος ὅρος εἶναι. Οὐ μὴν ἀλλ' εἰ ἀκριβολογοῖτό τις, οὐδὲ τότε ἐστὶ καθ' αὑτὸ ὅρος τὸ ἔστιν. Ἡ γὰρ λέγουσα πρότασις « Σωκράτης ἔστιν » ἴσον δύναται τῇ Σωκράτης ὤν ἐστιν, ἐν ᾗ γίνεται τὸ ὢν μετὰ τοῦ ἐστίν. Ὁ δὲ κατηγορούμενος ὅρος οὗτός ἐστιν... Καὶ εἴη ἂν καταλληλότερον ἡ λέξις ἔχουσα, εἰ οὕτως λέγοιτο « προστιθεμένου τοῦ εἶναι ἢ μὴ εἶναι ἢ διαιρουμένου. » Ἢ ἄτοπον τὸ μηδ' ὅλως λέγειν τὸ ἔστιν ἐν ταῖς οὕτως ἐχούσαις προτάσεσι κατηγορεῖσθαι, καὶ ταῦτα Εὐδήμου ἐν τῷ πρώτῳ περὶ Λέξεως δεικνύντος τοῦτο διὰ πλειόνων. Cod. Paris. ap. Brandis. l. c. σύνηθές ἐστι τῷ Ἀριστοτέλει προσκατηγορούμενον λέγειν τὸ ἔστιν, οἷον ἄνθρωπος φιλοσοφῶν ἐστι· συγκατηγορεῖται γὰρ ἰδοὺ τὸ ἔστι κατὰ τοῦ ἀνθρώπου μετὰ τοῦ φιλοσοφεῖν· ὅπερ δή ἐστιν ὃ οὐ βούλονται οἱ περὶ Ἀλέξανδρον λέγειν ὅρον οὐδὲ μέρος προτάσεως, ἀλλὰ συνθέσεως μηνυτικὸν μόριον τῶν ἐν τῇ προτάσει ὅρων. Ἀριστοτέλης μὲν οὖν οὕτω φρονεῖ περὶ τοῦ ἔστι καὶ Ἀλέξανδρος· Εὔδημος δὲ ἐν τῷ πρώτῳ περὶ Λέξεως δείκνυσι διὰ πλειόνων, ὅτι τὸ ἔστιν ἐν ταῖς ἁπλαῖς κατηγορεῖται καὶ ὅρος ἐστίν, οἷον Σωκράτης ἔστι, Σωκράτης οὐκ ἔστι.)

115. Ἔτι δὲ οἱ ἀκριβέστεροι τῶν λόγων οἱ μὲν τῶν πρός τι ποιοῦσιν ἰδέας, ὧν οὔ φαμεν εἶναι καθ' αὑτὸ γένος, οἱ δὲ τρίτον ἄνθρωπον λέγουσιν.

(Aristoteles Metaph. lib. I cap. 9 pag. 990. b. 15 ed. Bekker. Alexander Aphrodisiensis pag. 61 seq. ed. Bonitz. ὁ μὲν καὶ τῶν πρός τι κατασκευάζων ἰδέας λόγος τοιοῦτός ἐστιν. Ἐφ' ὧν ταὐτόν τι πλειόνων κατηγορεῖται μὴ ὁμωνύμως, ἀλλ' ὡς μίαν τινὰ δηλοῦν φύσιν, ἤτοι τῷ κυρίως τὸ ὑπὸ τοῦ κατηγορουμένου σημαινόμενον εἶναι ταῦτα ἀληθεύεται κατ' αὐτῶν, ὡς ὅταν ἄνθρωπον λέγωμεν Σωκράτην καὶ Πλάτωνα, ἢ τῷ εἰκόνας αὐτὰ εἶναι τῶν ἀληθινῶν, ὡς ἐπὶ τῶν γεγραμμένων ὅταν τὸν ἄνθρωπον κατηγορῶμεν· δηλοῦμεν γὰρ ἐπ' ἐκείνων τὰς τῶν ἀνθρώπων εἰκόνας τὴν αὐτήν τινα φύσιν ἐπὶ πάντων σημαίνοντες, ἢ ὡς τὸ μὲν αὐτῶν ὂν τὸ παράδειγμα, τὰ δὲ εἰκόνας, ὡς εἰ ἀνθρώπους Σωκράτη τε καὶ τὰς εἰκόνας αὐτοῦ λέγοιμεν. Κατηγοροῦμεν δὲ τῶν ἐνταῦθα τὸ ἴσον αὐτὸ ὁμωνύμως αὐτῶν κατηγορούμενον· οὔτε γὰρ ὁ αὐτὸς πᾶσιν αὐτοῖς ἐφαρμόζει λόγος, οὔτε τὰ ἀληθῶς

admiserit. Est autem propositio dialectica interrogatio probabilis aut omnibus aut plerisque aut sapientibus, atque his vel omnibus vel plurimis vel nobilissimis, a communi opinione non abhorrens.

114. Terminum vero appello in quem solvitur propositio, ut attributum et id cui attribuitur, sive adjicitur sive separatur verbum esse vel non esse.

115. Insuper rationes aliæ, quæ certiores sunt, ex rebus ad aliquid relatis ideas faciunt, quarum per se genus esse negamus; aliæ vero tertium hominem perhibent.

ἴσα σημαίνομεν· κινεῖται γὰρ τὸ ποσὸν ἐν τοῖς αἰσθητοῖς καὶ μεταβάλλει συνεχῶς καὶ οὐκ ἔστιν ἀφωρισμένον. Ἀλλ' οὐδὲ ἀκριβῶς τὸν τοῦ ἴσου λόγον ἀναδεχόμενον τῶν ἐνταῦθα ἐστί τι. Ἀλλὰ μὴν ἀλλ' οὐδὲ ὡς τὸ μὲν παράδειγμα αὐτῶν, τὸ δὲ εἰκόνα· οὐδὲν γὰρ μᾶλλον θάτερον θατέρου παράδειγμα ἢ εἰκών. Εἰ δὲ καὶ δέξαιτό τις μὴ ὁμώνυμον εἶναι τὴν εἰκόνα τῷ παραδείγματι, ἀεὶ ἕπεται ταῦτα τὰ ἴσα ὡς εἰκόνας εἶναι ἴσα τοῦ κυρίως καὶ ἀληθῶς ἴσου. Εἰ δὲ τοῦτο, ἔστι τι αὐτόϊσον καὶ κυρίως, πρὸς ὃ τὰ ἐνθάδε ὡς εἰκόνες γίνεταί τε καὶ λέγεται ἴσα, τοῦτο δέ ἐστιν ἰδέα, παράδειγμα καὶ εἰκὼν τοῖς πρὸς αὐτὸ γινομένοις. Εἷς μὲν οὖν οὗτος λόγος ὁ καὶ τῶν πρός τι κατασκευάζων ἰδέας, δοκῶν ἐπιμελέστερον καὶ ἀκριβέστερον καὶ προσεχέστερον ἅπτεσθαι τῆς δείξεως τῶν ἰδεῶν. Οὐδὲ γὰρ τὸ κοινὸν εἶναί τι παρὰ τὰ καθ' ἕκαστα ἁπλῶς οὗτος ὁ λόγος δοκεῖ δεικνύναι, ὥσπερ οἱ πρὸ αὐτοῦ, ἀλλὰ τὸ παράδειγμά τι εἶναι τῶν ἐνταῦθα ὄντων κυρίως ὄν· τοῦτο γὰρ χαρακτηριστικὸν εἶναι δοκεῖ τῶν ἰδεῶν μάλιστα. Τοῦτον δὴ τὸν λόγον φησὶ καὶ τῶν πρός τι ἰδέας κατασκευάζειν. Ἡ γοῦν δεῖξις ἡ νῦν ἐπὶ τοῦ ἴσου προῆλθεν, ὅ ἐστι τῶν πρός τι· τῶν δὲ πρός τι οὐκ ἔλεγον ἰδέας εἶναι διὰ τὸ τὰς μὲν ἰδέας καθ' αὑτὰς ὑφεστάναι αὐτοῖς οὐσίας τινὰς οὔσας, τὰ δὲ πρός τι ἐν τῇ πρὸς ἄλληλα σχέσει τὸ εἶναι ἔχειν. Ἔτι δὲ εἰ τὸ ἴσον ἴσῳ ἴσον, πλείους ἰδέαι τοῦ ἴσου ἂν εἶεν· τὸ γὰρ αὐτόϊσον αὐτοΐσῳ ἴσον· εἰ γὰρ μηδενὶ ἴσον, οὐδὲ ἴσον ἂν εἴη. Ἔτι δεήσει καὶ τῶν ἀνίσων κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον ἰδέας εἶναι· ὁμοίως γὰρ τῶν ἀντικειμένων ἔσονταί γε ἢ οὐκ ἔσονται ἰδέαι· τὸ δὲ ἄνισον ὁμολογεῖται καὶ κατ' αὐτοὺς ἐν πλείοσιν εἶναι. Πάλιν δὲ ἐκοινοποίησε τὴν δόξαν ὡς πρὸς οἰκείαν οὖσαν αὐτὴν λέγων, διὰ τοῦ εἰπεῖν « ὧν οὔ φαμεν εἶναι καθ' αὑτὸ γένος », γένος λέγων ἀντὶ τοῦ ὑπόστασιν καὶ φύσιν, εἴγε τὸ πρός τι παραφυάδι ἔοικεν, ὡς ἐν ἄλλοις εἶπεν. Ὁ δὲ λόγος ὁ τὸν τρίτον ἄνθρωπον εἰσάγων τοιοῦτος. Λέγουσι τὰ κοινῶς κατηγορούμενα τῶν οὐσιῶν κυρίως τε εἶναι τοιαῦτα, καὶ ταῦτα εἶναι τὰ ἴσα. Ἔτι τὰ ὅμοια ἀλλήλοις τοῦ αὐτοῦ τινος μετουσίᾳ ὅμοια ἀλλήλοις εἶναι, ὃ κυρίως ἐστὶ τοῦτο· καὶ τοῦτο εἶναι τὴν ἰδέαν. Ἀλλ' εἰ τοῦτο, καὶ τὸ κατηγορούμενον τινῶν κοινῶς, ἂν μὴ ταὐτὸν ᾖ ἐκείνων τινὶ ὧν κατηγορεῖται, ἄλλο τί ἐστι παρ' ἐκεῖνα· διὰ τοῦτο γὰρ γένος ὁ αὐτοάνθρωπος, ὅτι κατηγορούμενος τῶν καθ' ἕκαστα οὐδενὶ αὐτῶν ἦν ὁ αὐτός. Τρίτος ἄνθρωπος ἔσται τις παρά τε τὸν καθ' ἕκαστα, οἷον Σωκράτη καὶ Πλάτωνα, καὶ παρὰ τὴν ἰδέαν, ἥτις καὶ αὐτὴ μία κατ' ἀριθμόν ἐστιν. Ἦν δέ τις λόγος ὑπὸ τῶν σοφιστῶν λεγόμενος τρίτον ἄνθρωπον εἰσάγων τοιοῦτος. Εἰ λέγοντες « ἄνθρωπος περιπατεῖ » οὔτε τὸν ὡς ἰδέαν ἄνθρωπον περιπατεῖν λέγομεν (ἀκίνητος γὰρ ἐκείνη) οὔτε τῶν καθ' ἕκαστά τινα (πῶς γὰρ ὃν μὴ γνωρίζομεν; τὸ μὲν γὰρ ἄνθρωπον περιπατεῖν γνωρίζομεν, τίς δὲ τῶν καθ' ἕκαστά ἐστιν ἐφ' ᾧ λέγομεν, οὐ γνωρίζομεν), ἄλλον τινὰ παρὰ τούτους τρίτον ἄνθρωπον λέγομεν περιπατεῖν· τρίτος ἄρα ἄνθρωπος ἔσται, οὗ τὸ περιπατεῖν κατηγορήσαμεν. Τούτῳ δὴ τῷ λόγῳ ὄντι σοφιστικῷ ἀφορμὰς ἐνδιδόασιν οἱ χωρίζοντες τὸ κοινὸν τῶν καθ' ἕκαστα, ὃ ποιοῦσιν οἱ τὰς ἰδέας τιθέμενοι. Λέγει δὲ Φανίας ἐν τῷ πρὸς Διόδωρον Πολύξενον τὸν σοφιστὴν τὸν τρίτον ἄνθρωπον εἰσάγειν λέγοντα εἰ κατὰ μετοχήν τε καὶ μετουσίαν τῆς ἰδέας καὶ τοῦ αὐτοανθρώπου ὁ ἄνθρωπός ἐστι, δεῖ τινα εἶναι ἄνθρωπον ὃς πρὸς τὴν ἰδέαν ἕξει τὸ εἶναι. Οὔτε δὲ ὁ αὐτοάνθρωπος, ὅς ἐστιν ἰδέα, κατὰ μετοχὴν ἰδέας, οὔτε ὁ τὶς ἄνθρωπος. Λείπεται ἄλλον τινὰ εἶναι τρίτον ἄνθρωπον τὸν πρὸς τὴν ἰδέαν τὸ εἶναι ἔχοντα ». Δείκνυται καὶ οὕτως ὁ τρίτος ἄνθρωπος. Εἰ τὸ κατηγορούμενον τινῶν πλειόνων ἀληθῶς καὶ ἔστιν ἄλλο παρὰ τὰ ὧν κατηγορεῖται, κεχωρισμένον αὐτῶν (τοῦτο γὰρ ἡγοῦνται δεικνύναι οἱ τὰς ἰδέας τιθέμενοι· διὰ τοῦτο γάρ ἐστί τι αὐτοάνθρωπος κατ' αὐτούς, ὅτι ὁ ἄνθρωπος κατὰ τῶν καθ' ἕκαστα ἀνθρώπων πλειόνων ὄντων ἀληθῶς κατηγορεῖται καὶ ἄλλος τῶν καθ' ἕκαστα ἀνθρώπων ἐστίν) — ἀλλ' εἰ τοῦτο, ἔσται τις τρίτος ἄνθρωπος. Εἰ γὰρ ἄλλος ὁ κατηγορούμενος ὧν κατηγορεῖται, καὶ κατ' ἰδίαν ὑφεστώς, κατηγορεῖται δὲ κατά τε τῶν καθ' ἕκαστα καὶ κατὰ τῆς ἰδέας ὁ ἄνθρωπος, ἔσται τρίτος τις ἄνθρωπος παρά τε τοὺς καθ' ἕκαστα καὶ τὴν ἰδέαν. Οὕτως δὲ καὶ τέταρτος ὁ κατά τε τούτου καὶ τῆς ἰδέας καὶ τῶν καθ' ἕκαστα κατηγορούμενος, ὁμοίως δὲ καὶ πέμπτος, καὶ τοῦτο ἐπ' ἄπειρον. Ἔστι δὲ ὁ λόγος οὗτος τῷ πρώτῳ ὁ αὐτός, ἐπεὶ ἔθεντο τὰ ὅμοια τοῦ αὐτοῦ τινος μετουσίᾳ ὅμοια εἶναι· ὅμοιοι γὰρ οἵ τε ἄνθρωποι καὶ αἱ ἰδέαι. Ἀμφοτέρους δὴ τοὺς δοκοῦντας ἀκριβεστέρους εἶναι λόγους διήλεγξε, τὸν μὲν ὡς καὶ τῶν πρός τι κατασκευάζοντα ἰδέας, τὸν δὲ ὡς τρίτον ἄνθρωπον εἰσάγοντα, εἶτα ἐπ' ἄπειρον αὔξοντα τοὺς ἀνθρώπους. Ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον αὐξηθήσεται ὧν λέγουσιν ἰδέας εἶναι. Τῇ μὲν οὖν πρώτῃ τοῦ τρίτου ἀνθρώπου ἐξηγήσει ἄλλοι τε κέχρηνται καὶ Εὔδημος σαφῶς ἐν τοῖς περὶ Λέξεως, τῇ δὲ τελευταίᾳ αὐτὸς ἔν τε τῷ τετάρτῳ περὶ Ἰδεῶν καὶ ἐν τούτῳ μετ' ὀλίγον. Ergo certiores rationes appellari judicat Alexander, quibus non solum commune quidpiam præter singulas res esse demonstretur, verum idem quoque exemplar, quod singulæ res imitentur. Cujus quidem generis quæ duo affert exempla, ea aliquid offensionis habent. Quippe Aristoteles rerum etiam ad aliquid relatarum ideas esse effici istis rationibus ait. Sed quæritur, quem tertium hominem intelligat Stagirites, qua appellatione nihil olim celebratius fuit. Est autem hic ejus appellationis sensus. Quod communiter de pluribus rebus prædicatur, id diversum ac sejunctum ab illis exstat; atqui tum de sensibili homine tum de hominis idea, cujus communione ille exsistit,

humanitas prædicatur, siquidem utrique hominis nomen imponitur. Quocirca tertius homo præter sensibilem hominem et hominis ideam illa, quam dixi, humanitas est. Verum sic in infinitum nos abire posse apparet. Cæterum copiose de hoc loco disputat Bonitzius comm. in Aristot. Metaph. p. 111 seq.)

116. Δεικτέον δὲ τὸ μετὰ τοῦτ' ἂν εἴη, διὰ τί παρὰ τὸ διττὸν τοσαυταχῶς, ὁσαχῶς Ἀριστοτέλης φησί, συνίσταται. Ἔσται δὴ λόγος σύνθεσις ὀνομάτων. Ἀνάγκη τὸ διττὸν ἢ ἔν τινι τούτων εἶναι τῶν ὀνομάτων, ἢ ἐν αὐτῷ τῷ λόγῳ (τρίτον γὰρ οὐδὲν ἔχομεν) καὶ τοῦτο ἢ ἐνεργείᾳ ἢ δυνάμει ἢ φαντασίᾳ· παρὰ ταῦτα γὰρ οὐδὲν ἕτερόν τις ἂν εὕροι ὑπάρχον. Ἐνεργείᾳ μὲν γὰρ τὸ διττὸν ἔχουσι παρά τε τὴν ὁμωνυμίαν καὶ τὴν ἀμφιβολίαν, καὶ ἐν ὀνόματι μὲν ὁ παρὰ τὴν ὁμωνυμίαν, ἐν λόγῳ δὲ ὁ παρὰ τὴν ἀμφιβολίαν. Ἐπεὶ δὲ ἔχομεν τὸ ἐνεργείᾳ τε καὶ δυνάμει, λείπεται φαντασίᾳ. Τοῦτο δέ ἐστι τὸ παρὰ τὸ σχῆμα τῆς λέξεως, καθάπερ ἐλέγετο ἔμπροσθεν.

Φαίνεται γὰρ καὶ τὸ ὄνομα διττὸν οὐχ οὕτως ἔχον, καὶ ὁ λόγος ὁμοίως οὐ τοιοῦτος ὤν [b]. Καθ' ἕκαστον δὲ τῶν εἰρημένων τὰ παραδείγματα λάβοι τις ἂν ἔκ τε τῶν Ἀριστοτέλους καὶ Εὐδήμου κἀξ ἄλλων.

(Galenus περὶ τῶν παρὰ τὴν λέξιν σοφισμάτων cap. 3. tom. XIV p. 593 ed. Kühn (Tom. IV p. 32 ed. Basil.) scripsi : [a] οὐδὲν ἕτερόν τις ἂν εὕροι] codd. οὐδὲν ἕτερόν τις εὕροι. — [b] καὶ ὁ λόγος ὁμοίως οὐ τοιοῦτος ὢν] cum Spengelio; codd. καὶ ὁ λόγος ὁμοίως καὶ οὐ τοσοῦτον. — [c] καθ' ἕκαστον δὲ τῶν εἰρημένων τὰ παραδείγματα λάβοι τις ἂν ἔκ τε τῶν Ἀριστοτέλους καὶ Εὐδήμου κἀξ ἄλλων] cum eodem, nisi quod δὲ particulam adjeci ; codd. καθ' ἕκαστον τῶν προειρημένων· τὰ παραδείγματα λάβοι τις ἂν ἔκ τε τῶν καὶ Εὐδήμου κἀξ ἄλλων. Sed non satis certa est libelli mutili et male scripti emendatio. Idem Galenus de suis commentariis, tom. IV, p. 367 ed. Basil. hæc tradit : τούτων τῶν ὑπομνημάτων ἁπάντων οὐδὲν ὡς πρὸς ἔκδοσιν ἐγράφη, καθάπερ οὐδὲ τὰ ς' τὰ εἰς Θεοφράστου βιβλίον δ περὶ καταφάσεως καὶ ἀποφάσεως ἔγραψε. Τὰ δ' εἰς πρότερον (leg. τὸ περὶ) λέξεως Εὐδήμου πρότερον ἑτέροις ἀξιώμασιν ἐποίησα. Præcedunt autem commentarii in Aristotelis περὶ ἑρμηνείας libellum et Ἀναλυτικῶν libros. Inter ea vero, quæ postea diligentius elaboraverat, volumina enumerantur p. 368, περὶ ἑρμηνείας, πρότερα Ἀναλυτικά, εἰς τὰς Κατηγορίας, εἰς τὸ περὶ καταφάσεως καὶ ἀποφάσεως Θεφράστου, περὶ τοῦ ποσαχῶς, εἰς τὸ περὶ λέξεως Εὐδήμου ὑπομνήματα γ', περὶ τῶν κατὰ τὸ διότι ἀποδείξεων, περὶ τῶν ἐνδεχομένων προτάσεων καὶ συλλογισμῶν, περὶ τῶν ἐκ μικτῶν προτάσεων συλλογισμῶν, περὶ τῶν κατὰ τὴν λέξιν σοφισμάτων. Hinc simul intelligitur, Eudemi περὶ λέξεως opus ad dialecticam illustrandam pertinuisse.)

117. Ἡ δὲ παρὰ τῷ Περιπατητικῷ Εὐδήμῳ ἀναγεγραμμένη ὡς τοῦ Ὀρφέως οὖσα θεολογία πᾶν τὸ νοητὸν ἐσιώπησεν ὡς παντάπασιν ἄρρητόν τε καὶ ἄγνωστον τρόπον τινὰ [a] κατὰ διέξοδόν τε καὶ ἀπαγγελίαν, ἀπὸ δὲ τῆς νυκτὸς ἐποιήσατο τὴν ἀρχήν, ἀφ' ἧς καὶ ὁ Ὅμηρος, εἰ καὶ μὴ συνεχῆ πεποίηται, τὴν γενεαλογίαν ἵστησιν. [b] Οὐ γὰρ ἀποδεκτέον Εὐδήμου λέγοντος, ὅτι ἀπὸ Ὠκεανοῦ καὶ Τηθύος ἄρχεται· φαίνεται γὰρ εἰδὼς καὶ τὴν Νύκτα μεγίστην οὕτω θεόν, ὡς καὶ τὸν Δία σέβεσθαι αὐτήν· ἅζετο γὰρ μὴ Νυκτὶ θοῇ ἀποθύμια ῥέζοι [c]. Ἀλλ' Ὅμηρος μὲν καὶ αὐτὸς ἀρχέσθω ἀπὸ νυκτός.

Ἡσίοδος δέ μοι δοκεῖ πρῶτον γενέσθαι τὸ Χάος ἱστορῶν τὴν ἀκατάληπτον τοῦ νοητοῦ καὶ ἡνωμένην παντελῶς φύσιν κεκληκέναι Χάος· ταύτην [d] δὲ τὴν

---

116. Demonstrandum autem post hæc fuerit, cur præter illam ambiguitatem e tanta varietate, quantam Aristoteles esse vult, constet. Erit igitur dictum verborum compositio. Necesse est illam ambiguitatem aut in aliquo horum verborum aut in ipso dicto esse (nihil enim tertium habemus) idque vel actu vel potentia vel specie : nam præter hæc nihil aliud quis subesse animadvertat. Quippe actu ambiguitatem illam habent propter nominis communitatem vocemque ancipitem, ac sub nomine quidem propter nominis communitatem, sub dicto autem ob vocem ancipitem anceps sententia subjicienda est. Sed quoniam de iis quæ actu et potentia ambigua sunt diximus, restat ut de verborum ambiguitate e specie orta disseramus. Talis vero ambiguitas dictionis forma contingit, quemadmodum antea exposuimus. Apparet enim etiam nomen ambiguum, si non inest in eo hæc vis, haud secus atque dictum, si hæc notio ei subjecta non est. Singulorum autem quæ prædicta sunt exempla ex Aristotele, Eudemo aliisque sumas.

117. At quæ apud Eudemum Peripateticum perscripta legitur tanquam Orphica rerum divinarum scientia omnem naturam intelligibilem silentio præterit ut plane ineffabilem et ignotam quodammodo explicatori et enarratori, sed principium ducit a nocte, a qua etiam Homerus, quamvis non perpetuam fecerit, progeniem orditur. Neque enim assentiendum Eudemo dicenti, eum ab Oceano et Tethye exordium capere : apparet enim illum scire Noctem quoque maximam esse deam, adeo ut etiam Jupiter eam veneretur : *verebatur enim, ne Nocti celeri ingrata faceret*. Sed Homerus quidem et ipse a nocte ordiatur.

Hesiodus autem mihi videtur primum exstitisse chaos tradens incomprehensam naturæ intelligibilis et plane unitam vim chaos appellasse, hanc vero primam produxisse, tanquam universæ deorum sobolis principium,

πρώτην ἐκεῖθεν παράγειν ὥς τινα ἀρχὴν τῆς ὅλης γενεᾶς τῶν θεῶν, εἰ μὴ ἄρα Χάος μὲν τὴν δευτέραν τῶν δυοῖν ἀρχῶν. Ταύτην [e] δὲ καὶ Τάρταρον καὶ Ἔρωτα τὸ τριπλοῦν νοητόν, τὸν μὲν Ἔρωτα ἀντὶ τοῦ τρίτου, ὡς κατὰ ἐπιστροφὴν θεωρουμένην (τοῦτο γὰρ οὕτως ὀνομάζει καὶ ὁ Ὀρφεὺς ἐν ταῖς ῥαψῳδίαις), τὴν δὲ Γῆν ἀντὶ τοῦ πρώτου, ὡς πρώτην ἐν στερεῷ τινι καὶ οὐσιώδει καταστήματι παγεῖσαν, τὸν Τάρταρον ἀντὶ τοῦ μέσου, ὡς ἤδη πως εἰς διάκρισιν παρακεκινημένον.

Ἀκουσίλαος δὲ Χάος μὲν ὑποτίθεσθαί μοι δοκεῖ τὴν πρώτην ἀρχὴν ὡς πάντῃ ἄγνωστον, τὰς δὲ δύο μετὰ τὴν μίαν, Ἔρεβος μὲν τὴν ἄῤῥενα, τὴν δὲ θήλειαν Νύκτα, ταύτην μὲν ἀντὶ ἀπειρίας [g], ἐκείνην δὲ ἀντὶ πέρατος. Ἐκ δὲ τούτων φησὶ μιχθέντων αἰθέρα γενέσθαι καὶ Ἔρωτα καὶ Μῆτιν, τὰς τρεῖς ταύτας νοητὰς ὑποστάσεις, τὴν μὲν ἄκραν αἰθέρα ποιῶν, τὴν δὲ μέσην Ἔρωτα κατὰ τὴν φυσικὴν μεσότητα τοῦ ἔρωτος, τὴν δὲ τρίτην Μῆτιν κατ' αὐτὸν ἤδη τὸν πολυτίμητον νοῦν. Παράγει δὲ ἐπὶ τούτοις ἐκ τῶν αὐτῶν καὶ ἄλλων θεῶν πολὺν ἀριθμὸν κατὰ τὴν Εὐδήμου ἱστορίαν.

Τὸν δὲ Ἐπιμενίδην δύο πρώτας ἀρχὰς ὑποθέσθαι, Ἀέρα καὶ Νύκτα, δηλονότι σιγῇ τιμήσαντα τὴν μίαν πρὸ τῶν δυοῖν, ἐξ ὧν γεννηθῆναι Τάρταρον οἶμαι τὴν τρίτην ἀρχήν, ὥς τινα μικτὴν ἐκ τῶν δυοῖν συγκριθεῖσαν, ἐξ ὧν τινὰς τὴν νοητὴν μεσότητα οὕτω καλέσαντας [h], διότι ἐπ' ἄμφω διατείνει τό τε ἄκρον καὶ τὸ πέρας, ὧν μιχθέντων ἀλλήλοις ᾠὸν γενέσθαι τοῦτο ἐκεῖνο τὸ νοητὸν ζῷον ὡς ἀληθῶς, ἐξ οὗ πάλιν ἄλλην γενεὰν προελθεῖν.

Φερεκύδης δὲ ὁ Σύριος Ζῆνα μὲν εἶναι [i] ἀεὶ καὶ Χρόνον καὶ Χθονίαν τὰς τρεῖς πρώτας ἀρχάς, τὴν μίαν, φημί, πρὸ τοῖν δυοῖν, καὶ τὰς δύο μετὰ τὴν μίαν, τὸν δὲ Χρόνον ποιῆσαι ἐκ τοῦ ἑαυτοῦ γόνου [k] πῦρ καὶ πνεῦμα καὶ ὕδωρ, τὴν τριπλῆν, οἶμαι, φύσιν τοῦ νοητοῦ, ἐξ ὧν ἐν πέντε μυχοῖς διῃρημένων πολλὴν ἄλλην γενεὰν συστῆναι θεῶν τὴν πεντάμυχον [l] καλουμένην, ταὐτὸν δὲ ἴσως εἰπεῖν, τὴν πεντάκοσμον [m]. Περὶ δὲ τούτων ἄλλος ἴσως φανεῖται καιρός. Τοιαῦται μὲν οὖν καὶ τοσαῦται τανῦν παρειλήφθωσαν ἡμῖν αἱ διὰ μύθων ἑλληνικῶν ὑποθέσεις πολλῶν καὶ ἄλλων οὐσῶν.

Τῶν δὲ βαρβάρων ἐοίκασι Βαβυλώνιοι μὲν τὴν μίαν τῶν ὅλων ἀρχὴν σιγῇ παριέναι, δύο δὲ ποιεῖν Ταυθὲ καὶ Ἀπασών, τὸν μὲν Ἀπασὼν ἄνδρα τῆς Ταυθὲ ποιοῦντες, ταύτην δὲ μητέρα θεῶν ὀνομάζοντες, ἐξ ὧν μονογενῆ παῖδα γεννηθῆναι τὸν Μωϋμῖν, αὐτόν, οἶμαι, τὸν νοητὸν κόσμον ἐκ τῶν δυοῖν ἀρχῶν παραγόμενον. Ἐκ δὲ τῶν αὐτῶν ἄλλην γενεὰν προελθεῖν, Δαχὴν καὶ Δαχόν, εἶτα αὖ τρίτην ἐκ τῶν αὐτῶν Κισσαρὴ καὶ Ἀσσωρόν, ἐξ ὧν γενέσθαι τρεῖς, Ἀνὸν καὶ Ἴλλινὸν καὶ Ἀόν, τοῦ δὲ Ἀοῦ καὶ Δαύκης υἱὸν γενέσθαι τὸν Βῆλον, ὃν δημιουργὸν εἶναί φασιν.

Μάγοι δὲ καὶ πᾶν τὸ ἄρειον γένος, ὡς καὶ τοῦτο

---

nisi forte chaos duorum principiorum secundum esse voluit. Cæterum hanc vim et Tartarum et Amorem triplicem naturam intelligibilem judicavit, Amorem quidem tertio loco ponens, ut juxta conversationem mente circumspectam (hoc enim sic etiam Orpheus in carminibus vocat), Terram autem primo loco, ut primam in certo quodam et naturali statu collocatam, Tartarum denique medio loco, ut jam quodammodo ad dissolutionem incitatum.

Acusilaus autem chaos ponere mihi videtur primum principium ut prorsus ignotum, duo vero post illud unum, Erebum marem et Noctem feminam, hanc quidem infinitatis, at illam finis loco. Ex his mixtis ait ætherem esse ortum et Amorem et Metin, tres hasce intelligibiles personas, summam ætheris faciens substantiam, mediam Amoris propter vegetabilem amoris medietatem, tertiam denique personam ob ipsam jam mentem honestam Metin appellans. Sed post hæc ex iisdem magnum etiam aliorum deorum numerum juxta Eudemi historiam generat.

Epimenidem autem arbitror duo prima principia statuisse Aërem et Noctem, quum scilicet unum tacite præferret his duobus, ex quibus Tartarum tertium principium procreatum puto, utpote ex duobus illis mixtum et temperatum, ex quibus nonnullos intelligibilem medietatem ita nominasse reor, quod ad utraque et summa et infima pertinet, quibus mixtis partum esse hoc ovum, quasi animal illud vere intelligibile, ex quo rursus alia soboles exclusa sit.

Pherecydes Syrius Jovem, Tempus et Terram, tria prima principia, semper esse censet, unum, opinor, ante duo reliqua et duo illa post unum, Tempus autem ex suo semine procreasse ignem et spiritum et aquam, triplicem nimirum vim naturæ intelligibilis, e quibus in quinque penetralia distributis alia frequens deorum soboles conflata sit, quæ quinque penetralium vel fortasse vocabulo idem declarante quinque mundorum divina progenies nuncupetur. Sed de his alius fortasse erit dicendi locus. Talia igitur tantaque (quum multa etiam alia sint) fabularum græcarum beneficio inventa dicendi argumenta nunc a nobis assumta ad disputandum sufficiant.

E barbaris videntur Babylonii unum rerum universitatis principium silentio præterire, duo autem facere Tauthe et Apason, Apason quidem maritum Tauthe uxoris statuentes, hanc vero deorum matrem nominantes, e quibus unicum filium Moymin natum esse dicunt, ipsum, opinor, mundum intelligibilem e duobus illis principiis generatum. Ab iisdem aliam sobolem esse ortam, Dachen et Dachum, deinde rursus tertiam ab iisdem Cissare et Assarum, e quibus tres, Anum et Illinum et Aum genitos esse narrant, Ai autem et Dauces

γράφει ὁ Εὔδημος, οἱ μὲν Τόπον, οἱ δὲ Χρόνον[n] καλοῦσι τὸ νοητὸν ἅπαν καὶ τὸ ἡνωμένον, ἐξ οὗ διακριθῆναι ἢ θεὸν ἀγαθὸν καὶ δαίμονα κακόν, ἢ φῶς καὶ σκότος πρὸ τούτων, ὡς ἐνίους λέγειν. Οὗτοι δ' οὖν καὶ αὐτοὶ μετὰ τὴν ἀδιάκριτον φύσιν διακρινομένην ποιοῦσι τὴν διττὴν συστοιχίαν τῶν κρειττόνων[o], τῆς μὲν ἡγεῖσθαι τὸν Ὠρομάσδην, τῆς δὲ τὸν Ἀρειμάνιον.

Σιδώνιοι δὲ κατὰ τὸν αὐτὸν συγγραφέα πρὸ πάντων Χρόνον ὑποτίθενται καὶ Πόθον καὶ Ὁμίχλην, Πόθου δὲ καὶ Ὁμίχλης μιγέντων ὡς δυεῖν ἀρχαῖν Ἀέρα γενέσθαι καὶ Αὔραν, ἀέρα μὲν ἄκρατον τοῦ νοητοῦ παραδηλοῦντες, αὔραν δὲ τὸ ἐξ αὐτοῦ κινούμενον τοῦ νοητοῦ ζωτικὸν προτύπωμα. Πάλιν δὲ ἐκ τούτων ἀμφοῖν Ὦτον γεννηθῆναι κατὰ τὸν νοῦν, οἶμαι, τὸν νοητόν. Ὡς δὲ ἔξωθεν Εὐδήμου τὴν Φοινίκων εὑρίσκομεν κατὰ Μῶχον μυθολογίαν, Αἰθὴρ ἦν τὸ πρῶτον καὶ Ἀὴρ αἱ δύο αὗται ἀρχαί.

Αἰγυπτίων δὲ ὁ μὲν Εὔδημος οὐδὲν ἀκριβὲς ἱστορεῖ, οἱ δὲ Αἰγύπτιοι καθ' ἡμᾶς φιλόσοφοι γεγονότες ἐξήνεγκαν τῶν ἀρχῶν[p] τὴν ἀλήθειαν κεκρυμμένην εὑρόντες ἐν Αἰγυπτίοις δή τισι λόγοις.

(Damascius de primis principiis pag. 382 ed. Kopp. Scripsi [a] τρόπον τινὰ κατὰ] codd. τρόπον κατὰ. — [b] ἵστησιν] vulgo ἵστησάν. — [c] ῥέζοι] cum Damascii codd; ἔρδοι pars librorum Homeri Iliad. XIV, 261. — [d] ταύτην δὲ τὴν πρώτην] codd. τὴν δὲ τὴν πρώτην. — [e] ταύτην δὲ καὶ Τάρταρον] codd. τὴν δὲ καὶ Τάρταρον. — [f] παρακεκινημένον] vulgo παρακεκινημένου. — [g] μὲν ἀντὶ ἀπειρίας] codd. μὲν ἀπειρίας. — [h] καλέσαντας] libri καλέσαντα. — [i] Ζῆνα μὲν εἶναι] e Koppii conjectura; libri ζῶντα μενέναι. Similiter Diogenes Laërtius I, 119 σώζεται δὲ τοῦ Συρίου τό τε βιβλίον ὃ συνέγραψεν, οὗ ἡ ἀρχή· Ζεὺς μὲν καὶ Χρόνος εἷς ἀεὶ καὶ Χθὼν ἦν. (leg. Χθονίη ἦν). Χθονίη δὲ ὄνομα ἐγένετο Γῆ, ἐπειδὴ αὐτῇ Ζεὺς γέρας διδοῖ. Vide quæ notavi ad Empedoclis versum 22 ἔνθ' ἦσαν Χθονίη τε καὶ Ἡλιόπη ταναῶπις in Phil. Græc. Fragm. vol. I p. 21 Cf. Sturzius de Pherecyde p. 40 seqq. — [k] τοῦ ἑαυτοῦ γόνου] vulgo τοῦ γόνου ἑαυτοῦ. — [l] πεντάμυχον] libri πεντέμυχον. Sed variat sæpe lectio etiam in aliis vocabulis, quum promiscue πενταδραχμία et πεντεδραχμία dicatur et illud quidem Xenophon Hellen. I, 6, 12, hoc vero Dinarchus contra Demosthenem 56 posuerit. At eam quam edidi formam Græcis usitatiorem fuisse constat. — [m] πεντάκοσμον] libri πεντέκοσμον. — [n] Χρόνον] vulgo Χρόνοι. — [o] συστοιχίαν τῶν κρειττόνων] codd. συστοιχὴν τῶς κρειττόνων. — [p] ἐξήνεγκαν τῶν ἀρχῶν τὴν ἀλήθειαν] libri ἐξήνεγκαν αὐτῶν τὴν ἀλήθειαν.

118. Ἀριστοτέλης δὲ ἐν τῷ πρώτῳ περὶ φιλοσοφίας καὶ πρεσβυτέρους εἶναι τῶν Αἰγυπτίων, καὶ δύο κατ' αὐτοὺς εἶναι ἀρχάς, ἀγαθὸν δαίμονα καὶ κακὸν δαίμονα· καὶ τῷ μὲν ὄνομα εἶναι Ζεὺς καὶ Ὠρομάσδης, τῷ δὲ Ἅιδης καὶ Ἀρειμάνιος. Φησὶ δὲ ταῦτα καὶ Ἕρμιππος ἐν τῷ πρώτῳ περὶ Μάγων καὶ Εὔδοξος ἐν τῇ Περιόδῳ καὶ Θεόπομπος ἐν τῇ ὀγδόῃ τῶν Φιλιππικῶν, ὃς καὶ ἀναβιώσεσθαι κατὰ τοὺς Μάγους φησὶ τοὺς ἀνθρώπους καὶ ἔσεσθαι ἀθανάτους καὶ τὰ ὄντα ταῖς αὐτῶν ἐπικλήσεσι διαμενεῖν. Ταῦτα δὲ καὶ Εὔδημος ὁ Ῥόδιος ἱστορεῖ.

(Diogenes Laërtius lib. I, 9. Cæterum Eudoxi liber, quem hic simpliciter Περίοδον nominat Diogenes, Γῆς περίοδος inscribebatur. Vide eundem lib. VIII, 90 et ibi Menagium.)

119. Cæterum, quamobrem plurimos jam pisces cognoverim, quorundam adhuc nescius esse nolim, discat Æmilius, quoniam usque adeo re-

---

filium fuisse Belum, quem mundi opificem esse aiunt.

** Ἐπεὶ δὲ περὶ ἀρχῆς ὁ λόγος· (ἀρχὴ γὰρ καὶ αἰτία ἐστὶ τὸ τέλος τῶν πράξεων· δι᾽ ἐκεῖνο γάρ τι πράττομεν,) ζητητέον, πῶς δεῖ ποιήσασθαι τὸν περὶ αὐτῆς λόγον· ἔχει γὰρ διαφοράν. Καὶ πρῶτον περὶ τῶν αἰτίων μικρὸν διαληψόμεθα. Τῶν γὰρ αἰτίων τὸ μὲν τελικόν ἐστι, τὸ δὲ εἰδικόν, τὸ δὲ ὑλικόν, τὸ δὲ ποιητικόν. Καὶ ποιητικὸν μέν, ἡ ἐνέργεια τοῦ τεχνίτου· ὑλικὸν δέ, τὰ ξύλα, καὶ οἱ λίθοι ἐξ ὧν ἡ οἰκία· εἰδικὸν δέ, τὸ εἶδος τῆς οἰκίας· τελικὸν δέ, δι᾽ ὃ ἡ οἰκία γέγονεν. Ἐπεὶ δὲ ταῦτα αἴτιά εἰσι [a] τοῖς πράγμασι τοῦ εἶναι, αἴτιά εἰσι καὶ τῆς γνώσεως αὐτῶν, καὶ δι᾽ αὐτῶν δύνανται ἐκεῖνα γινώσκεσθαι. Ἐὰν γάρ τις εἰδῇ τὴν τέχνην τοῦ τεχνίτου, καθ᾽ ἣν τὴν οἰκίαν ἐδημιούργησεν, εἴσεται τὴν οἰκίαν ἢ ἀγαθὴν ἢ φαύλην· ὅσον τῇ τέχνῃ προσῆκε. Καὶ ὁ τὴν ὕλην εἰδὼς καὶ ὁ τὸ εἶδος ὁμοίως. Πάλιν δὲ γινώσκοντες τί τὸ τέλος αὐτῆς, εἰσόμεθα ἢ ἀγαθὴν ἢ φαύλην. Συμβαίνει δὲ καὶ τὸ ἀνάπαλιν, ἀπὸ τοῦ εἰδέναι τὸ ἀποτέλεσμα τὰς αἰτίας γινώσκειν· ὁ γὰρ εἰδὼς τὴν αἰτίαν [b], τὴν τέχνην εἴσεται τοῦ τεχνίτου, καὶ τὰ ἄλλα ὁμοίως. Ὥστε τοὺς λόγους διχῶς ἀνάγκη γίνεσθαι· ἢ ἀπὸ τῶν ἀποτελεσμάτων τὰς ἀρχὰς ἀποδεικνύναι, ἢ ἀπὸ τῶν ἀρχῶν τὰ ἀποτελέσματα· χρησόμεθα δὲ ἑκατέρᾳ τῶν μεθόδων κατὰ καιρόν. Καὶ ἀπὸ μὲν τῶν ἀρχῶν ἀποδείξομεν, ὅταν αὗται δῆλαι ὦσιν· τὸ δὲ ἀνάπαλιν, ὅταν τὰ ἀποτελέσματα φανερώτερα ᾖ. Διὰ τοῦτο καὶ Πλάτων καλῶς ἐζήτει

rantur, quonam tendat hæc, quodque sit eorum quæ in actione versantur bonorum extremum, quod quidem finis civilis prudentiæ appellari possit. Et hujus quidem nomen unum idemque a plerisque dicitur, atque ea res inter vulgus et optimum quemque convenit. Felicitatem enim id vocant omnes. Rursus bene vivere et bene rem gerere idem quod felicem esse existimant.

Cæterum quid sit felicitas ambigitur, neque vulgus et sapientes similiter eam declarant. Vulgus scilicet unum aliquod ex manifestis illis et quæ in oculos incurrunt bonis, felicitatem esse existimat, ut voluptatem aut divitias aut honorem, aliique aliud simile. Fit etiam sæpenumero, ut idem homo non semper eandem rem, sed modo hanc modo illam, felicitatem nominet : nam si quis ex illis ægrotat, bonam valetudinem; si in egestate versatur, divitias : atque omnino quod in præsenti maxime concupiscit, felicitatis nomine appellare solet. Rursus qui sapientiæ studiosi sunt, ea quæ ignorare sibi videntur, discere cupiunt, hominesque magna et ipsorum intelligentiæ vim fugientia loquentes admirantur. Nonnulli vero præter multa hæc bona aliud esse bonum, quod per se subsisteret, iisque omnibus quæ bona dicuntur bonitatis suæ causa esset, felicitatem esse existimarunt. Quamobrem omnes omnium de felicitate opiniones expendere vanum forsitan et inutile fuerit; satis autem erit, si eas quæ maxime celebrantur vel aliqua ratione niti videntur, in medium proferamus

Quia autem de principio agimus; (etenim principium et causa ipse finis actionum est, utpote cujus causa faciamus aliquid) videndum est, quomodo quæ de eo suscipitur, habenda sit disputatio : neque enim eodem modo se habet. Ac primum quidem de causa aliquid dicamus. Nempe alia causa est finalis, alia formalis, alia materialis, alia efficiens. Efficiens, ut actus artificis : materialis, ut ligna et lapides, ex quibus domus constat : formalis, ut forma ejus : finalis, cujus causa domus ædificata est. Hæ ergo quum essentiæ uniuscujusque rei causæ sint, etiam cognitionis earum causæ sunt, quia cognosci per eas illæ possunt. Si quis enim artificis artem, qua domum ædificavit, noverit : is etiam, bene sit domus, an male exstructa, sciet : quatenus ea res ad artem pertinebat. Similiter et qui materiam et qui formam novit. Rursus si sciamus, quis ejus finis sit, utrum bene an male exstructa sit, sciemus. Interdum tamen contra fit, ut postquam perfectum opus cognoverimus, causas quoque cognoscamus : qui enim causam novit, artem quoque artificis noverit, et reliqua eodem modo. Quocirca necesse est duplicem omnem esse institutionem, ut in rerum demonstratione aut ab effectu ad principia, aut a principiis ad effectum proficiscamur; nos autem utraque via et ratione suo tempore disputabimus. Et a principiis quidem in demonstratione proficiscemur, quum manifesta illa erunt : e contrario autem, quum perfecta opera manifestiora erunt. Propterea etiam Plato

* Περὶ δὲ τῆς εὐδαιμονίας κτλ. — ** Μὴ λανθανέτω δ᾽ ἡμᾶς κτλ.

τοῦτο καὶ ἠπόρει, ὡς οὐκ ἀδιάφορον ὂν ἐπὶ παντός, πότερον ἀπὸ τῶν ἀρχῶν ἡ προσήκουσα τῆς ἀποδείξεως ὁδός, ἢ ἐπὶ τὰς ἀρχάς· ὥσπερ ἐν σταδίῳ ἀπὸ τῶν ἀθλοθετῶν ἐπὶ τὸ πέρας, ἢ τὸ ἀνάπαλιν. Διττῆς οὖν οὔσης τῆς ὁδοῦ, πόθεν ἡμῖν ἀρκτέον; ἢ δῆλον ὅτι ἀπὸ τῶν ἀποτελεσμάτων δηλονότι τῶν πολιτικῶν πράξεων, ὧν ἀρχὴ καὶ αἴτιον τὸ πολιτικὸν τέλος ἐστί; Δεῖ γὰρ ἀπὸ τῶν γνωρίμων ἄρξασθαι, οὐ τῇ φύσει, ἀλλ' ἡμῖν. Φύσει μὲν γὰρ γνώριμα λέγονται αἱ ἀρχαὶ καὶ τὰ αἴτια· ἐκεῖνα γὰρ ἡ φύσις πρότερα παρίστησι, καὶ πρὸς ἐκεῖνα πρώτως ὁρᾷ. Ἡμῖν δὲ τὰ ἀποτελέσματα γνώριμα· ὅθεν ἀρκτέον· οὕτω γὰρ σαφὴς ἔσται ὁ λόγος ἀπὸ τῶν ἡμῖν γνωρίμων γινόμενος.

(Scripsi : [a] αἰτιά εἰσι] vulgo αἴτια εἰσί. — [b] αἰτίαν] cum cod.; al. οἰκίαν.)

recte hoc quærebat et dubitabat, quod non idem omnis rei tractandæ modus esset, utrum a principiis conveniens argumentatio, an ad principia progrederetur, velut in stadio a designatoribus ad metam, an contra. Duplex igitur quum sit via, unde ordiendum erit nobis? An vero perspicuum est, a civilium potius actionum effectu, quarum principium et causa finis civilis est? Ordiendum enim est a rebus, quæ non natura sua, sed nobis notæ sunt. Nimirum res natura notæ dicuntur principia et causæ, quippe quas natura prius fundat et in quas primum intueatur. Nobis vero noti sunt effectus; a quibus primordium capi oportet : ita enim perspicua futura est disputatio, si ab iis quæ nobis nota sunt, proficiscatur.

Κεφ. ϛ'.

Ὅτι τὸν ἀκουσόμενον τῶν περὶ τῆς πολιτικῆς λόγων ἐν ἔθει δεῖ εἶναι τῶν ἀγαθῶν πράξεων.

Διὰ τοῦτο τὸν ἀκουσόμενον τῶν τοιούτων λόγων, εἰ μέλλει καλῶς αὐτοὺς γινώσκειν καὶ κρίνειν ὀρθῶς, καὶ ἐκ τούτων ὠφελεῖσθαι, προσήκει ἐν ἔθει εἶναι τῶν καλῶν καὶ δικαίων πράξεων. Εἰ μὲν γὰρ ἀπὸ τῶν ἀρχῶν ἀπεδείκνυμεν τὰς πολιτικὰς πράξεις ἀγαθὰς εἶναι, καὶ τὸν μὴ πεπαιδευμένον ἐν ταῖς τοιαύταις πράξεσιν ἐπείθομεν ἄν, λόγων ἀνάγκῃ δήσαντες· ἐπεὶ δὲ ἀπὸ τῶν ὑστέρων τὴν ἀρχὴν βουλόμεθα ἀποδεικνύναι τῶν πολιτικῶν πράξεων δηλονότι, καὶ δεῖ ὑποκεῖσθαι περὶ αὐτῶν καθάπερ ἀρχὴν ἀποδείξεως ὅτι ἀγαθαί, φανερὸν ὅτι οὐ δύναται πεισθῆναι, εἰ μὴ ὁ πείρᾳ καλὰς καὶ δικαίας τὰς τοιαύτας πράξεις εἰδώς. Εἰ γὰρ τὸ ὅτι ἀγαθαὶ αἱ πράξεις ἀρκούντως δέξαιτό τις, οὐδὲν δεησόμεθα τοῦ διότι· τὴν δὲ αἰτίαν, τὸ τέλος δηλονότι, ἢ γινώσκει ἤδη, ἢ ἀκούσας ῥᾳδίως γνώσεται· ὃς δὲ οὐδ' ἕτερον ἔχει τούτων, καὶ μήτε αὐτὸς γινώσκει, μήτε παρ' ἑτέρων δύναται μανθάνειν, ἀκουσάτω τῶν Ἡσιόδου·

οὗτος μὲν πανάριστος, ὃς αὐτὸς πάντα νοήσῃ,
φρασσάμενος τά κ' ἔπειτα καὶ ἐς τέλος ᾖσιν ἀμείνω·
ἐσθλὸς δ' αὖ κἀκεῖνος, ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται·
ὃς δέ κε μήτ' αὐτὸς νοέῃ, μήτ' ἄλλου ἀκούων
ἐν θυμῷ βάλληται, ὅδ' αὖτ' ἀχρήϊος ἀνήρ.

Cap. VI.

Flagitari ab eo qui prudentiæ civili operam daturus est, ut in bonarum prius actionum consuetudinem venerit.

Quamobrem eum qui talibus disputationibus operam daturus est, si et intelligere eas et recte judicare vult ex iisque fructum et utilitatem percipere, bonis justisque actionibus assuefactum esse consentaneum est. Si enim principiorum ope civilia negotia bona esse demonstraremus, etiam hominem regendæ civitatis imperitum oratione ad persuadendum accommodata flecteremus; quum vero a posteriori parte videlicet civilium negotiorum principium demonstrare nobis propositum sit, quumque omni de iis disputationi tanquam demonstrationis fundamentum subesse oporteat persuasionem, bona illa esse, manifestum est, id persuaderi posse nemini, nisi qui experiendo bona illa et justa esse didicerit. Si quis enim bonas esse actiones satis certo sciverit, nihil addere opus erit, cur sint tales : causam enim, ipsum scilicet finem, aut jam novit, aut quum audiverit, facile intelliget. Qui vero neutrum horum habet, id est, qui neque ipse per se hæc novit, neque ab alio potest discere, audiat illud Hesiodi.

optimus est sese qui novit cuncta magistro,
ad finem usque videns quæ semper sint meliora;
est bonus ille etiam, qui paret recta monenti;
at qui mentis inops aliorum audire recusat
consilia, hic malus est, telluris inutile pondus.

Κεφ. ζ'.

Ὅτι τρεῖς εἰσι βίοι· ὁ καθ' ἡδονήν, καὶ ὁ τὴν τιμὴν ζητῶν, ἐν ᾧ καὶ ὁ χρηματιστικὸς θεωρεῖται, καὶ τρίτος, ὁ θεωρητικός· καὶ ὅτι οὔτε ὁ τὴν ἡδονήν, οὔτε ὁ τὴν τιμήν, οὔτε ὁ τὰ χρήματα ζητῶν τὴν εὐδαιμονίαν ζητεῖ.

* Ἡμεῖς δὲ λέγωμεν ὅθεν παρεξέβημεν. Ἦν δὲ ἡμῖν ὁ λόγος περὶ τοῦ ὅτι διαφόρους οἱ ἄνθρωποι περὶ

Cap. VII.

Tria esse vitæ genera; unum quod voluptates captat, alterum quod honoribus studet, in quo etiam lucripetarum vita consideratur, tertium in contemplatione et cognitione rerum positum. Præterea neque voluptarios homines, neque ambitiosos, neque lucripetas felicitatem quærere.

Sed eo unde digressi sumus nostra redeat oratio. Dicebamus autem diversas hominum esse de felicitate

* Cap. 5. Ἡμεῖς δὲ λέγωμεν κτλ.

τῆς εὐδαιμονίας ἔχουσι δόξας. Ἕκαστος τοίνυν ἀκολούθως τῷ οἰκείῳ βίῳ τὴν εὐδαιμονίαν ὁρίζεται· ὥστε καὶ οἱ πολλοὶ καὶ ἀκόλαστοι τὴν ἡδονήν φασι τὴν εὐδαιμονίαν εἶναι· διὰ τοῦτο καὶ τὸν βίον ἀγαπῶσι τὸν ἀπολαυστικόν. Οἱ γὰρ καθολικοὶ βίοι μάλιστα τρεῖς εἰσιν· ὅ τε καθ' ἡδονήν, καὶ ὁ πολιτικός, καὶ τρίτος ὁ θεωρητικός. Ὁ μὲν οὖν πρῶτος βίος οὐδὲν ἱερόν· ἀνδραποδώδεις γὰρ ἐπιεικῶς οἱ τοῦτον διώκοντες, καὶ βοσκημάτων βιοῦσι βίον. Λόγου δέ τινος ὅλως ἄξιος φαίνεται, διὰ τὸ πολλοὺς τῶν ἐν ἐξουσίαις τοῦτον αἱρουμένους τὸν βίον, ὁμοιοπαθεῖν Σαρδαναπάλῳ.

* Τὸν δὲ δεύτερον οἱ βελτίους τῶν ἀνθρώπων αἱροῦνται, καὶ οἱ τὰς ἀγαθὰς διώκοντες πράξεις ἡγοῦνται τὴν τιμήν· σχεδὸν γὰρ τοῦ πολιτικοῦ βίου τὸ τέλος οὗτος, ὃν λέγω, καὶ τὸ παρὰ πάντων ζητούμενον, ἡ τιμή ἐστι. Φαίνεται δέ, ὅτι οὐ τοῦτό ἐστι τὸ ἔσχατον ἀγαθόν, ἀλλὰ τῶν δοκούντων καὶ αὐτό ἐστι καὶ φαινομένων ἀγαθῶν. Τὸ γὰρ ἀληθῶς ἀγαθόν, δι' οὗ τις εὐδαιμονεῖ, ἐν αὐτῷ δεῖ εἶναι· ἡ δὲ τιμὴ οὐκ ἔστιν ἐν τῷ τιμωμένῳ, ἀλλὰ μᾶλλον ἐν τῷ τιμῶντι· οὐκ ἄρα ἐν τῇ τιμῇ ἡ εὐδαιμονία. Δεῖ γὰρ τῷ εὐδαίμονι οἰκεῖον εἶναι τὸ ἀγαθόν, καὶ δυσαφαίρετον. Ἔτι διὰ τοῦτό τις τὴν τιμὴν διώκει, ἵνα πιστεύσῃ περὶ ἑαυτοῦ ὅτι ἀγαθός ἐστι· καὶ διὰ τοῦτο ζητεῖ ὑπὸ τῶν φρονίμων τιμᾶσθαι, καὶ παρ' οἷς γινώσκεται· [a] καὶ ἐπ' ἀρετῇ. Φαίνεται τοίνυν, ὅτι διὰ τοῦτό τις τὴν τιμὴν διώκει, ἵνα ἀγαθὸς δοκῇ καὶ σπουδαῖος διὰ τὴν ἀρετήν· ὥστε δῆλον, ὅτι οὐ δι' ἑαυτὴν ἡ τιμὴ διώκεται, ἀλλὰ διὰ τὴν ἀρετήν. Καὶ διὰ τοῦτο αὐτὴ μὲν οὐκ ἂν εἴη ἔσχατον τέλος, ἀλλὰ μᾶλλον ἡ ἀρετή.

** Ἔστι δὲ καὶ αὐτὴ ἀτελής, καὶ οὐκ ἂν εἴη ἐν αὐτῇ τὸ τέλειον ἀγαθόν, ἡ εὐδαιμονία· ὅτι δὲ ἀτελής ἐστι, δῆλον· δυνατὸν γάρ τινα ἕξιν ἀρετῆς ἔχειν, ἢ καθεύδοντα ἢ ἄλλον τρόπον ἀπρακτοῦντα διὰ βίου· ἢ κακοπαθοῦντα καὶ δυστυχοῦντα καὶ ἀτυχοῦντα τὰ μέγιστα, καὶ οὕτως ἀτελῆ τὴν ἀρετὴν ἔχειν. Τὸν δὲ οὕτω βιοῦντα οὐδεὶς ἂν εὐδαιμονίσειεν, μή που αὐτὸ ὑπόθοιτο, καὶ ὀνομάζοι εὐδαιμονίαν τὴν ἕξιν τῆς ἀρετῆς. Καὶ περὶ μὲν τοῦ καθ' ἡδονὴν βίου καὶ τοῦ πολιτικοῦ εἴρηται. Ἱκανῶς γὰρ καὶ ἐν τοῖς ἐγκυκλίοις περὶ αὐτῶν εἴπομεν· περὶ δὲ τοῦ βίου τοῦ θεωρητικοῦ μετὰ ταῦτα ἐπισκεπτέον· νῦν γὰρ τὸ προκείμενον ἄλλο.

*** Ἔστι δὲ καὶ ἄλλος βίος ἐν αὐτοῖς θεωρούμενος τοῖς εἰρημένοις, ὁ τοῦ χρηματιστοῦ· καὶ γὰρ καὶ ὁ τὴν ἡδονὴν καὶ ὁ τὴν τιμὴν διώκων χρήματα ἐθέλει συλλέγειν. Καὶ διὰ τοῦτο τρεῖς ἔφαμεν τοὺς μάλιστα προέχοντας βίους. Οὗτος γὰρ ἐν αὐτοῖς θεωρεῖται, καὶ ἔστι βίαιος. Οὔτε γὰρ τὸ ἀγαθὸν διώκει, ὃ τέλειόν ἐστιν, οὔτε πάνυ δοκεῖ διώκειν. Ὅθεν οὐ πολλοῖς ἐστιν ἐραστός· ὀλίγοι γὰρ εἵλοντο πάσης τῆς ἐν

opiniones. Quorum pro illo quod singuli sibi constituerunt ætatis degendæ genere, felicitatem definiunt : itaque et vulgus hominum et qui sunt intemperantes voluptatem dicunt felicitatem esse : ideoque vitam quoque voluptariam amplectuntur. Sunt enim tria potissimum perpetua vitæ genera, unum voluptatibus plenum, aliud civile, tertium in rerum contemplatione et cognitione positum. Et horum quidem primum nihil habet sanctum : quum plerumque hoc qui sequuntur, nihilominus illiberales sint et pecudum vitam agant. Et tamen omnino non spernendum videtur, quia multi eorum, qui amplissimos dignitatis gradus adepti sunt, hoc ætatis degendæ genus sibi constituentes similibus ac Sardanapalus voluptatibus serviunt. Secundum autem vitæ institutum præstantissimi mortalium, et qui virtutis atque honestatis studium amplissimi honoris putant, capere solent : fere enim vitæ civilis hic quem dico finis est ; et quod ab omnibus petitur, honor est. Patet vero ne id quidem summum esse bonum, sed hoc quoque ex eo bonorum genere esse, quæ videntur tantum esse bona et apparent. Nam illud vere bonum, quod beatum efficere aliquem potest, in ipso inesse oportet : at honor non inest in eo qui honoratur, sed potius in eo qui honorat ; ergo in honore non inest felicitas. Quippe hominem felicem bonum aliquod proprium, et quod haud facile eripi queat, habere oportet. Adde quod honoribus nonnulli ideo student, ut viri boni esse sibi videantur : ac propterea ab hominibus prudentibus et ab iis quibus noti sunt honorari se volunt : idque virtutis causa. Apparet igitur, honorem idcirco peti ab aliquo, ut bonus videatur et honestus, idque propter virtutem : ut manifestum sit, non sua causa peti honorem, sed ob virtutem. Ideoque ne ipse quidem extremus finis esse poterit, sed potius virtus.

Quæ tamen ipsa virtus imperfecta est : neque in ea summum bonum, id est, felicitas inesse queat : ipsam autem imperfectam esse liquet : fieri enim potest, ut habitum virtutis consecutus sit aliquis, qui tamen aut dormiat, aut alia ratione toto vitæ tempore nihil agat : aut etiam vexetur, aut miser sit vel in maximis malis versetur, atque ita imperfectam habeat virtutem. Eum vero, qui ita vivat, nemo beatum dixerit ; tantum abest, ut id pro concesso sumturus sit, ipsum virtutis habitum felicitatem esse. Et de vita quidem tum voluptaria tum civili diximus. Satis enim etiam in promiscuis disputationibus nostris de iis egimus : de contemplativa autem postea disserendum erit : aliud enim nunc nobis propositum est.

Est autem et aliud vitæ genus, quod in præcedentibus spectamus, hominum dico quæstui deditorum : etenim et ille qui voluptatem captat et qui honoribus studet, pecuniam vult conficere. Quocirca tria maxime ætatis degendæ genera excellere diximus. Hoc enim in iis spectatur, et est quodammodo violentum. Neque enim quod summum est bonum sequitur, neque omnino sequi videtur. Quare non ita multis hoc videtur am-

* Οἱ δὲ χαρίεντες κτλ. — ** Τάχα δὲ καὶ μᾶλλον κτλ. — *** Ὁ δὲ χρηματιστὴς κτλ.

βίῳ σπουδῆς τέλος τὰ χρήματα ἔχειν. Ὅτι δὲ οὐδ' αὐτὸς τὸ ἔσχατον ἀγαθὸν ζητεῖ, πρόδηλον· ὁ γὰρ πλοῦτος διὰ τὴν χρῆσίν ἐστιν ἀγαθός, καὶ ἄλλου χάριν ζητεῖται, τιμῆς ἕνεκα ἢ ἡδονῆς· τὸ δὲ ἔσχατον ἀγαθὸν δι' ἑαυτὸ δεῖ ἀγαθὸν εἶναι. Δι' ὃ μᾶλλον τὰ πρότερον λεχθέντα τέλη τις ἂν ὑπολάβοι, ἡδονὴν λέγω καὶ τὴν τιμήν· δι' αὐτὰ [b] γὰρ ἀγαπᾶται. Φαίνεται δὲ οὐδ' ἐκεῖνα τὰ τέλεια ἀγαθά· καίτοι πολλοὶ λόγοι περὶ αὐτῶν ἐγένοντο πολλοῖς τῶν παλαιῶν, τῶν μὲν τὴν ἡδονήν, τῶν δὲ τὴν τιμὴν λεγόντων ἔσχατον ἀγαθόν. Ταῦτα μὲν οὖν ἀφείσθω.

(Scripsi: [a] γινώσκεται] cod. γινώσκονται. — [b] δι' αὐτὰ] cod. δι' ἐκεῖνα.)

plectendum : paucissimi enim in constituenda vita omni studio solas pecunias tanquam finem quærendas sibi proposuerunt. Sed ne hoc quidem vitæ institutum finem bonorum sequi manifestum est : divitiæ enim propter usum bonæ putantur, aliamque ob causam expetuntur, honorem dico vel voluptatem : summum vero bonum per se bonum esse oportet. Quapropter eos potius quos supra exposuimus fines esse merito quis existimaverit, voluptatem dico et honorem : propter se enim adamantur. Veruntamen ne illi quidem bonorum videntur esse fines : quamvis multi apud veteres multa de iis disputaverint, quorum alii voluptatem, alii honorem summum bonum esse dixerunt. Sed hæc missa faciamus.

Κεφ. η'.

Ὅτι οὐκ ἔστι μία ἰδέα τοῦ ἀγαθοῦ.

* Ἐπεὶ δὲ περὶ τοῦ ἐσχάτου τέλους ὁ λόγος ἡμῖν, ὃ δοκεῖ καθόλου τι ἀγαθὸν εἶναι, σκεπτέον περὶ τοῦ καθόλου πῶς λέγεται, καὶ εἰ ἔστι τις ἰδέα τοῦ ἀγαθοῦ. Καίτοι προσάντης ὁ λόγος οὗτος ἡμῖν, διὰ τὸ φίλους εἶναι τοὺς εἰσενεγκόντας τὸν περὶ τῶν ἰδεῶν λόγον. Ὁ δὲ λόγος, εἶναί τινα ἰδέαν ἑκάστου τῶν ὄντων, καθ' ἑαυτὴν ὑφεστηκυῖαν. Δόξειε δ' ἂν ἴσως βέλτιον εἶναι καὶ δεῖν, καὶ τὰ οἰκεῖα ἀναιρεῖν, ἐπὶ τῷ σῶσαι τὴν ἀλήθειαν [a], ἄλλως τε καὶ φιλοσόφους ὄντας. Ἀμφοῖν γὰρ ὄντων φίλων, τῆς τε ἀληθείας καὶ τοῦ περὶ τῶν ἰδεῶν εἰπόντος, ὅσιον προτιμᾶν τὴν ἀλήθειαν.

** Οἱ δὲ ταύτην εἰσαγαγόντες τὴν δόξαν οὐκ ἔλεγον ἐκείνων τῶν ὄντων μίαν ἰδέαν εἶναι, ἐν οἷς τὸ πρότερον καὶ τὸ ὕστερον ἦν. Καὶ διὰ τοῦτο οὐδὲ τοῦ ἀριθμοῦ μίαν ἐποίουν ἰδέαν, ὅτι τὸ πρῶτον καὶ δεύτερον ἔχει. Ἐπεὶ δὲ ἐν τῷ ἀγαθῷ τὸ πρότερον καὶ τὸ ὕστερόν ἐστι, φανερὸν ὅτι οὐκ ἂν εἴη μία αὐτοῦ ἰδέα.

Ὅτι δὲ τὸ πρότερον καὶ τὸ ὕστερόν ἐστιν ἰδεῖν ἐν τῷ ἀγαθῷ, δῆλον. Ἔστι γὰρ τὸ ἀγαθὸν καὶ ἐν τῇ οὐσίᾳ, οἷον νοῦς ἢ θεός. Καὶ ἐν τῷ ποιῷ, αἱ ἀρεταί· καὶ ἐν τῷ πρός τι, τὸ χρήσιμον· καὶ ἐν τῷ ποσῷ, τὸ σύμμετρον· καὶ ἐν τῷ ποῦ, δίαιτα· ἡ γὰρ δίαιτα τόπος ἐστίν, ἐν ᾧ εὖ διάγομεν· καὶ ἐν τῷ πότε, καιρός· ἔστι γὰρ ὁ καιρὸς ὁ ἐπιτήδειος ἑκάστῳ χρόνος. Καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ὁμοίως. Ἐν τούτοις δὲ τὸ πρότερον καὶ τὸ ὕστερόν ἐστιν· ἡ γὰρ οὐσία προτέρα ἐστὶ τοῦ πρός τι. Καὶ ὅτι ἡ μὲν καθ' ἑαυτό ἐστι, τὸ δὲ ἐν ἑτέρῳ ἔχει τὸ εἶναι· καὶ ὅτι ἡ μὲν ἄσχετος, τὸ δὲ ἐν σχέσει ἐστί· παραφυάδι γὰρ ἔοικε καὶ συμβεβηκότι τοῦ ὄντος.

*** Ἔτι ἐπεὶ τὸ ἀγαθὸν ἰσαχῶς λέγεται τῷ ὄντι, πολλαχῶς δὲ λέγεται τὸ ὄν, πολλαχῶς ἂν λέγοιτο καὶ τὸ ἀγαθόν, καὶ οὐκ ἂν εἴη κοινόν τι καὶ καθόλου καὶ ἕν· οὐ γὰρ ἂν ἐν πάσαις ταῖς κατηγορίαις ἐλέγετο, καθὼς εἴρηται, ἀλλ' ἐν μιᾷ μόνῃ.

Cap. VIII.

Non esse unam boni speciem.

Quum hoc loco de fine ultimo, qui videtur universum quoddam bonum esse, nobis sit sermo; considerandum est quomodo universum dicatur, et num boni aliqua species sit; tametsi ardua nobis et lubrica hæc quæstio futura est, quod homines amici primum hanc de ideis disputationem introduxerunt. Quorum opinio fuit, singularum quæ sunt rerum, aliquam esse ideam, quæ per se subsistat. Forsitan autem præstare atque adeo oportere videatur, veritatis tuendæ causa vel nostra ipsorum decreta evertere, præsertim quum etiam nos philosophi simus. Etenim quum ambo nobis amici sint, veritas et idearum auctor, veritatem certe æquum est præferri.

Qui porro hanc de qua agimus opinionem attulerunt, non statuebant unam esse illarum rerum ideam, in quibus prius et posterius esset. Quocirca ne numerorum quidem unam faciebant ideam, quia primum habent numeri et secundum. Quum vero in bono prius sit et posterius, manifestum est non posse unam esse illius ideam.

Prius autem in bono reperiri et posterius, apparet. Etenim et in substantia bonum est, ut mens vel deus. Et in qualitate, ut virtus : et in eo quod ad aliquid refertur, ut utile : et in quantitate, ut mediocre : et in ubi, ut domicilium : domicilium enim locus dicitur, in quo bene vivimus : et in *quando*, ut occasio : occasio autem tempus singulis rebus opportunum vocatur. Et similiter in aliis. In his vero prius est et posterius : eo enim, quod ad aliquid refertur, prior est substantia. Tum quod hæc per se subsistit, illud in alio; tum quod hæc libera et soluta est, illud vero alterius respectu dicitur, siquidem arboris pullo et entis accidenti simile est.

Præterea quando totidem modis nominatur bonum, quot modis nominatur ens, ens autem plurimis dicitur, plurimis quoque modis necesse est dici bonum, idque nec commune, nec universale, nec unum esse; non enim in omnibus categoriis, sicut dictum est, foret, sed in una tantum.

* Cap. 6. τὸ δὲ καθόλου κτλ. — ** Οἱ δὲ κομίσαντες τὴν δόξαν ταύτην κτλ. — *** Ἔτι ἐπεὶ τἀγαθὸν κτλ.

* Ἔτι ἐπεὶ μιᾶς ἰδέας μία ἐστὶν ἐπιστήμη, ἦν ἂν καὶ μία ἐπιστήμη τοῦ ἀγαθοῦ, εἴγε ἦν μία ἰδέα. Ἀλλὰ τοῦτο οὐκ ἔστιν· οὐκ ἄρα μία ἐστὶν ἰδέα τοῦ ἀγαθοῦ. Ὅτι δὲ πολλαὶ ἐπιστῆμαι τοῦ ἀγαθοῦ, φανερόν. Οὐ μόνον γὰρ τῶν ἐν διαφόροις ὄντων κατηγορίαις οὐκ ἔστι μία ἐπιστήμη, ἀλλὰ καὶ τῶν ὑπὸ μίαν. Οἷον ἐν τῷ πότε τὸ ἀγαθὸν ὁ καιρός ἐστιν. Οὗτος δὴ ὁ καιρὸς καὶ ἐν πολέμῳ ἐστὶ καὶ ἐν νόσῳ, οὐ τῆς αὐτῆς δὲ ἐπιστήμης· ἀλλ' ὁ μὲν ἰατρικὸς τὸν ἐν τῇ νόσῳ καιρόν, ὁ δὲ στρατηγικὸς τὸν ἐν τῷ πολέμῳ γινώσκει. Καὶ τὸ σύμμετρον, ὅ ἐστι τοῦ ποσοῦ, καὶ ἐν τροφῇ καὶ ἐν πόνοις. Καὶ τὸ μέν, γυμναστικῆς, τὸ δὲ ἰατρικῆς εἰδέναι.

** Ἔτι ἐπεὶ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ καὶ ἐν τῷ αὐτοανθρώπῳ εἷς καὶ ὁ αὐτὸς ὁρισμός ἐστι, καὶ ἐν τῷ ἵππῳ καὶ ἐν τῷ αὐτοΐππῳ, τῇ ἰδέᾳ δηλονότι· εἰ γὰρ διάφορος, πῶς ἂν εἴη αὐτοῦ ἰδέα; φανερὸν ὅτι οὐδὲν διαφέρει ὁ ἄνθρωπος ᾗ ἄνθρωπος, τοῦ αὐτοανθρώπου· καὶ ἐπὶ πάντων ὁμοίως· ὥστε καὶ τὸ ἀγαθὸν ᾗ ἀγαθὸν οὐδὲν διαφέρει τοῦ αὐτοαγάθου [b]. Φανερὸν γάρ, ὅτι οὐ διοίσουσιν ὡς ἀγαθά, ὅτι τὸ μὲν αὐτοάγαθον ἀΐδιον, τὸ δέ, οὔ· ὥσπερ οὐδὲ τὸ πολυχρόνιον λευκὸν τοῦ ἐφημέρου λευκότερον. Οὐκ ἄρα οὔτε ἄλλου τινὸς τῶν ὄντων ἰδέα ἐστὶν ὑπὲρ αὐτό, οὔτε τοῦ ἀγαθοῦ. Οἱ δὲ Πυθαγόρειοι πιθανώτερον ἐοίκασι λέγειν περὶ τοῦ ἀγαθοῦ· τὸ γὰρ ἓν ἐν ᾗ ἔλεγον τοῦ ἀγαθοῦ ἔταξαν συστοιχίᾳ, οἷς δὴ καὶ Σπεύσιππος ἀκολουθῆσαι δοκεῖ. Ἡ δὲ συστοιχία τῶν ἀγαθῶν, ἣν ἔλεγον, αὕτη· τὸ πέρας, τὸ περισσόν, τὸ ἕν, τὸ δεξιόν, τὸ ἄῤῥεν, τὸ εὐθύ, τὸ φῶς, τὸ τετράγωνον, τὸ ἠρεμοῦν, τὸ ἀγαθόν· ᾗ τινι καὶ ἑτέραν ἐποίουν ἀντικειμένην. Τὸ ἄπειρον, τὸ ἄρτιον, τὸ πλῆθος, τὸ ἀριστερόν, τὸ θῆλυ, τὸ καμπύλον, τὸ σκότος, τὸ ἑτερόμηκες, τὸ κινούμενον, τὸ κακόν.

(Scripsi : [a] ἐπὶ τῷ σῶσαι τὴν ἀλήθειαν] i. e. ἐπὶ σωτηρίᾳ τῆς ἀληθείας, ut ait Aristoteles; cod. ἐπὶ τὸ σῶσαι τὴν ἀλήθειαν. — [b] αὐτοαγάθου] cod. αὐτοαγαθοῦ. —)

Deinde quoniam unius ideæ una est scientia, una quoque boni foret scientia, si una esset idea. Atqui hoc non est : ergo nec una boni est idea. Multas autem boni esse scientias manifestum est. Nam non solum eorum, quæ in diversis categoriis sunt, non una est scientia, sed nec eorum quæ uni subsunt. Exempli gratia in categoria *quando* bonum est occasio. Hæc occasio et in bello et in morbo est, non ejusdem tamen scientiæ : sed medicus occasionem quæ in morbo, imperator eam novit quæ in bello requiritur. Rursus mediocre, quod in categoria quantitatis est, atque in alimento et in laboribus. Et alterum quidem ars gymnastica, alterum vero medicina novit.

Insuper quum hominis et ipsius hominis una eademque sit definitio, sicut equi et ipsius equi, id est, ideæ equi : (si enim alia esset, quomodo posset ipsius idea consistere?) apparet nihil differre hominem, qua homo est, ab eo quem ipsum vocant hominem, hoc est ab idea hominis : eodemque modo in reliquis : itaque et bonum, qua est bonum, nihil differt ab ipso bono. Patet enim, differre ista non posse ut bona, quia idea boni æterna est, alterum vero illud non est æternum : sicut nec res diu candida candidior habetur ea quæ unum diem candida est. Ex quo efficitur, nec alterius rei esse ideam supra ipsum, nec boni. Probabilius autem de bono loqui videntur Pythagorei : qui unum in eo quem statuebant bonorum ordine locant, quos etiam Speusippus videtur esse secutus. Ipse autem bonorum ordo quem statuebant talis erat : finitum, impar, unum, dextrum, masculinum, rectum, lumen, quadratum, quiescens, bonum. Cui alium rursus opponebant : infinitum, par, plura, sinistrum, femininum, curvum, tenebras, altero latere longius, quod movetur, malum.

Κεφ. θ'.

Ὅτι οὐκ ἔστιν ἰδέα μία τῶν καθ' ἑαυτὰ ἀγαθῶν.

*** Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἄλλος ἔσται λόγος· ἐροῦμεν δὲ ἔτι περὶ τοῦ ἀγαθοῦ ἀκριβέστερον. Τὰ γὰρ εἰρημένα δεῖταί τινος ἐξετάσεως καὶ ἀκριβείας, διὰ τὸ μὴ περὶ παντὸς ἀγαθοῦ κατὰ μέρος εἰρῆσθαι τοὺς λόγους. Νῦν δὲ διελόντες ἀκριβέστερον ποιήσομεν τὸν λόγον. Διπλῶς τοίνυν λέγεται τὸ ἀγαθόν· τὰ μὲν γὰρ δι' ἑαυτά εἰσιν ἀγαθά, καὶ δι' ἑαυτὰ ζητοῦνται, καὶ ἀγαθὰ λέγονται, καὶ ἀγαπῶνται· τὰ δὲ οὐ δι' ἑαυτά, ἀλλὰ δι' ἐκεῖνα· διώκονται γάρ, ὅτι φυλακτικά εἰσι τῶν δι' ἑαυτὰ ἀγαθῶν, ἢ ποιητικά, ἢ τῶν ἐναντίων κωλυ-

Cap. IX.

Bonorum per se non esse unam ideam.

Verum de his alius erit dicendi locus : nunc de bono etiam accuratius agamus. Ea enim quæ dicta sunt, diligentius tum examinanda tum explicanda erunt, quia nondum de omni bono singulatim disseruimus. Quare adhibita divisione accuratius in hac disputatione pergemus. Duobus ergo modis dicitur bonum : alia enim per se bona sunt, quæ et per se petuntur, et per se hoc nomen habent, et per se amantur : alia autem contra non per se, sed propter illa : quia enim reliqua quæ per se bona sunt, vel conservant, vel efficiunt, vel contra

* Ἔτι δέ, ἐπεὶ τῶν κατὰ μίαν ἰδέαν κτλ. — ** Ἀπορήσειε δ' ἄν τις κτλ. — *** Τοῖς δὲ λεχθεῖσιν ἀμφισβήτησις κτλ.

τικά. Καὶ καθ' ἑαυτὰ μὲν ἀγαθά, ὑγίεια, καὶ ἀρετή, τὸ φρονεῖν, τὸ ὁρᾷν· οὐ δι' ἑαυτὰ δέ, ἀσκήσεις, ἃ πρὸς ἀρετὴν φέρει, γυμνάσια, φαρμακεῖαι, ἃ τῆς ὑγιείας ἕνεκα ζητοῦνται. Ταῦτα δὲ καὶ ὠφέλιμα καλοῦνται.

* Διελόντες οὖν ἀπὸ τῶν ὠφελίμων τὰ ἀγαθά, ἃ καθ' ἑαυτά εἰσι, σκεψώμεθα εἰ μία ἰδέα τούτων ἐστί· φαίνεται τοίνυν μάταιον εἶναι, ἰδέαν λέγειν τῶν καθ' ἑαυτὰ ἀγαθῶν. Τί γὰρ ἂν τούτων καὶ διαφέροι, εἴπερ καὶ ταῦτα καθ' ἑαυτά εἰσιν ἀγαθά, καθάπερ ἐκείνη; Τὸ γὰρ φρονεῖν καὶ ὁρᾷν, καὶ ἡδοναί τινες αἱ σώφρονες, καὶ τιμαί, εἰ καὶ δι' ἄλλα ζητοῦνται, ἀλλ' ὅμως καὶ χωρὶς τῆς ἐκείνων προσθήκης αὐτὰ δι' ἑαυτὰ καὶ αἱρετά εἰσι καὶ διωκτά. Ὥστε κατὰ τοῦτο καθ' ἑαυτὰ ἀγαθά εἰσι, καὶ οὐ μόνῃ τῇ ἰδέᾳ τοῦτο δώσομεν.

** Ἔτι εἰ ἔστιν ἰδέα μία τῶν καθ' ἑαυτὰ ἀγαθῶν, αὐτὸς ὁ ὁρισμὸς τοῦ ἀγαθοῦ ἐφαρμόσει πᾶσι· καθάπερ ὁ αὐτὸς ἐφαρμόζει λόγος ὁ τῆς λευκότητος ἔν τε χιόνι [a] καὶ ψιμυθίῳ· [b] ἀλλ' οὐκ ἔστι. Φρονήσεως γὰρ καὶ ἡδονῆς, καθ' ὃ ἀγαθά, διάφοροι οἱ ὁρισμοί· ἄλλο γὰρ τὸ τῆς ἡδονῆς ἀγαθόν, καὶ ἄλλο τὸ τῆς φρονήσεως.

(Scripsi : [a] χιόνι] vulgo χίονι. — [b] ψιμυθίῳ] vulgo ψιμμυθίῳ. —]

Ria depellunt, propterea expetuntur. Et per se quidem bona sunt sanitas et virtus, sapere, videre : non per se, exercitia, sicut exercitationes gymnasticæ, quibus virtutis causa utimur, et quæ valetudinis gratia adhibentur remedia. Hæc enim et utilia dicuntur.

Quamobrem primum ab iis quæ utilia appellantur, bona quæ per se sunt distinguamus, deinde num una aliqua eorum sit idea consideremus : videtur ergo ineptum esse, aliquam bonorum, quæ per se sunt, ideam ponere. Qualis enim harum rerum differentia erit, si et illa per se sunt, sicut hæc est? Etenim sapere et videre et voluptates quædam pudicæ et honores, licet propter alia petantur, nihilominus sine illis tamen ipsa per se et eligenda et expetenda sunt. Itaque eo nomine per se bona sunt, nec soli id ideæ ascribendum est.

Insuper si una bonorum quæ per se sunt est idea, eadem boni definitio omnibus conveniet : quemadmodum eadem candoris in nive et in cerussa finitio congruit : quod non fit. Prudentiæ enim et voluptatis, qua bona sunt, diversa est definitio : aliud enim voluptatis, aliud prudentiæ bonum est.

Κεφ. ι'.

Ὅτι τὰ ἀγαθὰ κατ' ἀναλογίαν ἑνὶ ὀνόματι λέγονται· καὶ ὅτι οὐδεμία βοήθεια τῷ ἠθικῷ ἀπὸ τοῦ τὴν ἰδέαν αὐτὸν εἰδέναι.

Ἐπεὶ δὲ τὰ ἀγαθά, καθὼς εἴρηται, οὐ συνωνύμως λέγονται, (οὐ γὰρ τὸν αὐτὸν ἔχουσιν ὁρισμὸν) ζητητέον πῶς λέγονται. Ἢ γὰρ ὁμωνύμως, ἢ ὡς τὰ ἀφ' ἑνός, ἢ πρὸς ἓν συντελοῦντα, ἢ κατὰ ἀναλογίαν· ὥσπερ λέγεται ὁ νοῦς ὀφθαλμός, ὅτι τὸν αὐτὸν λόγον ἔχει πρὸς τὴν ψυχήν, ὃν ὁ ὀφθαλμὸς πρὸς τὸ σῶμα. Δοκεῖ δὲ τὰ ἀγαθὰ κατὰ ἀναλογίαν ἑνὶ ὀνόματι λέγεσθαι. Καθάπερ γὰρ ψυχὴν ἀγαθὴν λέγομεν, οὕτω καὶ χρόνον καὶ τόπον· ἔχει γὰρ ἀνάλογον· καὶ ὅπερ ἐν ψυχῇ ἀρετή, τοῦτο ἐν χρόνῳ καιρός, καὶ ἐν τόπῳ δίαιτα, καὶ ἐν ποσῷ συμμετρία. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἀφετέον νῦν· ἐξακριβοῦν γὰρ ὑπὲρ αὐτῶν ἄλλῃ ἂν εἴη φιλοσοφίᾳ οἰκειότερον· οὐ γὰρ τῇ ἠθικῇ ταῦτα προσήκει. Ὁμοίως δὲ καὶ τὸ περὶ τῆς ἰδέας λέγειν καθόλου· θεολογικοῦ γάρ τινος καὶ τοῦτο, καὶ οὐδὲν συντελεῖ τῷ ζητοῦντι τὸ πολιτικὸν ἀγαθόν.

*** Ἡ γὰρ ἰδέα τοῦ ἀγαθοῦ εἰ καὶ ἔστιν, ἥτις κοινῇ τῶν ἄλλων καὶ καθόλου κατηγορεῖται καὶ χωριστὸν τῶν ἄλλων καὶ καθ' ἑαυτὸ ὑφεστός, δῆλον ὡς οὐκ ἂν εἴη δυνατὸν ἀνθρώπῳ πρᾶξαι τοῦτο ἢ κτήσασθαι· ἡμῖν δὲ περὶ τοιούτου ἀγαθοῦ ὁ λόγος. Ἐν αὐτῷ γὰρ καὶ τὴν εὐδαιμονίαν συστῆναι δυνατόν· εὐδαιμονεῖ γάρ τις ἐν ᾧ ἔπραξεν ἢ ἐν ᾧ ἐκτήσατο. Ὥστε οὐκ ἂν εἴη προσῆκον ἡμῖν περὶ τοῦ μὴ τοιούτου λέγειν· τάχα

Cap. X.

Bona proportione uno nomine appellari : deinde ideæ ipsius cognitionem nihil prodesse homini moralis philosophiæ studioso.

Quum ergo, quemadmodum dictum est, bona non simili nomine appellentur, (non enim eandem definitionem habent), videndum est quomodo dicantur. Aut enim communi nomine notantur, vel ut ea quæ ab uno proficiscuntur vel quæ ad unum tendunt, aut proportione idem nomen habent : sicut mentem oculum vocamus, quia eandem ad animum, quam oculus ad corpus rationem habet. Videntur autem bona proportione eodem nomine affici. Nam quomodo animum bonum dicimus, sic et tempus et locum : proportionem enim habent : et quod in animo est virtus, hoc in tempore occasio, in loco domicilium, in quantitate modus est. Sed hæc nunc mittamus : quia alii potius philosophiæ accurata eorum convenit tractatio : neque enim talia ad ethicen pertinent. Similiter et universe de idea agere : quod theologum potius decet, neque quidquam illi prodest qui civile bonum quærit.

Etenim quamvis boni idea sit, quæ communiter et universe de aliis dicatur, quæque ab aliis sejuncta existimetur et per se subsistat : hanc tamen neque actioni humanæ accommodari, neque ab homine comparari posse manifestum est. Nos vero de tali nunc bono loquimur. Quippe in eo potest consistere felicitas : suis enim quisque actionibus aut possessionibus beatus redditur. Quare nec nostrum officium est, de alio bono disserere :

* Χωρίσαντες οὖν κτλ. — ** Εἰ δὲ καὶ ταῦτά ἐστι κτλ — *** Εἰ γὰρ καὶ ἔστιν ἕν τι κτλ.

δέ τῳ δόξειεν ἂν τοὐναντίον, βέλτιον εἶναι μᾶλλον καὶ συμφορώτερον εἰς τὸ πρᾶξαι καὶ κτήσασθαι τὰ κτητὰ καὶ πρακτὰ ἀγαθά, τὸ εἰδέναι αὐτὴν τὴν ἰδέαν τοῦ ἀγαθοῦ· καθάπερ γὰρ παραδείγματι χρώμενοι ταύτῃ γνωσόμεθα, ποῖα τῶν πρακτῶν καὶ κτητῶν εἰσιν ἡμῖν ἀγαθά· κἂν εἰδῶμεν, ἐπιτευξόμεθα αὐτῶν. Πιθανότητα μὲν οὖν ἔχει τινὰ οὗτος ὁ λόγος· ἔοικε δὲ ταῖς ἐπιστήμαις διαφωνεῖν· πᾶσαι γὰρ αἱ ἐπιστῆμαι ἀγαθοῦ τινος ἐφίενται, καὶ τὸ ἐνδεὲς ἀναπληρῶσαι ἐπιζητοῦσιν· ὥσπερ ἰατρικὴ μὲν τὸ ἐλλεῖπον τῆς ὑγιείας, γυμναστικὴ δὲ τῆς ἰσχύος καὶ τῆς ἀνδρίας. Οὕτω δὲ ἔχουσαι πρὸς τὴν ζήτησιν τοῦ ἀγαθοῦ, τοῦ καθόλου τούτου ἀγαθοῦ τὴν γνῶσιν παραλιμπάνουσιν· οὐκ ἂν δὲ παρελίμπανον [a], εἰ βοήθειά τις ἦν αὐταῖς ἀπ' αὐτοῦ. Βοήθημα γὰρ τηλικοῦτον ἅπαντας ἀγνοεῖν τοὺς τεχνίτας καὶ μὴ ἐπιζητεῖν, οὐκ εὔλογον. Ὥστε καὶ διὰ τοῦτο ματαίαν τινὰ τὴν ἰδέαν εἶναι. Ἄπορον καὶ τί ὠφεληθήσεται ὑφάντης ἢ τέκτων πρὸς τὴν αὑτοῦ τέχνην, εἰ γινώσκει αὐτὸ τὸ ἀγαθὸν τὸ καθόλου, ἢ ἰατρὸς πῶς ἰατρικώτερος ἔσται, ἢ στρατηγὸς πῶς ἂν γένοιτο στρατηγικώτερος, ὁ τὴν ἰδέαν αὐτὴν τοῦ ἀγαθοῦ τεθεαμένος· οὐ γὰρ τὸ καθόλου ὁ τεχνίτης σκοπεῖ· ὥσπερ ὁ ἰατρός. Οὐ γὰρ τὴν καθόλου ὑγίειαν [b] σκοπεῖ, ἀλλὰ τὴν τοῦ ἀνθρώπου· μᾶλλον δέ, οὐδὲ τοῦ καθόλου ἀνθρώπου, ἀλλὰ τὴν τοῦ ἀτόμου· καθ' ἕκαστον γὰρ ἰατρεύει.

(Scripsi [a] παρελίμπανον] cod. παραλίμπανον. — [b] ὑγίειαν] al. ὑγιείαν. —)

sed forsitan e contrario satius esse duxerit quispiam et utilius ad ea bona quæ agi quæque possideri a nobis possunt tum agenda tum comparanda, ipsam boni ideam cognitam habere: quam tanquam exemplar intuiti, quænam ex illis bonis bona nobis sint, et intelligemus et intellecta consequemur. Atqui probabiliter quidem hæc dicuntur, sed a scientiis atque artibus plurimum videntur discrepare. Nam aliquod bonum omnes expetunt, et id quod deest supplere nituntur: sicut medicina, quod ad sanitatem, ars gymnastica quod ad robur deest aut ad fortitudinem. Et tamen quamvis ita in boni investigatione versentur, nihilominus boni hujus universi scientiam prætermittunt. quod neutiquam facerent, si ipsis illud subsidio foret. Nimirum non est verisimile aut consentaneum, artifices omnes tantum adjumentum fuisse ignoraturos, ac ne requisituros quidem. Ex quo etiam sequitur, vanam esse hanc ideam. Illud quoque maxime dubium et pæne inexplicabile est, quid utilitatis ad artem suam textor aut faber ex ipsius universi boni cognitione consecuturus sit, aut quo tandem modo vel medicus ad medendum vel imperator ad exercitum ducendum aptior sit futurus, qui ipsam boni ideam contemplatus fuerit. Id videlicet quod universale est non spectat artifex, ut nec medicus. Neque enim universam sanitatem spectat, sed hominis: immo vero ne universe quidem hominis, sed individui, quia singulis hominibus medicinam adhibet.

Κεφ. ια.

Ὅτι τέλειόν ἐστιν ἀγαθὸν τὸ ζητούμενον τῇ πολιτικῇ τέλος, καὶ αὔταρκες.

* Καὶ περὶ μὲν τούτων ἐπὶ τοσοῦτον εἰρήσθω. Πάλιν δὲ ἐπανέλθωμεν ἐπὶ τὸ ζητούμενον, καὶ σκοπῶμεν τί ποτ' ἂν εἴη· λέγω δὴ τὸ ζητούμενον τῇ πολιτικῇ τέλος. Ἔστι μὲν γὰρ ἄλλο ἐν ἄλλῃ τέχνῃ ἀγαθόν· ἄλλο γὰρ ἐν ἰατρικῇ, καὶ ἄλλο ἐν στρατηγικῇ, καὶ ταῖς λοιπαῖς ὁμοίως· ἑκάστῃ δὲ ἀγαθὸν τὸ τέλος ἐστίν, οὗ ἕνεκα τὰ ἄλλα ποιεῖ. Ὥσπερ ἐν ἰατρικῇ μὲν ὑγίεια τὸ ἀγαθόν, καὶ ἐν στρατηγικῇ νίκη, καὶ ἐν οἰκοδομικῇ οἰκία. Ἐπεὶ τοίνυν ἐν πάσῃ πράξει καὶ τέχνῃ ἐκεῖνό ἐστι τὸ ἀγαθόν, οὗ ἕνεκα τὰ ἄλλα γίνεται, τὸ τέλος δηλονότι· καὶ καθόλου εἰ εὑρήσομεν τὸ τέλος πασῶν τῶν πράξεων, οὗ ἕνεκα πάσας ποιοῦμεν, τοῦτο ἂν εἴη τὸ ἐν πάσαις ταῖς πράξεσιν ἀγαθόν· καὶ καθάπερ ἰατρικὸν ἀγαθὸν τὸ τέλος ἐστὶ τῆς ἰατρικῆς, καὶ στρατηγικόν, τὸ τέλος τῆς στρατηγικῆς· οὕτω καὶ πρακτικόν τι ἔσται ἀγαθόν, τὸ τέλος πασῶν τῶν πράξεων. Εἰ δὲ καὶ μὴ ἓν ἀλλὰ πλείω εἴη, ταῦτα ἂν εἴη τὰ πρακτὰ ἀγαθά. Τοῦτο δὲ τί ἐστι, πειρατέον ἔτι διασαφῆσαι· οὔπω γάρ τι περὶ αὐτοῦ σαφὲς εἴπομεν, ἀλλ' ἔτι ζητοῦ-

Cap. XI.

Perfectum esse et per se sufficiens civilis prudentiæ bonum.

Et de his quidem hactenus. Quare rursus ad priorem quæstionem revertamur, ut videamus, quis sit finis ille, quem civilis sibi proponit prudentia. Aliud enim in alia arte bonum est: siquidem aliud in medicina est, aliud in arte imperatoria et in reliquis eodem modo: bonum autem unicuique arti finis est, cujus causa cætera agit. Sicut in medicina bonum est sanitas, in imperatoria arte victoria, in architectura domus. Quum ergo in omni tum actione tum arte illud sit bonum, cujus causa cætera fiunt, ipse scilicet finis: in universum etiam, si omnium actionum finem illum invenerimus, cujus causa actiones istæ fiunt, hoc in omnibus actionibus bonum erit: et quemadmodum bonum medicum finis medicinæ, et imperatorium itidem est imperatoriæ artis: sic etiam omnium actionum finis bonum aliquod in agendo positum erit. At si non unus est finis, sed plures, utique hæc quæ agi possunt erunt bona. Sed danda nobis opera est, ut quis ille sit finis, planius explicemus: quia nihil hactenus de eo explicate diximus,

* Cap. 7. Πάλιν δὲ ἐπανέλθωμεν κτλ.

μεν τί ἐστι· μεταβαίνων γὰρ ὁ λόγος οὐδὲν ἤνυσε πλέον, ἀλλ' εἰς τὸ αὐτὸ ἀφίκετο, ὃ καὶ ἐν τοῖς προοιμίοις ἐλέγομεν, ὅτι τὸ πάσης πράξεως τέλος, τοῦτο ἂν εἴη τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ ἄριστον. Ἐπεὶ τοίνυν πολλὰ φαίνεται τῶν πράξεων τὰ τέλη, τούτων δέ τινα οὐδ' ἑαυτὰ αἱρούμεθα, ἀλλὰ δι' ἕτερα τέλη ἄλλων ἐπιστημῶν τῶν ἀρχιτεκτονικῶν, καθὼς εἴρηται, καί εἰσι χρήσιμα πρὸς ἐκεῖνα, ὥσπερ ὁ πλοῦτος, ὃ τοῦ χρηματιστοῦ ἐστι τέλος, χρησιμεύει τῷ πολιτικῷ εἰς τὸ ἴδιον τέλος, καὶ ὁ αὐλός, τέλος μὲν τοῦ αὐλοποιοῦ, χρήσιμον δὲ τῷ αὐλητῇ διὰ τὸ αὐλεῖν, ὁμοίως δὲ καὶ πάντα τὰ ὄργανα· ἐπεὶ τοίνυν εἰσί τινα τῶν τελῶν μὴ δι' ἑαυτὰ ἀγαθά, οὐκ ἂν εἴη πάντα τὰ τέλη τέλεια. Τὸ δὲ ἀγαθόν, οὗ ἕνεκα πάντα πράττομεν, τέλειον δεῖ εἶναι· ὥστε οὐκ ἂν εἴη ἓν τῶν τοιούτων τελῶν, ἅπερ ἀτελῆ εἰσιν. Ἀλλ' εἰ μὲν πολλά εἰσι τὰ τέλεια, τὸ τελειότατον τούτων· εἰ δὲ ἕν, ἐκεῖνό ἐστι τὸ ζητούμενον ἐν πάσαις ταῖς ἀνθρωπίναις πράξεσιν ἀγαθόν. Καὶ τὸ μὲν δι' ἑαυτὸ ζητούμενον τοῦ δι' ἄλλο ζητουμένου τελειότερον λέγομεν· πάλιν δὲ ἐπεί τινα τῶν ἀγαθῶν καὶ δι' ἑαυτὰ καὶ δι' ἄλλα ζητοῦνται, ὥσπερ τὸ ὑγιαίνειν καὶ τὸ φρονεῖν, τελειότερον τούτων ἐστίν, ὅπερ δι' ἑαυτὸ μόνον ζητεῖται, οὐδέποτε δὲ δι' ἄλλο· καὶ οὐ μόνον κατὰ σύγκρισιν τελειότερον ἄλλου, ἀλλὰ καὶ ἁπλῶς τέλειον ἀγαθὸν τοῦτό ἐστι. Τοιοῦτον δὲ ἡ εὐδαιμονία μάλιστα εἶναι δοκεῖ· ταύτην γὰρ αἱρούμεθα ἀεὶ δι' ἑαυτήν· τιμὴν δὲ καὶ ἡδονὴν καὶ φρόνησιν, καὶ πᾶσαν ἀρετὴν αἱρούμεθα μὲν δι' ἑαυτά· (μηδενὸς γὰρ ἀποβαίνοντος ἄλλου ἀπὸ τῆς κτήσεως αὐτῶν, ἑλοίμεθα ἂν ἕκαστον αὐτῶν·) αἱρούμεθα δὲ καὶ τῆς εὐδαιμονίας χάριν, διὰ τούτων ὑπολαμβάνοντες εὐδαιμονήσειν. Τὴν δὲ εὐδαιμονίαν οὐδεὶς αἱρεῖται διὰ ταῦτα, ἢ ὅλως δι' ἄλλο· ἀλλὰ μόνον δι' ἑαυτήν· ὥστε ἡ εὐδαιμονία ἂν εἴη τὸ ζητούμενον παρὰ τῶν ἀνθρωπίνων πράξεων ἀγαθόν.

* Ἔτι δὲ καὶ ἐκεῖθεν δῆλον· καὶ γὰρ τὸ τέλειον ἀγαθὸν ὃ ζητεῖται, αὔταρκες εἶναι δοκεῖ. Αὔταρκες δέ, ὃ ἀρκεῖ οὐ μόνον ἑνί τινι ζῶντι βίον μονώτην, ἀλλὰ καὶ γονεῦσι καὶ τέκνοις καὶ γυναικί, καὶ ὅλως τοῖς φίλοις καὶ πολίταις. Ἐπεὶ καὶ τοῦ ἐν τούτοις ἀγαθοῦ ὁ ἄνθρωπος χρήζει, [a] φύσει πολιτικὸς ὢν καὶ κοινωνικός. Καὶ ὅλως αὔταρκές ἐστιν, ὃ μονούμενον, ἄρκιον καὶ αἱρετὸν ποιεῖ τὸν βίον καὶ μηδενὸς ἐνδεᾶ· τοιοῦτον δὲ τὴν εὐδαιμονίαν οἰόμεθα εἶναι. Φαίνεται ἄρα, τὸ ζητούμενον ἀγαθὸν τὴν εὐδαιμονίαν εἶναι. Ἔτι τὴν εὐδαιμονίαν οὐ λέγομεν συναριθμεῖσθαι τοῖς ἄλλοις ἀγαθοῖς· τῶν γὰρ αἱρετῶν ἡγούμεθα εἶναι τὸ ἄκρον· καὶ εἰ σύστοιχον αὐτὴν τοῖς ἄλλοις ποιήσομεν ἀγαθοῖς, φανερὸν ὅτι, εἰ προσθήσομέν τι τῶν ἄλλων αὐτῇ, αἱρετωτέραν ποιήσομεν, καὶ οὕτως οὐκ ἂν εἴη αὐτὴ τὸ ἄκρον τῶν αἱρετῶν· τὸ γὰρ προστιθέμενον τῶν ἀγαθῶν μετὰ τῆς εὐδαιμονίας ἀγαθόν τι ἀποτελέσει τῆς εὐδαιμονίας αἱρε-

sed adhuc quis sit quærimus : neque enim quidquam effecit, dum huc et illuc vagatur oratio, sed eodem revoluta est, nec aliud probavit, quam actionis, ut in prooemio diximus, cujusque finem hoc esse, quod bonum dicimus et optimum. Quum ergo multi videantur esse actionum fines, atque horum quidam non per se, sed ob alios aliarum scientiarum fines, qui principes vocantur, ut supra dictum est, expetantur ac propterea utiles existimentur, sicut divitiæ, qui lucripetæ finis est, homini rerum civilium perito ad finem suum possunt prodesse, et tibia quæ finis est tibiarii, nihilominus tibicini ad canendum conducit, et similiter instrumenta reliqua : quum ergo, inquam, fines quidam sint, qui per se non sint boni, sequetur nec omnes fines perfectos esse. Illud vero cujus causa omnia facimus, perfectum esse oportet bonum : quare nec inter illos fines erit, qui non sunt perfecti. Quodsi multi sunt perfecti, is qui perfectissimus erit : sin autem unus, hoc jam illud erit, quod in omnibus humanis actionibus quærimus bonum. Jam id certe quod per se peti solet, eo quod ob aliud petitur, perfectius dicimus : rursusque quum talia sint bona quædam, ut et per se et ob aliud petantur, sicut valere et sapere, horum perfectiora sunt quæ per se semper, neque unquam ob aliud petuntur : atque hujusmodi quidem bonum non alterius tantum respectu, sed simpliciter et absolute perfectum est. Tale autem maxime videtur esse felicitas : hanc enim semper per se expetimus : honorem contra, voluptatem ac prudentiam cæterasque per se quidem petimus virtutes (quamvis enim possessionem earum nihil aliud sequatur, tamen singula qualia sunt petimus) nihilominus tamen et felicitatis causa petuntur, quod per ea felices futuros nos judicamus. Felicitatem vero nec harum, nec omnino cujusquam alius rei causa quisquam petit, sed per se tantum : ex quo sequitur, felicitatem esse illud quod humanæ actiones sibi proponunt bonum.

Præterea id ipsum et hinc intelligi potest : etenim perfectum illud quod quæritur bonum, per se sufficere videtur. Sufficere autem illud creditur, quod non uni tantum qui vitam degit solitariam sufficiat homini, sed quod parentibus etiam, uxori et liberis, omninoque cæteris tum amicis sufficit tum civibus. Quippe tali bono, quod ad hos etiam pertineat, opus est homini ad vitam societatemque civilem nato. Denique sufficiens hoc est, quod si demas reliqua, sufficientem per se vitam et expetendam facit, ita ut nulla re egeat : talem autem esse felicitatem putamus. Unde apparet, felicitatem esse illud quod quærimus bonum. Insuper felicitatem non dicimus cum reliquis conjungi bonis, quia eorum quæ expetuntur bonorum extremum eam esse arbitramur : nam si in reliquorum bonorum ordine eam locemus, illud eveniet, ut si aliud illi adjungamus, eam optabiliorem etiam faciamus; unde sequetur, summum eam bonum

* Φαίνεται δὲ καὶ ἐκ τῆς αὐταρκείας κτλ.

τώτερον· τοιοῦτον δὲ καὶ τὸ ζητούμενον ἀγαθόν ἐστι, οὐ συναριθμούμενον τοῖς ἄλλοις καὶ τῶν αἱρετῶν ἄκρον ὑπάρχον· τέλειον γάρ ἐστι· τὸ δὲ τέλειον, αἱρετώτατον· ἀεὶ γὰρ τὸ τελειότερον ἀγαθὸν μᾶλλον αἱρούμεθα· ἡ ἄρα εὐδαιμονία ἐστὶ τὸ ζητούμενον τέλος. Ἔχει δέ τινα ἀπορίαν ὁ περὶ τοῦ αὐτάρκους λόγος. Εἰ γὰρ τότε τὸ ἀγαθὸν αὔταρκές τινι, ὅταν αὐτῷ καὶ πᾶσι τοῖς οἰκείοις ἀρκέσῃ, καὶ τοῖς πολίταις, καὶ τοῖς φίλοις, καὶ ἔτι τοῖς οἰκείοις καὶ συγγενέσιν ἐκείνων, ἐπεὶ τοῦτο εἰς ἄπειρον πρόεισιν, οὐκ ἂν συσταίη τὸ αὔταρκες ἀγαθόν. Ὥστε ἀνάγκη λαβεῖν τινα ὅρον τῶν οἰκείων, ἐφ' οὓς δεῖ προϊέναι τὸ ἀγαθόν. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν εἰσαῦθις ἐπισκεπτέον· λέγωμεν δὲ περὶ τοῦ προκειμένου.

(Scripsi: [a] χρήζει] vulgo χρήσει. —)

non fuisse. Nimirum illud quod felicitati adjungetur, aliquod ipsa felicitate optabilius efficiet bonum: hoc vero quod quærimus bonum tale est, ut cum reliquis conjungi non debeat, sed eorum omnium, quæ eligenda perhibemus, sit summum: est enim perfectum: quod autem perfectum est, maxime est expetendum: semper enim quo perfectius est bonum, eo magis etiam illud consectamur: hinc patet, felicitatem esse finem nobis propositum. Sed dubitatur in hac quæstione de bono per se sufficiente. Si enim tum demum sufficiens homini bonum est, quum ipsi ejusque familiaribus omnibus et civibus et amicis, rursusque illorum familiaribus et propinquis sufficit, quod in infinitum abit, nusquam consistet illud quod sufficiens dicitur bonum. Quare certus aliquis, ad quem usque progredi hoc bonum oporteat, constituendus erit amicorum terminus. Qua de re posthac commentabimur; nunc ad propositum revertamur.

Κεφ. ιβ'.

Ὅτι ἐν τῇ κατὰ λόγον τοῦ ἀνθρώπου ζωῇ ἡ εὐδαιμονία συνίσταται, καὶ ἔστι ψυχῆς ἐνέργεια κατ' ἀρετὴν ἐν βίῳ τελείῳ.

* Τὸ μὲν οὖν λέγειν τὴν εὐδαιμονίαν αὐτὸ εἶναι τὸ ζητούμενον τῇ πολιτικῇ ἀγαθὸν τὸ ἄριστον, ὁμολογούμενόν τι φαίνεται. Ποθεῖται δὲ λεχθῆναι περὶ αὐτῆς ἐναργέστερον, τί ἐστι. Τοῦτο δὲ γένοιτ' ἄν, εἰ τὸ ἔργον εὑρήσομεν τοῦ ἀνθρώπου, καθ' ὅ ἐστιν ἄνθρωπος. Ὥσπερ γὰρ παντὸς τεχνίτου ἀγαθὸν ἐν τῷ ἔργῳ αὐτοῦ ἐστι, καὶ αὐλητοῦ μὲν ἐν τῷ αὐλεῖν, ἀγαλματοποιοῦ δὲ ἐν τῷ ἀγάλματι, καὶ ὅλως ἐπὶ παντὸς ἔργου καὶ πράξεως οὕτως ἔχει, οὕτω καὶ τὸ ἀνθρώπινον ἀγαθὸν ἐν τῷ ἔργῳ αὐτοῦ ἐστιν, εἴπερ τι ἔργον ἐστὶ τοῦ ἀνθρώπου, καθ' ὅ ἐστιν ἄνθρωπος. Πότερον οὖν τέκτονος μὲν καὶ σκυτέως ἐστὶν ἔργα τινὰ καὶ πράξεις, ἀνθρώπου δὲ οὐδέν ἐστιν ἀλλ' ἀργὸν πέφυκεν; ἢ καθάπερ ὀφθαλμοῦ καὶ χειρὸς καὶ ποδὸς καὶ ὅλως ἑκάστου τῶν μορίων φαίνεταί τι ἔργον, οὕτω καὶ ἀνθρώπου παρὰ πάντα ταῦτα θείη τις ἔργον τι.

Τί οὖν ἐστι τὸ τοῦ ἀνθρώπου ἔργον; τὸ μὲν οὖν ζῆν κοινόν ἐστι καὶ τοῖς φυτοῖς· ἡμεῖς δὲ τὸ ἴδιον τοῦ ἀνθρώπου ζητοῦμεν· ὥστε ἐατέον τὸν περὶ τούτου λόγον. Ἐπεὶ δὲ μετὰ τὴν θρεπτικὴν καὶ αὐξητικὴν ζωήν, τὴν φυτικὴν δηλονότι, ἑπομένη ἐστὶν ἡ αἰσθητική, ἔγγιον γὰρ τῆς λογικῆς, σκεπτέον καὶ περὶ αὐτῆς. Ἀλλὰ καὶ αὕτη κοινὴ καὶ ἵππῳ καὶ βοΐ, καὶ παντὶ ζώῳ. Ὥστε οὐδὲ αὐτή ἐστι τὸ ζητούμενον ἔργον τοῦ ἀνθρώπου. Λείπεται δὴ ἡ ἐν λόγῳ πρακτικὴ ζωή. Καὶ αὕτη [a] δὲ διπλῆ τις φαίνεται. Τὸ μὲν γὰρ αὐτῆς ἄλογον μέν, ἐπιπειθὲς δὲ καὶ ὑπεῖκον τῷ λόγῳ· τὸ δὲ λόγον ἔχον καὶ διανοούμενον. Καὶ τὸ μὲν λόγον ἔχον καὶ διανοούμενον τάττει καὶ ῥυθμίζει· τὸ δὲ ἄλογον τάττεται καὶ ῥυθμίζεται. Ὥστε τὸ λογικὸν κυριώτερον ἀνθρωπίνης

Cap. XII.

Felicitatem in ea, quam homo ad rationis normam dirigit vita constare, eamque esse functionem muneris animi honestam in vita perfecta.

Summum igitur illud, quod prudentia civilis quærit bonum, felicitatem dici posse, constare videtur inter omnes. Res autem poscere videtur, ut planius de ea disseramus, et quid illa sit ostendamus. Quod fiet, si prius exploraverimus, quodnam sit opus hominis, quatenus est homo. Etenim ut artificis cujuslibet bonum in ejus opere consistit, et tibicinis quidem in tibiarum cantu, statuarii autem in statua, omninoque eodem modo in omni opere et actione: sic et hominis bonum in ejus opere cernitur, siquidem aliquod hominis opus est, qua est homo. Utrum ergo fabri et sutoris opera aliqua sunt et aliquæ actiones, hominis autem nullum erit, sed animal ad desidiam natum reperietur? an potius ut oculi, manus, pedis singulorumque adeo membrorum suum cujusque opus ac munus est, sic hominis quoque præter hæc omnia opus aliquod esse statuemus? Quodnam ergo hominis opus erit? Nam vivere quidem cum plantis et fruticibus ei videtur esse commune; at nos proprium hominis opus quærimus: quamobrem nihil amplius de hoc dicendum est. Quum vero post vitam alendi augendique vi et facultate præditam, quam plantis tribuimus, sequatur vita sentiendi vim habens, quippe quæ ad rationalem proprius accedat, de hac etiam agendum erit. Porro et hæc equo et bovi reliquisque communis est animalibus. Quocirca ne hoc quidem erit opus illud hominis, quod quærimus. Relinquitur ergo vita rationalis, quæ ad agendum apta sit. Sed et hæc duplex videtur. Altera enim pars ejus ratione quidem caret, quamvis rationi obtemperet et cedat: altera vero ratione prædita est cogitandique munere fungitur. Et ea quidem quæ ratione est prædita et cogitationis particeps, disponit et ordinat: quæ autem ratione caret, disponitur et ordinatur. Quamobrem rationali

* Ποθεῖται δὲ ἐναργέστερον κτλ.

ἐνέργειά ἐστιν, ἐπεὶ καὶ τοῦτό ἐστιν ἐνέργεια· θάτερον γὰρ παθητικὸν λέγεται.

* Ἔστι τοίνυν ἔργον ἀνθρώπου ψυχῆς ἐνέργεια κατὰ λόγον, ὅταν διανοῆται [b], ἢ οὐκ ἄνευ λόγου, ὅταν κατὰ τὸ παθητικὸν μέρος κινῆται [c] μετὰ λόγου. Ἐπεὶ τοίνυν ἐνέργειά ἐστιν ἀνθρωπίνη ἡ κατὰ λόγον, εἰ καὶ εὖ καὶ καλῶς γίνοιτο, οὐδὲν κωλύει ἀνθρωπίνην ἐνέργειαν πάλιν εἶναι· οὐ γὰρ ἑτερογενῆ τὸ τοῦ κιθαριστοῦ ἔργον καὶ τὸ τοῦ σπουδαίου κιθαριστοῦ· κιθαριστοῦ μὲν γὰρ τὸ κιθαρίζειν, σπουδαίου δὲ τὸ εὖ κιθαρίζειν. Καὶ οὐκ εἰσὶν ἑτερογενῆ· ὥσπερ οὐδὲ ὁ ἵππος τοῦ ἀγαθοῦ ἵππου ἕτερος τῷ γένει. Εἰ δ' οὕτω ταῦτα, ἀνθρώπου δὲ τίθεμεν ἔργον ζωήν τινα, ταύτην δὲ ψυχῆς ἐνέργειαν καὶ πράξεις μετὰ λόγου, σπουδαίου ἀνθρώπου ἂν εἴη ἔργον, τὸ εὖ καὶ καλῶς κατὰ λόγον ἐνεργεῖν. Εὖ δέ τι καὶ καλῶς γίνεται ἕκαστον, κατὰ τὸ προσῆκον αὐτῷ ἀγαθόν, καὶ ἡ ἀνθρωπίνη ἄρα ἐνέργεια εὖ καὶ καλῶς ἔσται, κατὰ τὸ προσῆκον αὐτῷ ἀγαθόν. Τὸ δὲ προσῆκον αὐτῷ ἀγαθὸν ἡ ἀρετή ἐστιν. Ὥστε τὸ ἀνθρώπινον ἀγαθὸν ἐκεῖνο ἂν εἴη, ψυχῆς ἐνέργεια κατ' ἀρετήν.

** Εἰ δὲ πολλαὶ αἱ ἀρεταί, κατὰ τὴν ἀρίστην αὐτῶν καὶ τελειοτάτην [d]. Εὕρηται ἄρα τὸ ἀνθρώπινον ἀγαθόν. Τὸ δὲ ἐν ἑκάστῳ ἀγαθόν, τὸ τέλος ἐστίν, ὥσπερ εἴρηται. Εὕρηται ἄρα τὸ τέλος τῶν ἀνθρωπίνων πράξεων. Τὸ δὲ τέλος τῶν ἀνθρωπίνων πράξεων ἐδείχθη ταὐτὸν τῇ εὐδαιμονίᾳ· ἡ εὐδαιμονία ἄρα εὕρηται, ὅπερ ἔδει ποιῆσαι.

*** Ἔτι δὲ προσήκει τὸ ἀνθρώπινον ἔργον, εἰ μέλλοι πάντῃ τέλειον εἶναι, ἐν βίῳ εἶναι τελείῳ· μία γὰρ χελιδὼν ἔαρ οὐ ποιεῖ, οὐδὲ μία ἡμέρα· οὕτω δὲ οὐδὲ μακάριον καὶ εὐδαίμονα μία ἡμέρα οὐδὲ ὀλίγος χρόνος.

**** Ὡρίσθω μὲν οὖν τὸ ἀγαθὸν τὸ ἀνθρώπινον ἡ εὐδαιμονία τοῦτον τὸν τρόπον, ψυχῆς ἐνέργεια κατ' ἀρετὴν ἐν βίῳ τελείῳ. Δεῖ γὰρ ἴσως ὑποτυπῶσαι πρῶτον, εἶτα τελείως γράψαι, καθάπερ εἰκόνα, τὸν περὶ τοῦ ἀγαθοῦ λόγον. Τὸ δὲ τὰ καλῶς τυπωθέντα προαγαγεῖν εἰς τὸ βέλτιον καὶ διαρθρῶσαι, δόξειεν ἂν εὔλογον εἶναι καὶ τοῦ βουλομένου παντός· συντελεῖ γὰρ καὶ ὁ χρόνος· εὑρετὴς ὢν καὶ συνεργὸς ἀγαθὸς τῶν τοιούτων. Ἀπὸ τούτου γὰρ καὶ αἱ τῶν τεχνῶν ἐπιδόσεις γεγόνασι· παντὸς γὰρ προσθεῖναι τὸ ἐλλεῖπον.

(Scripsi : [a] αὕτη] cod. αὐτή. — [b] διανοῆται] cod. διανοεῖται. Vide Hermannum ad Viger. p. 792 et Bast. ad Greg. Cor. p. 115. — [c] κινῆται] cod. κινεῖται. — [d] τελειοτάτην] cod. τελειωτάτην. —)

parti magis proprie tribuitur hominis efficacia, siquidem hæc est efficacia; altera enim patibilis vocatur.

Est ergo opus hominis functio muneris animi rationi consentanea, quoties nimirum intelligit, aut ratione non carens, quoties in patibili parte cum ratione movetur. Quum igitur hominis efficacia rationi sit consentanea, si bene illa recteque fiat, nihil obstabit, quin rursus sit hominis efficacia : sicut nec diversi generis citharistæ et boni citharistæ opus est : citharistæ enim est citharam pulsare, boni autem, bene. Neque enim ista genere inter se differunt : sicut nec equus genere a bono equo diversus est. Quodsi hæc ita se habent, hominisque opus esse statuimus vitam aliquam, hanc vero functionem muneris animi et actiones cum ratione conjunctas, boni hominis opus erit, bene et honeste, ut decet, hoc munere fungi. Bene autem singula et honeste fieri dicuntur secundum suum cujusque bonum; quare et hominis efficacia ad ipsius bonum accommodata recte ac decenter se habebit. Sed conveniens ei bonum virtus est. Itaque hominis bonum erit functio muneris animi virtuti consentanea.

Quodsi multæ sint virtutes, optimæ earum et perfectissimæ consentanea erit. Atque ita hominis bonum invenimus. Bonum autem in singulis finis est, ut jam diximus. Quapropter et finem humanarum actionum invenimus. Finem vero humanarum actionum eundem esse cum felicitate demonstravimus : ideoque et ipsam, quod propositum nobis erat, felicitatem invenimus.

Quin etiam hominis opus, ut plane sit perfectum, si vita perfecta esse oportet. Ut enim una hirundo ver non efficit, nec dies unus : sic nec dies unus, neque exiguum tempus efficit felicem ac beatum.

Sic igitur hominis bonum, felicitas, definiatur, functio muneris animi virtuti consentanea in vita perfecta. Primum enim fortasse boni notio adumbranda, deinde pingendi artificum more ejus tanquam imago, sic boni quam proponimus definitio expingenda nobis et perficienda est. Nam quæ bene delineata sunt, promovere suisque velut membris et articulis distinguere, consentaneum et cujusvis esse videtur : quum etiam tempus talium rerum inventor et adjutor bonus prosit. Unde et artes incrementum ceperunt; cujuslibet enim hominis est, id quod deest, addere.

---

* Εἰ δέ ἐστιν ἔργον ἀνθρώπου κτλ. — ** Εἰ δὲ πλείους αἱ ἀρεταί κτλ. — *** Ἔτι δὲ ἐν βίῳ τελείῳ κτλ. — **** Περιγεγράφθω μὲν οὖν κτλ.

Κεφ. ιγ'.

Ὅτι δεῖ κατὰ τὸ προσῆκον τῇ ὕλῃ τοὺς περὶ αὐτῆς λόγους ἀπαιτεῖν. Καὶ ὅτι οὐκ ἐν ταῖς ἀρχαῖς τὸ διότι ζητήσομεν.

Χρὴ δὲ καὶ τῶν προειρημένων λόγων μεμνῆσθαι, καὶ τὴν ἀκρίβειαν μὴ ὁμοίως ἐν ἅπασιν ἀπαιτεῖν, ἀλλ' ἐν ἑκάστοις κατὰ τὴν ὑποκειμένην ὕλην· καὶ ἐπὶ τοσοῦτον, ἐφ' ὅσον οἰκεῖον τῇ μεθόδῳ. Καὶ τέκτων καὶ γεωμέτρης οὐχ ὁμοίως ἐπιζητοῦσι τὴν ὀρθήν· ἕκαστος γάρ, ἐφ' ὅσον οἰκεῖον τῇ προκειμένῃ μεθόδῳ· ὁ μὲν γὰρ τέκτων τοσοῦτον ἐπιζητεῖ, ὅσον χρησιμεύσει [a] αὐτῷ πρὸς τὸ ἔργον· ὁ δὲ γεωμέτρης αὐτὴν ὀρθὴν ζητεῖ, τί ἐστι καὶ ποῖόν τι· οὐ γὰρ ἔργον τι κατασκευάσαι βούλεται δι' αὐτῆς, ἀλλὰ τὸν ἀληθῆ ζητεῖ περὶ αὐτῆς λόγον. Τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ποιητέον, ὅπως μὴ τὰ πάρεργα τῶν ἔργων πλείω γίνηται. Εἰ γὰρ τὸν τέκτονα ἀπαιτήσομεν τὸν περὶ τῆς ὀρθῆς λόγον, ὅπερ πάρεργόν ἐστιν αὐτῷ πρὸς τὸ ἔργον, πλείονος ζητήσεως αὐτῷ δεήσει, ἢ τὰ πρὸς τὰ τέχνης ἔργα. Οὐκ ἀπαιτητέον δὲ οὐδὲ τὴν αἰτίαν ὁμοίως ἐν ἅπασιν. Ἱκανὸν γὰρ ἔν τισιν, εἰ δειχθεῖεν καλῶς ὅτι εἰσί, καὶ εἰ μὴ προσθήσομεν τὸ διότι. Τοῦτο δὲ συμβαίνει καὶ περὶ τὰς ἀρχὰς τῶν ἐπιστημῶν· ἐν αὐταῖς γὰρ οὐ τὸ διότι ζητήσομεν, ἀλλὰ τὸ ὅτι μόνον. Καὶ τοῦτο ἐν πάσαις ἐπιστήμαις ἀρχή ἐστιν· εἰ γὰρ ζητήσομεν τῶν ἀρχῶν αἰτίαν, οὐδέποτε ἀρξόμεθα, ἀλλ' ἐπ' ἄπειρον βαδιούμεθα. Φανερὸν δὲ γίνεται ἐν ταῖς ἀρχαῖς τὸ ὅτι, ἢ ἐπαγωγῇ, ἢ αἰσθήσει, ἢ ἐθισμῷ· ἐπαγωγῇ μέν, ὥσπερ τὰ τῷ αὐτῷ ἴσα, καὶ ἀλλήλοις ἐστὶν ἴσα· δείξομεν γὰρ ἀριθμούς τινας καὶ μεγέθη εἰσαγαγόντες· ἐπαγωγὴ γάρ ἐστιν ἡ ἀπὸ τῶν μερικῶν δεῖξις· αἰσθήσει δέ, ὅταν δεικνύῃ [b] ὁ φυσικὸς τὸ πῦρ θερμόν, καὶ τὸ ὕδωρ ψυχρόν, ἅτινα ἀρχαί εἰσι τῆς ἐπιστήμης. Ἐθισμῷ δὲ αἱ ἀρχαὶ τοῦ ἠθικοῦ γινώσκονται. Καὶ γὰρ ἀδύνατον εἰς γνῶσιν ἐλθεῖν τῶν περὶ ἀρετῆς λόγων μὴ ἐν ἔθει γενόμενον τῶν σπουδαίων πράξεων, ὡς ἐν τῷ ϛ εἴρηται κεφαλαίῳ. Πειρατέον δὲ μετέρχεσθαι ἑκάστην τῶν ἀρχῶν καθὼς πέφυκε δείκνυσθαι, καὶ σπουδαστέον, ὅπως δι' ὁρισμοῦ φανῶσι καλῶς. Μεγάλην γὰρ παρέχουσι βοήθειαν ταῖς ἀποδείξεσι ταῖς ἑπομέναις αὐταῖς. Καὶ διὰ τοῦτο φαίνεται πλέον ἢ τὸ ἥμισυ τῆς ἀποδείξεως δύνασθαι τὴν ἀρχήν, καὶ πολλὰ τῶν ζητουμένων ἐμφανῆ γίνεσθαι δι' αὐτῆς· ἐν γὰρ τῇ μείζονι προτάσει ἀεὶ ἡ ἀρχὴ παραλαμβάνεται· ἡ δὲ μείζων πρότασις τὸ πᾶν δύναται τῆς ἀποδείξεως σχεδόν. Καὶ ἴσως εἰ καὶ δι' ἄλλην αἰτίαν, ἀλλὰ καὶ διὰ τοῦτο μείζων καλεῖται.

(Scripsi : [a] χρησιμεύσει] codex χρησιμεῦσαι. — [b] δεικνύῃ] vulg. δεικνύει. —)

Cap. XIII.

Pro ratione materiæ varias disputationes quæ de ea habeantur desiderari. Item causam rei in principiis non quæri.

Verum et ea meminisse nos oportet quæ supra dicta sunt, et summam subtilitatem non peræque in omnibus requirendam esse, sed in unaquaque re pro materiæ subjectæ ratione, et quoad docendi via et ratio patitur. Nam faber et geometra non eodem modo rectum angulum inquirunt : singuli enim prout rationi suæ convenit, hoc agunt : faber quidem, quatenus operi suo conducere existimat : geometra vero ipsum per se considerat, hoc est, quid sit et qualis : neque ejus beneficio aliud opus efficere vult, sed veram tantum ejus rationem perquirit. Eodem igitur modo et in cæteris omnibus faciendum est, ne operum accessiones et ornamenta operibus ipsis ampliora exsistant. Si enim ex fabro rationem recti anguli quæramus, quæ res ad institutum operis illius non pertinet, difficilius eam inveniet, quam quæ ad artis opera spectant. Neque vero in omnibus æque causa flagitanda est. Quippe satis esse debet in quibusdam, si bene demonstratum sit ea esse, etiamsi non addatur, cur sint. Hoc autem in disciplinarum etiam principiis fieri solet, in quibus non cur sint quærimus, sed esse ea tantum statuimus. Atque hoc commune omnibus disciplinis principium est : si enim principiorum semper rationem quæremus, nunquam incipiemus, sed in infinitum potius abibimus. Sed esse principia planum facimus aut inductione, aut sensu aut consuetudine : inductione, ut quum dicimus, quæ eidem æqualia sunt, etiam inter se esse æqualia : siquidem demonstratio erit, quum numeros et magnitudines inducemus : probatio enim a particularibus est inductio : sensu vero, ut quum ignem calere, aquam frigere physicus demonstrat ; quæ quidem principia sunt scientiæ : consuetudine denique moralis philosophiæ principia cognoscuntur. Neque enim fieri potest, ut aliquis disputationes de virtute habitas intelligat, qui non prius honestis actionibus assueverit : sicut in sexto a nobis capite dictum est. Quare danda est opera, ut singula principia persequamur, quemadmodum suæ naturæ convenienter tradi solent, atque id studendum, ut definitione bene declarentur. Multum enim ad ipsas illas quæ sequuntur demonstrationes conferunt. Quamobrem principium plus quam dimidium totius demonstrationis valere videtur, multaque eorum quæ in quæstionem veniunt illius ope explanantur ; semper enim in majore propositione assumitur principium : major vero propositio omnia fere potest in demonstratione. Et fortasse, quemadmodum et aliam ob causam, ita etiam ob hanc major vocatur.

Κεφ. ιδ'.

Ὅτι οὐ πάντη ἀπᾴδουσιν οἱ λεγόμενοι περὶ τῆς εὐδαιμονίας παρὰ τῶν παλαιῶν λόγοι τῷ λεχθέντι αὐτῆς ὁρισμῷ.

* Ταῦτα μὲν οὖν καθόλου περὶ τῶν ἀρχῶν εἴρηται. Περὶ δὲ τῆς προκειμένης ἡμῖν ἀρχῆς, τῆς εὐδαιμονίας δηλονότι, σκεπτέον ἔτι· οὐ μόνον τὸν ὁρισμὸν αὐτῆς ἐξετάσαντας, καὶ τοὺς λόγους τοὺς συμπεράναντας αὐτόν, ἀλλὰ καὶ τοὺς λεγομένους περὶ αὐτῆς παρὰ τῶν παλαιῶν ἀληθεῖς λόγους, εἰ συνᾴδουσι τῷ ὁρισμῷ. Τῷ μὲν γὰρ ἀληθεῖ ὁρισμῷ καὶ πάντα συνᾴδει τὰ προσόντα τῷ ὁριστῷ, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τ' ἄλλα τὰ λεγόμενα περὶ αὐτοῦ. Τῷ δὲ ψευδεῖ ταχὺ διαφωνεῖ τὸ ἀληθές. Τῶν ἀγαθῶν τοίνυν εἰς τρία διαιρουμένων, καὶ τῶν μὲν λεγομένων ἐκτός, τῶν δὲ περὶ ψυχήν, τῶν δὲ περὶ σῶμα· τὰ περὶ ψυχὴν ἀγαθὰ κυριώτατα καὶ μάλιστα ἀγαθὰ κοινῇ πάντες λέγομεν. Περὶ ψυχὴν δὲ λέγομεν ἀγαθὰ τὰς πράξεις καὶ τὰς ἐνεργείας τὰς ψυχικάς. Οὐκοῦν αἱ ψυχικαὶ πράξεις καὶ ἐνέργειαι αἱ ἀγαθαὶ κυριώτατα καὶ μάλιστά εἰσιν ἀγαθά. Ἐν τῇ κατὰ ψυχὴν ἄρα ἀγαθῇ ἐνεργείᾳ τὸ κυριώτατον καὶ μάλιστα ἀγαθὸν συνίσταται. Τοῦτο δέ ἐστιν ἡ εὐδαιμονία. Ἔστιν ἄρα ἡ εὐδαιμονία ψυχῆς ἐνέργεια κατ' ἀρετήν, καὶ κατὰ ταύτην τὴν δόξαν παλαιὰν οὖσαν, καὶ ὁμολογουμένην ὑπὸ τῶν φιλοσοφούντων.

** Ὀρθῶς δὲ πράξεις τινὲς λέγονται καὶ ἐνέργειαι ἡ εὐδαιμονία· οὕτω γὰρ ἂν εἴη τῶν περὶ ψυχὴν ἀγαθῶν καὶ οὐ τῶν ἐκτός.

*** Διὰ τοῦτο καὶ ὁ εὐδαίμων εὖ πράττειν λέγεται καὶ εὖ ζῆν· ἃ ἐνέργειαν καὶ πρᾶξιν δηλοῦσι.

**** Φαίνεται δὲ ὅτι καὶ τὰ ζητούμενα παρὰ τῶν ἀνθρώπων εἰς τὴν εὐδαιμονίαν ἐνυπάρχουσι τῷ λεχθέντι. Τὰ ἐπιζητούμενα δὲ τοῖς μὲν ἀρετή, τοῖς δὲ φρόνησις, ἄλλοις δὲ σοφία τις.

***** Τοῖς δὲ καὶ πάντα ταῦτα εὐδαιμονία εἶναι δοκεῖ. Τοῖς δὲ τούτων τι μεθ' ἡδονῆς, ἀλλὰ τῆς ἀπ' αὐτῶν τούτων τικτομένης.

****** Ἕτεροι δὲ καὶ τὴν ἐκτὸς εὐετηρίαν συμπαραλαμβάνουσι. Τούτων δὲ τὰ μὲν πολλοὶ καὶ παλαιοὶ λέγουσι, τὰ δὲ ὀλίγοι καὶ ἔνδοξοι ἄνδρες· ὧν οὐδετέρους εὔλογον τῆς ἀληθείας ἐν πᾶσι διαμαρτάνειν· ἀλλὰ καθ' ἕν τι μόνον ἴσως, ἐν τοῖς πλείστοις δὲ ἀληθεύειν.

Τοῖς μὲν οὖν λέγουσι πᾶσαν ἀρετὴν τὴν εὐδαιμονίαν εἶναι, ἢ τῶν ἀρετῶν τὴν ἀρίστην, συνῳδὸς ὁ ἡμέτερος περὶ αὐτῆς λόγος. Κατὰ γὰρ τὴν τῆς ἀρετῆς ἐνέργειαν ἡ εὐδαιμονία ἐστί. Διαφέρει δέ, ὅτι οἱ μὲν ἐν τῇ ἕξει καὶ κτήσει τῆς ἀρετῆς τὴν εὐδαιμονίαν εἶναί φασιν, ἡμεῖς δὲ ἐν τῇ χρήσει καὶ τῇ ἐνεργείᾳ. Διαφορὰ δέ ἐστιν οὐκ ὀλίγη τοῦ ἐν κτήσει ἢ χρήσει

Cap. XIV.

Quæ veteres de felicitate dixerunt non omnino a superiori definitione dissentire.

Hæc igitur de principiis in genere dicta sunt. De eo autem quod nunc peculiariter tractamus, plura videnda erunt : de felicitate nimirum : quare non tantum definitionem ejus examinabimus, sed etiam singula ex quibus constat verba inspiciemus, cum quibus deinde veterum opiniones comparabimus, ut consideremus num huic nostræ definitioni respondeant. Veræ enim definitioni omnia, quæ definito insunt, facile respondent, ac propterea et alia quæ de eo dicuntur. A falsa vero statim dissentit veritas. Quum ergo in tres partes distribuantur bona, aliaque externa, alia animi, alia corporis perhibeantur esse : animi bona præcipua et maxime bona communiter omnes dicimus. Animi autem bona actiones animi et muneris functiones appellamus. Unde patet actiones ejus bonasque muneris ejus functiones præcipuas maximeque bonas esse. Quare in animi bona muneris functione id quod præcipuum maximeque bonum vocamus, consistit. Hoc vero est felicitas. Animi ergo actus honestus est felicitas, etiam ex hac opinione, quæ et antiqua est et philosophorum omnium suffragiis comprobata. Recte præterea actionum quarundam et muneris functionum nomen habet felicitas : ita enim ex animi bonis eam esse apparebit, nec ad externa referendam. Ideoque bene rem gerere et bene vivere dicitur, qui felix est : quæ muneris functionem actionemque designant Apparet porro et ea quæ in felicitate perfecta requiruntur, in eo quod a nobis dictum est, inesse. Hominum enim alii virtutem, alii prudentiam, alii sapientiam requirunt. Alii etiam omnia hæc felicitatem esse judicant. Alii aliquid horum cum voluptate, sed quæ ex his ipsis potissimum nascatur.

Sunt etiam qui externam felicitatem adjungant. Atque horum alia multi et veteres, alia pauci et clari viri statuunt : quorum neutros in omnibus errasse verisimile est, sed in uno fortasse aliquo, in plerisque vero recte sensisse. Jam vero cum iis qui vitam beatam aut omnem virtutem esse dicunt aut virtutum præstantissimam nostrum de ea congruit judicium. Etenim actus honestus felicitas est. Sed inter illos et nos hoc maxime interest, quod illi in virtutis habitu et possessione, nos in usu et muneris functione felicitatem positam esse putamus. Sed multum refert, utrum in possessione an in usu, in habitu summum bonum ponas, an in muneris

* Cap. 8. Σκεπτέον δὴ περὶ αὐτῆς κτλ. — ** Ὀρθῶς δὲ καὶ κτλ. — *** Συνᾴδει δέ κτλ. — **** Φαίνεται δὲ καὶ κτλ. — ***** Τοῖς δὲ ταῦτα κτλ. — ****** Ἕτεροι δὲ καὶ κτλ.

τὸ ἄριστον ὑπολαμβάνειν καὶ ἐν ἕξει ἢ ἐνεργείᾳ. Τὴν μὲν γὰρ ἕξιν ἐνδέχεται ὑπάρχουσαν μηδὲν ἀποτελεῖν, οἷον τῷ καθεύδοντι, ἢ ἄλλως πως ἐξηργηκότι· τὴν δ' ἐνέργειαν, οὐχ οἷόν τε. Πράξει γὰρ ἐξ ἀνάγκης ὁ τὴν ἐνέργειαν ἔχων· καὶ εἰ τὴν ἀγαθὴν ἐνέργειαν ἔχει, εὖ πράξει. Τοῦτο δέ ἐστι τὸ εὐδαιμονεῖν. Ὥσπερ γὰρ Ὀλυμπίασιν [a] οὐχ οἱ κάλλιστοι καὶ ἰσχυρότατοι [b] στεφανοῦνται, ἀλλ' οἱ ἀγωνιζόμενοι· (τούτων γάρ τινες καὶ νικῶσιν) οὕτω καὶ τῶν ἐν τῷ βίῳ καλῶν καὶ ἀγαθῶν οὐχ οἱ δυνάμενοι πράττειν ὀρθῶς, ἀλλ' οἱ πράττοντες ὀρθῶς ἐπήβολοι γίνονται.

(Scripsi : [a] Ὀλυμπίασιν] codex ὀλυμπιάσιν. — [b] ἰσχυρότατοι] cod. ἰσχυρώτατοι.)

functione. Quippe accidere potest, ut habitus qui insit, nihil efficiat, ut in eo qui dormit, aut qui alio aliquo modo otiatur : quod in muneris functionem non convenit. Necessario enim aget, penes quem est muneris functio, et si bona ea est, recte aget. Hoc autem est felicitate florere. Quemadmodum vero Olympiæ non pulcherrimi aut fortissimi coronantur, sed qui certant (ex his enim nonnulli etiam vincunt) : sic et ea quæ sunt in vita honesta et bona, assequuntur et obtinent non ii qui recte agere possunt, sed qui recte agunt.

Κεφ. ιε'.

Ὅτι ἥδιστος δι' ἑαυτόν ἐστιν ὁ κατ' ἀρετὴν βίος, καὶ μάλιστα ἀγαθὸς καὶ καλός

* Ἔστι δὲ καὶ ὁ βίος αὐτῶν καθ' ἑαυτὸν ἡδύς, οὐχ ἔξωθεν ἔχων τὴν ἡδονήν. Ἐπεὶ γὰρ τὸ ἥδεσθαι τῆς ψυχῆς ἐστιν, οὐδὲν κωλύει τὴν τῆς ψυχῆς κατ' ἀρετὴν ἐνέργειαν μεθ' ἡδονῆς εἶναι. Ὅτι δὲ καὶ ἔστι, δῆλον. Ἐπεὶ γὰρ ἑκάστῳ ἐκεῖνό ἐστιν ἡδύ, πρὸς ὃ λέγεται φιλοτοιοῦτος· οἷον ὁ ἵππος ἡδὺ τῷ φιλίππῳ, καὶ θέαμα τῷ φιλοθεώρῳ· καὶ τῷ φιλαρέτῳ ἄρα ἡδεῖα ἡ ἀρετή. καὶ αἱ κατ' αὐτὴν πράξεις. Τὰ μὲν οὖν δοκοῦντα τοῖς πολλοῖς ἡδέα μάχεται· ἄλλος γὰρ ἄλλο νομίζει ἡδύ, καὶ τὸ ἄλλο ἀηδές. Αἴτιον δέ, ὅτι οὐκ ἔστι φύσει ἡδέα. Τοῖς δὲ φιλοκάλοις ἡδέα δοκεῖ τὰ καὶ φύσει ἡδέα· ἀρίστοις γὰρ οὖσι τὰ ἀληθῶς ἡδέα διώκειν ἀκόλουθον· διώκουσι δὲ τὰς κατ' ἀρετὴν πράξεις. Ὥστε δῆλον, ὅτι αἱ κατ' ἀρετὴν πράξεις ἡδεῖαί εἰσι τοῖς φιλαρέτοις καὶ δι' ἑαυτάς· τὸ γὰρ φύσει ἡδύ, οὐχ ἔστι δι' ἕτερον ἡδύ. Διὰ τοῦτο οὐ προσδεῖται ὁ βίος αὐτῶν ἄλλης ἔξωθεν ἡδονῆς, καθάπερ τινὸς περιάπτου, ἀλλ' ἔχει τὴν ἡδονὴν ἐν ἑαυτῷ. Εἰ δέ τις εἴποι μὴ πάντας τοὺς σπουδαίους ἥδεσθαι τῇ ἀρετῇ, (εἰσὶ γὰρ οἳ μὴ μεθ' ἡδονῆς ταύτην πράττουσιν) ἐροῦμεν, ὅτι οὐχ ἔστιν ἀγαθὸς οὐδὲ σπουδαῖος ὁ μὴ χαίρων ταῖς καλαῖς πράξεσιν. Οὔτε γὰρ δίκαιον οὐδεὶς ἂν εἴποι, τὸν μὴ χαίροντα τῷ δικαιοπραγεῖν, οὔτε ἐλευθέριον, τὸν μὴ χαίροντα ταῖς ἐλευθερίοις πράξεσιν· ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. Εἰ δ' οὕτω, δι' ἑαυτὰς ἂν εἶεν αἱ κατὰ ἀρετὴν πράξεις ἡδεῖαι· ἀλλὰ μὴν καὶ ἀγαθαί γε καὶ καλαί, καὶ μάλιστα τούτων ἕκαστον, εἴπερ καλῶς κρίνει περὶ αὐτῶν ὁ σπουδαῖος· μὴ καλῶς γὰρ κρίνειν οὐκ εὔλογον· κρίνει δέ, ἀγαθὰς εἶναι καὶ καλάς. Ἄριστον ἄρα καὶ κάλλιστον, καὶ ἥδιστον ἡ εὐδαιμονία· καὶ οὐκ ἄλλο μὲν κάλλιστον, ἄλλο δὲ ἄριστον, ἄλλο δὲ ἥδιστον κατὰ τὸ Δηλιακὸν ἐπίγραμμα.

Κάλλιστον τὸ δικαιότατον, λῷστον δ' ὑγιαίνειν,
ἥδιστον δὲ πέφυχ' οὗ τις ἐρᾷ τὸ τυχεῖν.

Cap. XV.

Jucundissimam per se esse vitæ sanctitatem, maximeque bonam et honestam.

Est vero eorum vita etiam per se jucunda, utpote quæ non extrinsecus acceptam habeat voluptatem. Quum enim delectari sit animi, nihil obstat, quin honestus animi actus voluptati sit. Esse autem, vel hinc apparet. Siquidem singulis jucundum est illud, cujus quisque studiosus dicitur : sicut equus ei qui equis delectatur, gratus est, spectaculum ei qui inde voluptatem capit : ita et homini virtutis studioso grata virtus est gratæque actiones honestæ. Ea autem quæ plerisque jucunda videntur, inter se pugnant : alius enim aliud vel jucundum vel injucundum existimat. Cujus rei causa est, quod natura non sunt talia. Hominibus vero rerum honestarum studiosis ea quæ natura sunt talia jucunda videntur : quum enim sint optimi; illos ea quæ revera sint jucunda appetere consentaneum est : incumbunt autem ad actiones honestas. Unde apparet, actiones honestas etiam per se hominibus virtutis studiosis esse jucundas : nam quod natura sua est jucundum, non ob aliud jucundum est. Quamobrem illorum vita non eget ulla externa voluptate, tanquam appendice, sed habet in se inclusam voluptatem. Quod si quis dicat, non omnes viros bonos delectari virtute (sunt enim qui cum voluptate virtutem non exerceant), respondebimus, bonum revera aut honestum non esse, nisi qui recte factis gaudeat. Neque enim quisquam aut justum dixerit eum, qui non ex juste factis capiat voluptatem, aut liberalem, qui liberalibus actionibus non delectetur; idemque de cæteris virtutibus sentiendum. Quod si ita est, sequitur per se jucundas esse virtuti consentaneas actiones : enimvero illæ et bonæ sunt et honestæ, singula autem facta maxime, siquidem de iis vere judicat vir bonus : male vero judicare talem non est probabile : bonas autem eas et honestas esse actiones judicat. Est igitur quiddam optimum, pulcherrimum et jucundissimum felicitas. Neque vero aliud pulcherrimum, aliud optimum, aliud, ut in Deliaco epigrammate dicitur, est jucundissimum.

Justitia est formosa, valetudo optima res est;
dulce frui, cujus quemque perurit amor.

* Ἔστι δὲ καὶ ὁ βίος αὐτῶν κτλ.

Ἅπαντα γὰρ ταῦτα ταῖς ἀρίσταις ἐνεργείαις ὑπάρχει. Ταύτας δέ φαμεν εἶναι τὴν εὐδαιμονίαν, ἢ μίαν τούτων τὴν πασῶν ἀρίστην.

Insunt enim hæc omnia in optimis muneris functionibus. Has autem aut harum unam omnium optimam felicitatem esse diximus.

Κεφ'. ις'.

Cap. XVI.

Ὅτι δεῖται καὶ τῶν ἔξωθεν μέλλων εὐδαιμονεῖν, εἰ καὶ μὴ ἐν τοῖς ἔξωθεν ἡ εὐδαιμονία συνίσταται. Καὶ ὅτι οὐκ ἔστιν ἀπὸ τύχης ἡ ἀνθρωπίνη εὐδαιμονία.

Externis etiam rebus egere eum, qui felix futurus sit, licet in externis non consistat felicitas. Item humanam felicitatem non esse fortunæ donum.

Ἔστι μὲν οὖν τὸ εἶναι τῆς εὐδαιμονίας ἐν ταῖς ἀγαθαῖς πράξεσι. * Φαίνεται δ' ὅμως καὶ τῶν ἐκτὸς ἀγαθῶν προσδεομένη, καθάπερ εἴπομεν. Ἀδύνατον γάρ, ἢ οὐ ῥάδιον, τὰ καλὰ πράττειν, μὴ βοηθούμενον τοῖς ἔξωθεν. Πολλὰ γὰρ τῶν ἀρίστων πράττεται διὰ τῶν ἔξωθεν, καθάπερ δι' ὀργάνων, ἢ διὰ φίλων, ἢ διὰ πλούτου, ἢ διὰ τῆς ἐν τῇ πόλει τιμῆς, καὶ ἀρχῆς, καὶ δυνάμεως. Ὥσπερ καὶ οἵ τινων τούτων στερισκόμενοι ἀκαλλῆ τινα τὴν εὐδαιμονίαν ποιοῦσιν. Οἷον εἴ τις στέροιτο εὐγενείας ἢ εὐτεκνίας, ἢ κάλλους. Οὐ πάνυ γὰρ εὐδαιμονικὸς ὁ τὴν θέαν πάναισχρος, ἢ δυσγενής, ἢ μονώτης καὶ ἄτεκνος, ἢ κακοὺς παῖδας ἔχων, ἢ ἀγαθοὺς ἀποβαλών· διὰ τοῦτό φαμεν, τὴν εὐδαιμονίαν προσδεῖσθαι καὶ τῆς τοιαύτης εὐημερίας. Καὶ τούτου χάριν τινὲς τὴν διὰ τῶν ἔξωθεν εὐτυχίαν ταὐτὸν εἶναι ἐνόμισαν τῇ ζητουμένῃ εὐδαιμονίᾳ· ἔνιοι δέ φασιν εἶναι τὴν ἀρετήν· ὅτι καὶ ἀμφοτέρων χρεία τῷ κυρίως εὐδαίμονι.

** Καὶ διὰ τοῦτο ἀπορεῖται, πότερον μαθητόν ἐστι, καὶ διὰ μεθόδου τινὸς παραγίνεται, ἢ ἐκ τοῦ ἐθίζεσθαι ταῖς κατ' ἀρετὴν πράξεσιν, ἢ δι' ἄλλης τινὸς ἀσκήσεως, ἢ θεόθεν δίδοται τοῖς ἀνθρώποις, ἢ ἀπὸ τύχης τινός. Δοκεῖ δέ, ὅτι εἰ καὶ ἄλλο τι δώρημά ἐστι παρὰ θεοῦ τοῖς ἀνθρώποις, καὶ τοῦτο ἂν εἴη δικαίως. Καὶ μάλιστα δὲ τῶν ἄλλων εἴη ἂν ἡ εὐδαιμονία θεόσδοτος, ὅσῳ καὶ βέλτιστον τῶν ἀνθρωπίνων ἁπάντων. Ἀλλὰ τὸ μὲν περὶ τούτων λέγειν, τῶν περὶ προνοίας ἂν εἴη λόγων, καὶ ἄλλης πραγματείας· ἡμῖν δὲ κατὰ τὸ προσῆκον τῇ προκειμένῃ μεθόδῳ σκεπτέον.

*** Φαίνεται τοίνυν, εἰ καὶ μὴ θεόσδοτός ἐστιν ἡ εὐδαιμονία, ἀλλὰ δι' ἀρετήν, ἢ ἄλλην τινὰ ἄσκησιν, παραγίνεται, ὅμως τῶν θειοτάτων εἶναι. Τὸ γὰρ τῆς ἀρετῆς ἆθλον καὶ τέλος, ὅπερ ἐστὶν αὐτὴ ἡ εὐδαιμονία, ἄριστον εἶναι φαίνεται καὶ θεῖόν τι καὶ μακάριον· γένοιτο δ' ἂν καὶ πᾶσι κοινόν. Δυνατὸν γὰρ πᾶσι τοῖς μὴ τὴν διάνοιαν βεβλαμμένοις, καὶ πάντῃ ἀκινήτοις πρὸς τὴν κτῆσιν τῆς ἀρετῆς, διά τινος μαθήσεως καὶ ἐπιμελείας ὑπάρξαι τὴν εὐδαιμονίαν.

**** Εὔλογον δὲ ἀπὸ ἀσκήσεως μείζονα καὶ τελειοτέραν ὑπάρξαι τὴν εὐδαιμονίαν, ἢ ἀπὸ τύχης. Ὁμοίως δὲ καὶ τὰ ἀπὸ πάσης ἄλλης αἰτίας γινόμενα, ἢ τεχνικῆς, ἢ φυσικῆς, βελτίω τῶν ἀπὸ τύχης γινομένων·

In rectis ergo actionibus felicitatis natura consistit. Sed tamen externis quoque bonis egere videtur, ut diximus. Fieri enim non potest, aut certe difficulter, ut quis præclaras res externorum auxilio orbatus gerat. Multa enim pulcherrimorum facinorum externis adjumentis, tanquam instrumentis quibusdam, aut amicorum opera, aut divitiis, aut publico denique munere, imperio et potentia fiunt. Unde et qui nonnullis horum carent, invenustam quandam felicitatem efficiunt. Ut si quis generis nobilitate vel prospera liberorum sobole vel pulchritudine careat. Neque enim admodum idoneus ad felicitatem videtur, qui insigniter deformis aut obscurissimo loco natus aut solitarius et orbus est, aut qui improbos liberos vel habet vel probos amisit. Quocirca talem quoque prosperitatem, ut diximus, vita beata desiderare videtur. Quo factum est, ut hanc ipsam de qua agimus felicitatem quidam eodem numero et loco atque secundam fortunam et externa bona haberent, nonnulli autem virtutem existimarent, propterea quod homo vere beatus utraque re egeret. Quamobrem dubitatur, utrum disci possit, an certa quadam disciplinæ ratione comparari, an sola honeste agendi consuetudine vel alia quadam exercitatione acquiri felicitas, vel potius divinitus aut fortunæ beneficio hominibus contingat. Ac videtur certe, si quod aliud a deo hominibus datum est munus, hoc quoque jure iis esse allatum. Quin etiam tanto magis, quam reliqua, deorum donum felicitas est, quanto reliquis omnibus, quæ contingunt hominibus, præstat. Cæterum de his exponere non est hujus loci, sed ibi potius faciendum erit, ubi de providentia disputabitur: nobis autem præsenti tractatui convenienter agendum est. Apparet igitur, etiamsi non sit a diis data felicitas, sed aut virtute aut alia quapiam exercitatione pariatur tamen in rebus maxime divinis esse numerandam. Virtutis enim præmium et finis, quæ ipsa putatur esse felicitas, optimum quid et divinum videtur ac beatum esse. Patet vero tale quid omnibus esse commune. Possunt scilicet omnes, quibus integra mens neque durum ad comparandam virtutem ingenium est, vel doctrina vel studio ipsam quoque consequi felicitatem. At probabile est, ab exercitatione majorem perfectioremque felicitatem, quam a fortuna proficisci. Similiter et ea quæ omnibus aliis causis, sive ex artificio tractis sive naturalibus, perficiuntur meliora sunt rebus fortuitis: maximeque, quæ optima causa, id est virtute, effici solent. Præterea maximum pulcherrimumque bonum, felicitatem dico, fortunæ arbitrio permittere, nimis

* Φαίνεται δ' ὅμως καὶ τῶν ἐκτὸς κτλ. — ** Cap. 9. Ὅθεν καὶ ἀπορεῖται κτλ. — *** Φαίνεται δὲ κἂν κτλ. — **** Εἰ δ' ἐστὶν οὕτω βέλτιον κτλ.

καὶ μάλιστα τὰ ἀπὸ τῆς ἀρίστης αἰτίας γινόμενα, ἥτις ἐστὶν ἡ ἀρετή. Ἄλλως τε τὸ μέγιστον ἀγαθὸν καὶ κάλλιστον τὴν εὐδαιμονίαν ἐπιτρέψαι τῇ τύχῃ, λίαν πλημμελὲς ἂν εἴη. Τοῦτο δὲ φανερόν ἐστι καὶ ἐκ τοῦ εἰρημένου τῆς εὐδαιμονίας ὁρισμοῦ· εἴρηται γὰρ ψυχῆς ἐνέργεια κατ' ἀρετὴν ἐν βίῳ τελείῳ. Τὰ δὲ λοιπὰ ἀγαθά, τά τε σωματικά, αὐτοῦ τοῦ σώματος, καὶ τὰ περὶ τὸ σῶμα, τὰ μὲν ἀναγκαῖα πρὸς τὴν εὐδαιμονίαν, τὰ δὲ καθάπερ ὄργανά εἰσι πρὸς αὐτήν. Ἀναγκαῖα μέν, οἷον ὑγίεια σώματος, καὶ ζωῆς ἐπίτασις, καὶ τ' ἄλλα, ὧν χωρὶς οὐκ ἔστι τελειωθῆναι τὴν εὐδαιμονίαν· ὄργανα δέ, ὥσπερ πλοῦτος καὶ φίλοι. Εἰ τοίνυν οὗτός ἐστιν ὁ ὁρισμὸς τῆς εὐδαιμονίας, πῶς ἂν αἰτίαν ἔχοι τὴν τύχην; ἡ γὰρ ψυχικὴ ἐνέργεια οὐκ ἀπὸ τύχης. Τούτῳ δὴ τῷ ὁρισμῷ καὶ τὰ εἰρημένα περὶ τοῦ τέλους τῆς πολιτικῆς ἀκόλουθα. Τὸ γὰρ τῆς πολιτικῆς τέλος τὸ ἄριστον ἐλέγομεν εἶναι, καὶ διὰ τοῦτο ἐν αὐτῇ εἶναι τὴν ἀνθρωπίνην εὐδαιμονίαν. Εἰκότως οὖν οὔτε ἵππον, οὔτε βοῦν, οὔτε ἄλλο τι τῶν ζῴων εὔδαιμον λέγομεν· οὐδὲν γὰρ αὐτῶν οἷόν τε κοινωνῆσαι τοιαύτης ἐνεργείας. Διὰ ταύτην δὲ τὴν αἰτίαν οὐδὲ παῖς εὐδαίμων ἐστίν· οὔπω γὰρ πρακτικὸς τῶν τοιούτων διὰ τὴν ἡλικίαν. Οἱ δὲ λεγόμενοι εὐδαίμονες παῖδες διὰ τὴν ἐλπίδα μακαρίζονται. Δεῖ γάρ, ὡς εἴπομεν, καὶ ἀρετῆς καὶ βίου τελείου.

* Πολλαὶ γὰρ μεταβολαὶ γίνονται καὶ παντοῖαι τύχαι κατὰ τὸν βίον, καὶ ἐνδέχεται τὸν μάλιστα εὐθηνοῦντα μεγάλαις συμφοραῖς περιπεσεῖν ἐπὶ γήρως, καθάπερ ἐν τοῖς ἡρωϊκοῖς περὶ Πριάμου μυθεύεται· τὸν δὲ τοιαύταις χρησάμενον τύχαις καὶ τελευτήσαντα ἀθλίως οὐδεὶς εὐδαιμονίζει.

(Scripsi : τελειοτέραν] cod. τελειωτέραν.)

absurdum fuerit. Quod ipsum vel ex superiore felicitatis definitione intelligitur : diximus enim esse honestum animi actum in vita perfecta. Reliqua vero bona cum corporea, quæ ipsius sunt corporis, tum cætera quæ ad corpus referuntur, partim ad felicitatem sunt necessaria, partim tanquam instrumenta ad eam se habent. Et necessaria quidem sunt verbi causa sanitas corporis, eaque quæ ad vitam sustinendam valent, et similia, sine quibus perfici non potest felicitas : instrumenta vero, ut opes et amici. Quodsi hæc vera est felicitatis definitio, quomodo causa ejus statuatur fortuna? Animi enim muneris functio a fortuna non proficiscitur. Huic vero definitioni etiam reliqua consentanea sunt, quæ de prudentiæ civilis fine supra disputavimus. Quippe finem ejus id quod optimum est, esse diximus, ideoque in ea humanam felicitatem consistere. Merito ergo nec equum, nec bovem, nec aliud simile animal beatum appellamus : quia in nullum eorum hujusmodi muneris functio cadit. Ea autem de causa nec puer beatus est : nondum enim per ætatem talibus actionibus idoneus esse potest. Si qui vero inter pueros beati dicuntur, propter bonam spem, quam de iis concepimus, ita nominantur. Etenim et virtute, ut diximus, et vita opus est perfecta.

Multæ enim in vita rerum commutationes variique casus interveniunt; fierique potest, ut qui nunc fortunatissimus sit, is senex in maximas calamitates et mala incidat, qualia in heroicis carminibus de Priamo tradunt poetæ. Sed qui tales casus fuerit expertus misereque ex vita abierit, eum profecto nemo beatum prædicat.

Κεφ. ιζ'.

Εἰ δεῖ ζῶντας μακαρίζειν.

** Πότερον οὖν οὐδ' ἄλλον οὐδένα ἀνθρώπων εὐδαιμονίζειν ἄξιον ἕως ἂν ζῇ, ἀλλὰ χρεὼν τὸ τέλος ὁρᾶν, καθά φησι Σόλων; καὶ εἰ τοῦτο θήσομεν, ἔσται ἄρα τις εὐδαίμων τότε, ἐπειδὰν ἀποθάνῃ; Ἢ τοῦτό γε παντελῶς ἄτοπον, ἐν τῷ τεθνάναι τὴν εὐδαιμονίαν λαβεῖν; ἄλλως τε καὶ ὅτι ἡ εὐδαιμονία ἔν τινι ἐνεργείᾳ ἐστίν. Ἐκ τούτου δὲ φαίνεται μᾶλλον ἐν ἀργίᾳ παντελεῖ εἶναι.

*** Λέγομεν δέ, ὅτι οὔτε ἡμεῖς οὔτε ὁ Σόλων τὸν τεθνεῶτα μακαρίζει διὰ τὸ τεθνάναι, ἀλλ' ὅτι μέχρι παντὸς ὁ βίος αὐτῷ μακάριος ἦν, καὶ ὅτι τηνικαῦτα ἄν τις ἀσφαλῶς μακαρίσειεν ἄνθρωπον, ὡς ἐκτὸς ἤδη τῶν κακῶν ὄντα καὶ δυστυχημάτων. Πάλιν δὲ οὐκ ἀρκοῦσα ἡ λύσις δοκεῖ. Ἀπορία γάρ ἐστιν ἔτι, εἰ λέγομεν εἶναί τι τῷ τεθνεῶτι καὶ κακόν τι καὶ ἀγαθόν, καὶ αἰσθα-

Cap. XVII.

Num felices judicandi sint viventes.

Nemone igitur alius mortalium, quam diu vivit felix judicandus est, sed finis, ut volebat Solon spectari debet? Quodsi verum esse ponamus, sequetur aliquem post mortem felicem fore? an contra prorsus absurdum est, in morte felicitatem ponere? præsertim quum felicitas in functione quadam muneris consistat. Hinc patet de ista sententia illam potius in perpetuo otio et segnitie versari.

Dicimus ergo, neque nos neque Solonem idcirco beatum judicare mortuum, quia sit mortuus, sed quia ad finem usque vixerit beate, tum vero posse tuto felicem prædicari aliquem, ut jam extra omnium malorum atque infortuniorum discrimen positum. Rursus tamen hæc solutio non videtur sufficere. Adhuc enim dubitari potest, an aliquid vel malum mortuo putemus esse vel bonum,

* Πολλαὶ γὰρ μεταβολαὶ κτλ. — ** Cap. 10. πότερον οὖν οὐδ' ἄλλον κτλ. — *** Εἰ δὲ μὴ λέγομεν κτλ.

νομένῳ δὲ ὥσπερ καὶ τῷ ζῶντι. Μακαρίζεται γὰρ καὶ ταλανίζεται, καὶ ἀτιμάζεται καὶ τιμᾶται· καὶ τέκνων δὲ καὶ ἀπογόνων εὐπραξίαι εἰς τὴν εὐδαιμονίαν αὐτοῖς λογίζονται· εὐδαίμονες γὰρ καὶ μακάριοι διὰ τὴν τῶν ἀπογόνων εὐδαιμονίαν, καθάπερ δυστυχεῖς διὰ τὴν αὐτῶν δυστυχίαν· ἀπορίαν γὰρ καὶ τοῦτο παρέχει. Τῷ γὰρ μακαρίως βεβιωκότι καὶ τελευτήσαντι κατὰ λόγον ἐνδέχεται πολλὰς μεταβολὰς ἐκβαίνειν περὶ τοὺς ἐκγόνους, καὶ τοὺς μὲν αὐτῶν ἀγαθοὺς εἶναι, καὶ τυχεῖν βίου τοῦ κατ' ἀξίαν, τοὺς δὲ ἐξ ἐναντίας. Ἄτοπον δὲ γένοιτ' ἂν εἰ συμμεταβάλλοι καὶ ὁ τεθνεώς, καὶ γίνοιτο ποτὲ μὲν εὐδαίμων, πάλιν δὲ ἄθλιος. Ἄτοπον δὲ πάλιν κἀκεῖνο δοκεῖ, τὸ μὴ κοινωνεῖν τοὺς ζῶντας τοῖς ἀπελθοῦσι τῆς τύχης, διὰ τὴν ἐκ τοῦ γένους οἰκειότητα. Ἀλλ' ἐπανιτέον ἐπὶ τὴν προτέραν ἀπορίαν, καὶ ζητῶμεν, εἰ οὐ δεῖ ζῶντας ἀλλὰ μετὰ τελευτὴν μακαρίζειν· τάχα γὰρ ἂν ἐξ ἐκείνης θεωρηθείη καὶ τὸ νῦν ἐπιζητούμενον.

* Εἰ δὴ τὸ τέλος ὁρᾷν δεῖ, καὶ τότε μακαρίζειν ἕκαστον, οὐχ ὡς ὄντα διὰ τὸ τεθνάναι μακάριον, ἀλλ' ὅτι πρότερον μακάριος ἦν· πῶς οὐχ ἄτοπον, εἰ ὅτε ἐστὶν εὐδαίμων, μὴ ἀληθεύσεται κατ' αὐτοῦ τὸ ὑπάρχον αὐτῷ, μηδὲ ἐροῦμεν αὐτὸν ἀληθῶς εὐδαίμονα, διὰ τὸ μὴ τοὺς ζῶντας ἐθέλειν εὐδαιμονίζειν, σκοποῦντας τὰς τοῦ βίου μεταβολάς, τῷ μόνιμόν τι τὴν εὐδαιμονίαν ὑπολαμβάνειν, καὶ μηδαμῶς εὐμετάβολον, τὴν δὲ τύχην πᾶν τοὐναντίον; Δῆλον γάρ, ὡς, εἰ συνακολουθοίημεν [a] ταῖς τύχαις, τὸν αὐτὸν εὐδαίμονα καὶ πάλιν ἄθλιον ἐροῦμεν πολλάκις, χαμαιλέοντά τινα τὸν εὐδαίμονα ἀποφαίνοντες, καὶ σαθρῶς ἱδρυμένον.

** Λέγομεν τοίνυν πρὸς τὴν ἀπορίαν, ὅτι τὸ μὲν ταῖς τύχαις ἐπακολουθεῖν οὐδαμῶς ὀρθόν· οὐ γὰρ ἐν ταύταις ἡ εὐδαιμονία συνίσταται, ἢ τοὐναντίον· ἀλλὰ προσδεῖται μὲν τούτων πρὸς τὴν εὐδαιμονίαν ὁ ἀνθρώπινος βίος, καθάπερ εἴπομεν· ἡ δὲ οὐσία τῆς εὐδαιμονίας οὐκ ἐν αὐταῖς, ἀλλ' ἐν τῇ κατ' ἀρετὴν ἐνεργείᾳ συνίσταται, καθὼς εἴρηται. Μόνιμον γὰρ δεῖ εἶναι τὴν εὐδαιμονίαν· καὶ διὰ τοῦτο οὐ δυνατὸν αὐτὴν ἐν τοῖς ἀπὸ τύχης συνίστασθαι· καὶ τούτῳ μαρτυρεῖ ἡ προκειμένη ζήτησις· ἀπὸ τούτου γὰρ ἔλαβε τὴν ἀρχὴν τοῦ ὑποκεῖσθαι τὴν εὐδαιμονίαν μόνιμον εἶναι. Περὶ οὐδὲν γὰρ τῶν ἀνθρωπίνων ἔργων τοσαύτη βεβαιότης ὑπάρχει, ὡς ταῖς κατ' ἀρετὴν ἐνεργείαις, ἐν αἷς ἡ εὐδαιμονία· μονιμώτεραι γὰρ καὶ τῶν ἐπιστημῶν αὗται τυγχάνουσι. Τούτων δὲ πάλιν τῶν ἀρετῶν αἱ τιμιώτεραι μονιμώτεραι, διὰ τὸ ζῆν ἐν αὐταῖς τοὺς μακαρίους μάλιστα καὶ συνεχέστατα, μὴ διακοπτομένης ποτὲ οὐδ' ἐν ἐλαχίστῳ χρόνῳ τῆς περὶ τὰς πράξεις τῆς ἀρετῆς αὐτῶν ἐργασίας, διὰ τὸ ἡδεῖαν αὐτοῖς τὴν τοιαύτην εἶναι ζωήν, καθὼς εἴρηται. Καὶ διὰ τοῦτο οὐδὲ λήθην αὐτῶν λαμβάνουσιν.

*** Ἐπεὶ τοίνυν οὐκ ἐν τῇ τύχῃ ἡ εὐδαιμονία συνίσταται, ἀλλ' ἐν ταῖς κατ' ἀρετὴν πράξεσιν, ὑπάρξει τὸ

cujus ad eum pervenire sensus possit, sicut ad eum qui adhuc vivit. Etenim tum beati judicantur et miseri, tum honore afficiuntur et ignominia; tum liberorum ac nepotum prosperitas eorum felicitati solet ascribi: beati nimirum ac felices propter posterorum felicitatem, sicut infelices ob eorum infelicitatem videntur esse: difficultatem enim hoc quoque affert. Quippe fieri potest, ut qui feliciter vixit et eodem modo mortuus est, eum multæ in posteris mutationes excipiant, ut eorum alii boni sint vitamque se dignam consequantur, alii contra. Absurdum autem sit, si una etiam mortuus mutetur, et modo felix, interdum contra infelix sit. Rursus absurdum et illud videatur, si ii qui adhuc vivunt, fortunæ mortuorum nullo modo fiant participes, quos propinqua cognatione attingunt. Verum ad priorem quæstionem nobis redeundum est, videndumque, ne non, dum vivunt, sed post obitum tantum judicandi sint beati: fortasse enim ex ea re illud quoque fiet manifestum de quo nunc quærimus.

Quodsi vitæ finis exspectandus, et tum demum quisque beatus judicandus est, non quod tum quia supremum diem obiit, idcirco quoque felix sit, sed quia prius erat felix, nonne absurdum videbitur, quamdiu felix est, tribui ei non posse quod habet, nec vere felicem dici posse, quia vivos beatos prædicare nolimus, propterea quod diversas in hac vita rerum commutationes esse videamus, felicitatem vero firmum quiddam minimeque mutabile esse existimemus; sicut contra maxime instabilis est fortuna? Est enim perspicuum, si fortunæ casus sequamur, nos eundem nunc beatum nunc contra miserum sæpe esse dicturos, chamæleontem quendam et parum stabili sede collocatum virum beatum perhibentes.

Respondemus ergo ad hanc quæstionem, minime debere nos fortunæ varietatem et mobilitatem sequi: non enim bene vel male vivendi ratio in hac versatur, sed fortunæ bona ut adjumenta quædam felicitatis humana vita desiderat, quemadmodum diximus: ita tamen, ut ipsa felicitatis natura non in his, sed in honesto actu consistat, sicut jam dictum est. Quum enim stabilem oporteat esse felicitatem, in fortunæ muneribus non potest constare: idque confirmat præsens dubitatio, utpote orta ex opinione, in qua disputationis positum est fundamentum, stabilem esse felicitatem. Nullum enim opus humanum tam firmum est, quam actiones honestæ, ex quibus felicitas pendet: siquidem ipsis etiam disciplinis stabiliores habentur. Rursus harum ipsarum virtutum ut quæque præstantissima est, ita diutissime permanet, propterea quod in eis maxime et assidue ætatem agunt beati, adeo ut ne minimo quidem temporis puncto interrumpatur eorum industria in honestis actionibus posita, quia talis vita, ut dictum est, eos delectat. Quocirca nunquam illarum eos capit oblivio.

Quoniam igitur non fortuna, sed actionibus virtuti consentaneis continetur felicitas, continget beato id quod

* Εἰ δὴ τέλος ὁρᾷν δεῖ κτλ. — ** Ἢ τὸ μὲν ταῖς τύχαις ἐπακολουθεῖν κτλ. — *** Ὑπάρξει δὴ τὸ ζητούμενον κτλ.

ζητούμενον τῷ εὐδαίμονι, τὸ μόνιμον δηλονότι αὐτῷ εἶναι τὸ ἀγαθόν, καὶ ἔσται διὰ βίου εὐδαίμων. Ἀεὶ γὰρ ἢ μάλιστα πάντων πράξει καὶ θεωρήσει τὰς κατ' ἀρετὴν πράξεις καὶ θεωρίας.

* Καὶ πρὸς τὰς τύχας στήσεται, καὶ ὑπὸ τῶν ἐναντίων οὐδεμίαν πείσεται μεταβολήν, ἀλλ' οἴσει τὰ ἐπιόντα κάλλιστα καὶ ἐμμελέστατα ὅ γε [b] ὡς ἀληθῶς ἀγαθός, καὶ τετράγωνος, ἄνευ ψόγου.

** Πολλῶν δὲ ὄντων τῶν ἐπερχομένων ἀπὸ τῆς τύχης καὶ τῶν μὲν μεγάλων ὄντων, τῶν δὲ μικρῶν, τὰ μὲν μικρὰ τῶν εὐτυχημάτων, ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ἀτυχημάτων, οὐ παρέξει πράγματα τῷ σπουδαίῳ, οὐδὲ ἐπάξει τῷ βίῳ μεταβολήν.

*** Τὰ δὲ μεγάλα καὶ πολλά, εὐτυχήματα μὲν ὄντα, μακαριώτερον τὸν βίον ποιήσει· καὶ γὰρ αὐτὰ συνεπικοσμεῖ τὴν εὐδαιμονίαν· χρῆται γὰρ αὐτοῖς ὁ σπουδαῖος ἐπὶ τὰ κάλλιστα.

**** Ἀτυχήματα δὲ ὄντα θλίβει μὲν καὶ λυμαίνεται τὸ μακάριον, καὶ ἐμποδίζει πολλαῖς ἐνεργείαις, ὅμως δὲ καὶ ἐν τούτοις διαλάμπει τὸ καλόν, ἐπειδὰν φέρῃ τις εὐκόλως πολλὰς καὶ μεγάλας ἀτυχίας, οὐ δι' ἀναλγησίαν καὶ ἀναισθησίαν, ἀλλὰ γεννάδας ὢν καὶ μεγαλόψυχος.

***** Εἰ γὰρ ἐν ταῖς κατ' ἀρετὴν ἐνεργείαις ἡ μακαριότης ἔχει τὸ εἶναι, καὶ αὗται κύριαί εἰσι τῆς τοῦ εὐδαίμονος ζωῆς, οὐδεὶς ἂν γένοιτο τῶν μακαρίων ἄθλιος· οὐδέποτε γὰρ πράξει τὰ μισητὰ καὶ φαῦλα. Τὸν γὰρ ὡς ἀληθῶς ἔμφρονα καὶ ἀγαθὸν πάσας οἰόμεθα τὰς τύχας εὐσχημόνως φέρειν· καὶ καθάπερ ὁ ἄριστος τεχνίτης ἀπὸ τῆς τυχούσης ὕλης τὴν ἰδίαν ἐπιδείκνυται τέχνην, καὶ στρατηγὸς μὲν τῷ παρόντι στρατοπέδῳ, καὶ εἰ μὴ ἀξιόλογον εἴη, χρῆται πολεμικώτατα, καὶ ὁ σκυτοτόμος ὁ ἄριστος ἐκ τῶν δοθέντων σκυτῶν κάλλιστον ὑπόδημα ποιεῖ, τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ οἱ ἄλλοι τεχνῖται ἅπαντες· οὕτω καὶ ὁ μακάριος οὐκ εὔροιαν ἀεὶ ζητήσει, ἀλλ' ἐκ τῆς παρούσης τύχης ἀεὶ τὰ κάλλιστα πράξει.

****** Καὶ διὰ τοῦτο ἄθλιος μὲν οὐδέποτε γένοιτ' ἄν, ἀλλὰ μόνον οὐ μακάριος [c] τῆς γε τύχης ἕνεκα, ἐὰν Πριαμικαῖς περιπέσῃ τύχαις.

******* Οὐδὲ δὴ ποικίλος γε καὶ εὐμετάβολος ἔσται· οὔτε γὰρ ἀπὸ τῆς εὐδαιμονίας κινηθήσεται ῥᾳδίως, οὔτε ὑπὸ τῶν τυχόντων ἀτυχημάτων, ἀλλ' ὑπὸ μεγάλων ἴσως καὶ πολλῶν.

******** Καὶ οὐδὲ ὑπὸ τούτων ῥᾳδίως· ἐπεὶ καὶ ἀπαλλαγεὶς τῶν δυστυχημάτων οὐκ ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ πρὸς τὸ τέλειον ἀγαθὸν μεταπεσεῖται, οὗ μικρὸν παρέκλινε, διὰ τὸ μὴ εὐκίνητος εἶναι· ἀλλ' ἐν πολλῷ χρόνῳ ἔσται τοιοῦτος, μεγάλων καὶ καλῶν ἐν τούτῳ γενόμενος ἐπιτυχής.

********* Τί οὖν κωλύει τὸν τοιοῦτον ἄνθρωπον

quærimus, ut nimirum bonum habeat stabile, ac dum vita suppetit felicitate utatur. Nam vel semper vel omnium maxime ea et aget et animo cernet, quæ cum virtute conjuncta sunt. Quin etiam fortunæ casibus obsistet, neque unquam ab adversariis mutabitur, sed quæcunque ingruerint, pulcherrime et commodissime feret, ut vere vir bonus et sine vituperatione quadratus.

Sed quum multa fortuito eveniant, eaque magnitudine et parvitate differant, rerum prosperarum itemque adversarum parvitas nullam viro bono molestiam exhibebit, neque ullam vitæ ejus mutationem faciet.

Magna autem fortunæ beneficia et multa vitam beatiorem efficient; siquidem illa felicitatem simul ornant, nec nisi ad pulcherrimas res a viro bono adhibentur.

At res adversæ premunt et corrumpunt vitam beatam et multorum munerum functiones impediunt; veruntamen etiam in his splendet atque elucet ipsum honestum, tum maxime, quum quis multas et magnas calamitates æquo animo fert, non quod doloris sensu careat stupeatque, sed quod generosi magnique est animi.

Si enim in munerum functionibus virtuti consentaneis beatitudinis natura nititur, atque hæ vitæ beatæ dominatum summamque adeo potestatem obtinent, nemo unquam qui beatus erit, miser est futurus, quia nunquam aget quæ odio digna sunt aut improba. Hominem enim vere prudentem ac probum putamus omnes fortunæ casus decenter ferre : et quemadmodum optimus artifex in qualibet materia artem suam ostentat, et dux optimus exercitu, quem forte habet, licet non eximius sit, pugnacissime utitur, et sutor optimus ex iis pellibus quæ ad eum delatæ sunt, calceum pulcherrimum conficit, eodemque modo cæteri artifices omnes : ita et beatus non semper prosperos rerum successus petet, sed pro præsenti fortuna semper præclarissima facinora efficiet.

Quocirca miser ille nunquam erit, sed tantummodo non beatus propter casum repentinum, si in Priami calamitates inciderit.

Neque vero varius et mutabilis erit, quia neque secundis rebus facile movebitur, neque quibuslibet rebus adversis, sed magnis fortasse et multis.

Sed ne his quidem facile : siquidem, quotiescunque e malis se emerserit, rursus longo tempore ad perfectam perveniet felicitatem, a qua ad tempus digressus est, quia non facile movetur, sed longo temporis intervallo talis erit, quum magnarum et honestarum rerum interea compos factus fuerit.

Quid igitur prohibet, quominus talem hominem dicamus beatum, qui suas actiones perfecta virtute dirigat atque in rebus externis duriore fortuna aliquando con-

* Καὶ τὰς τύχας κτλ. — ** Πολλῶν δὲ γενομένων κτλ. — *** Τὰ δὲ μεγάλα κτλ. — **** Ἀνάπαλιν δὲ συμβαίνοντα κτλ. — ***** Εἰ δ' εἰσὶν αἱ ἐνέργειαι κτλ. — ****** Εἰ δ' οὕτως κτλ. — ******* Οὐδὲ δὴ ποικίλος κτλ. — ******** Ἔκ τε τῶν τοιούτων κτλ. — ********* Τί οὖν κωλύει κτλ.

εὐδαίμονα λέγειν, ὃς κατ' ἀρετὴν μὲν τελείαν ἐνεργεῖ, δυστυχήσας δὲ τοῖς ἔξωθεν πάλιν εἰς τὴν εὐτυχίαν ἐπανελεύσεται, καὶ ἱκανῶς ὑπὸ τῶν ἐκτὸς χορηγηθήσεται ἀγαθῶν, οὐ τὸν τυχόντα χρόνον, ἀλλὰ τὸν μέχρι τελευτῆς, καὶ βιωσάμενος οὕτω τελευτήσας κατὰ λόγον· προστίθημι δὲ καὶ τὰ ἔξωθεν ἀγαθά, διὰ τὸ τὴν εὐδαιμονίαν τέλος εἶναι τῶν ἀνθρωπίνων πράξεων, καὶ διὰ τοῦτο προσήκειν τέλειον ἀγαθὸν εἶναι καὶ μηδενὸς ἐλλείπειν. Εἰ δὲ τοῦτο οὕτως, οὐ μετὰ τὴν τελευτὴν μακαρίσομεν τοὺς εὐδαίμονας, ἀλλὰ ζῶντας ἔτι, οἷς ὑπάρχει καὶ ὑπάρξει τὰ λεχθέντα. Μακαρίους δέ, ὡς ἀνθρώπους τὴν ἀνθρωπίνην μακαριότητα, ἥτις οὐ πάντῃ τέλειον ἔχει τὸ ἀγαθόν. Καὶ τὸ μὲν ὅτι δεῖ ζῶντας τοὺς εὐδαίμονας μακαρίζειν, ἐπὶ τοσοῦτον εἰρήσθω.

(Scripsi : [a] συνακολουθοίημεν] cod. συνακολουθείημεν. — [b] γε] vulgo ὅγε. — [c] μόνον οὐ μακάριος] cod. μονονοὺ μακάριος. —)

dictatus ad felicitatem redeat, bonisque externis mediocriter instructus sit, non ad quodlibet tempus, sed usque ad vitæ finem, talisque et postea vivat et sapientis in modum moriatur? Adjungo autem et externa bona, quia humanarum actionum finis est felicitas, ac propterea perfectum esse debet hoc bonum neque ulla ex parte mancum. Quæ quum ita sint, beatos non post obitum dicemus, sed dum vivunt adhuc eos appellabimus, qui habent et habebunt ea quæ a nobis supra dicta sunt. Beatos autem prædicamus, ut homines, beatitudine humana, quæ non undique perfectum habet bonum. Atque hæc quidem de felicitate, quam non mortuis, sed vivis tribuendam esse putamus, dicta sint hactenus.

Κεφ. ιη΄.

Εἰ κοινωνοῦσι τῆς τύχης τῶν ἀπογόνων οἱ μακάριοι μετὰ τελευτήν.

* Ῥητέον δὲ πρὸς τὴν ἄλλην ἀπορίαν, εἰ ἐκ τῶν ἀπογόνων δυστυχούντων ἢ τῶν φίλων χείρονα δόξει τοῖς μακαρίοις τὰ πράγματα. Τὸ μὲν οὖν μηδοτιοῦν ἐκ τῶν ἀπογόνων ἢ ἄλλως οἰκείων εἰς τοὺς εὐδαίμονας ἔρχεσθαι ἢ εὐτυχίας ἢ δυστυχίας, ἀκοινώνητόν ἐστι καὶ ἀλλότριον τῶν ἀνθρωπίνων· (κοινωνικὸν γὰρ ὁ ἄνθρωπος·) καὶ πρός γε ἔτι καὶ ταῖς κοιναῖς δόξαις ἐναντίον· κοινὰ γὰρ τὰ τῶν φίλων εἶναι πᾶσι δοκεῖ. Πολλῶν δὲ ὄντων τῶν συμβαινόντων τοῖς οἰκείοις τῶν μακαρίων, καὶ παντοίας ἐχόντων διαφοράς, καὶ τῶν μὲν μᾶλλον συντελούντων εἰς τὴν εὐδαιμονίαν, τῶν δὲ ἧττον, τὸ μὲν κατὰ μέρος διαιρεῖν αὐτά, μακρὸν καὶ ἄπειρον φαίνεται· εἰ δὲ ὁλοσχερῶς καὶ ὡς ἐν τύπῳ εἴποιμεν περὶ αὐτῶν, ἱκανὸν ἂν εἴη. Διαιρήσομεν τοίνυν καὶ ταῦτα, καθάπερ τὰ συμβαίνοντα δυστυχήματα τοῖς μακαρίοις, ὅτι τὰ μὲν μεγάλα καὶ ἀξιόλογα, καὶ βάρος ἔχει πρὸς τὸν βίον, τὰ δὲ μικρὰ καὶ ἐλαφρότερα. Ἔχει δὲ διαφοράν, ὅσα ζώντων ἔτι τῶν μακαρίων τοῖς οἰκείοις συμβαίνει, τῶν συμβαινόντων μετὰ τὴν αὐτῶν τελευτήν, ὅσην ἔχει τὰ ἐν ταῖς τραγῳδίαις πλαττόμενα κακὰ τῶν προϋπαρξάντων πραγμάτων, ὧν ταῦτα σκιαί.

** Σκεπτέον οὖν περὶ τῆς διαφορᾶς. Βέλτιον δέ ἐστι σκέψασθαι εἰ κοινωνοῦσιν οἱ μακάριοι τοῖς οἰκείοις μετὰ τελευτὴν τῆς τύχης. Φαίνεται τοίνυν, ὅτι, εἰ καὶ ἔρχεταί τι πρὸς αὐτοὺς ἀπὸ τούτων, εἴτε ἀγαθόν, εἴτε φαῦλον, ἀσθενὲς μέντοι [a] καὶ μικρόν. Ἢ διότι καὶ τῇ ἑαυτοῦ φύσει μικρόν ἐστιν, ἢ ἐκείνοις μικρόν, κἂν μέγα ὑπάρχῃ, διὰ τὸ μὴ ζῆν τὴν ἐνταῦθα ζωήν. Εἰ

Cap. XVIII.

Num beati post obitum posterorum fortunæ participes fiant.

Ad alteram vero quæstionem, perveniatur ex infelicitate posterorum aut amicorum aliqua ad beatos calamitas, nunc respondendum erit. Jam vero omnino nihil a posteris aliisve propinquis sive prosperarum rerum sive adversarum ad beatos pervenire, a communione abhorret et conditione humana : (nam ad communitatem natus est homo :) sed et cum opinione communi pugnat : omnibus enim videtur, communia esse quæ amicorum sunt cuncta. Quum vero multa beatorum propinquis eveniant, eaque ipsa dissimilia sint et diversa, ita ut quædam magis, alia minus ad felicitatem conferant, sigillatim ea distinguere longum et infinitum videtur; universe autem ostendere ac velut rudi imagine adumbrare forsitan satis fuerit. Distinguemus ergo hæc etiam, quemadmodum et reliqua, tam secunda quam adversa, quæ eveniunt beatis, ut alia esse dicamus magna et eximia, quæ pondus aliquod et momentum ad vitam habeant, alia parva et leviora. Sed inter res, quæ quamdiu vivunt beati, eorum propinquis eveniunt, atque inter eas, quæ post illorum obitum iis accidunt, tantum interest, quantum inter mala in tragœdiis ficta et eventa ipsa, quorum hæc tantum umbræ sunt.

Videndum igitur, qualis illarum rerum differentia sit. Melius autem est quærere, num beati post mortem propinquorum fortunæ participes sint. Apparet porro, etiam si quid ad eos ab his perveniat, sive bonum sit sive malum, tamen leve hoc et exiguum esse : vel quod per se leve sit et exiguum, vel quod illis sit tale, quamvis per se magnum sit, quia ex hac vita semel discesserunt.

* Cap. 11. τὰς δὲ τῶν ἀπογόνων κτλ. — ** Μᾶλλον δ' ἴσως τὸ διαπορεῖσθαι κτλ.

δὲ ἔχει τινὰ δύναμιν, ἀλλ' οὐ τοσαύτην γε καὶ τοιαύτην, ὥστε ποιεῖν εὐδαίμονας τοὺς μὴ τοιούτους, ἢ τοὺς ὄντας ἀφαιρεῖσθαι τὴν μακαριότητα. Ὥστε ἔρχεται μέν τι ἀπὸ τῶν ζώντων τοῖς τεθνεῶσι· τοιαῦτα δὲ καὶ τοσαῦτα ὡς μηδεμίαν ἐπάγειν μεταβολήν.

(Scripsi : * μέντοι] cod. μέν τοι. —)

Quod si vim quandam habeat, certe non tantam aut talem habet, ut eos qui non sunt beatos efficiat, vel beatitudinem iis qui eam adepti sunt adimat. Quamobrem penetrat quidem aliquid a vivis ad mortuos : sed ea quæ penetrant talia sunt ac tantilla, ut omnino nullam mutationem faciant.

Κεφ. ιθ΄.

Ὅτι τῶν τιμίων ἡ εὐδαιμονία.

* Διωρισμένων δὲ τούτων, σκεψώμεθα περὶ τῆς εὐδαιμονίας, πότερον τῶν δυνάμεών ἐστιν, ἢ τῶν ἐπαινετῶν, ἢ τῶν τιμίων ἡ εὐδαιμονία· καὶ δυνάμεις μέν εἰσιν αἱ ἕξεις τῶν τεχνῶν· οἷον κυβερνητικῆς ἢ ἰατρικῆς, δῆλον ὅτι τὸ δύνασθαι ἰατρεύειν ἢ κυβερνᾶν· ἐπαινετὰ δέ, τὰ ἤδη κατορθωθέντα καὶ εἰς ἐνέργειαν ἐλθόντα ἀγαθά. Τίμια δὲ τὰ θεῖα καὶ ὑπὲρ ταῦτα. Τούτων οὕτως ἐχόντων, ζητητέον τί τούτων ἐστὶν ἡ εὐδαιμονία· δύναμις μὲν οὖν οὐκ ἔστιν· ἔστι γὰρ τέλειον ἀγαθόν· ἡ δὲ δύναμις ἀτελές. Ἄλλως τε ἡ μὲν εὐδαιμονία οὐ συναριθμεῖται πολλοῖς, ἡ δὲ δάναμις τοιαύτη· πολλαὶ γὰρ δυνάμεις· ἡ εὐδαιμονία ἄρα οὐκ ἔστι δύναμις. Καὶ μὴν οὐδὲ τῶν ἐπαινετῶν ἐστιν· ἐπαινεῖται γὰρ ἃ μετέχει τινὸς ἀγαθοῦ. Τὸν γὰρ δίκαιον καὶ τὸν ἀνδρεῖον, καὶ ὅλως τὸν ἀγαθόν, καὶ τὴν ἀρετὴν ἐπαινοῦμεν, διὰ τὸ ποιότητός τινος ἀγαθοῦ μετέχειν, καὶ σχέσιν ἔχειν πρὸς ἀγαθόν τι καὶ σπουδαῖον. Διὰ τοῦτο καὶ οἱ τοὺς θεοὺς ἐπαινοῦντες γελοῖοί εἰσιν, ἡμῖν αὐτοὺς ἐξισοῦντες. Τοῦτο δὲ συμβαίνει, διὰ τὸ γίνεσθαι τοὺς ἐπαίνους ἕνεκα τῆς πρὸς τὸ ἀγαθὸν ἀναφορᾶς καὶ σχέσεως.

Τὰ μὲν οὖν ἐπαινετὰ τοιαῦτα· ἡ εὐδαιμονία δὲ οὐ τοιοῦτον· ἔστι γὰρ τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ ἄριστον. Τοῦ δὲ ἀγαθοῦ καὶ τοῦ ἀρίστου οὐκ ἔστιν ἔπαινος· οὐ γὰρ πρός τι ἀναφέρεται ἀγαθόν. Διὰ τοῦτο οὐδὲ τοὺς θεοὺς ἐπαινοῦμεν, ἀλλὰ μακαρίζομεν καὶ εὐδαιμονίζομεν· ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ἀνδρῶν τοὺς θειοτάτους καὶ τὰ ἀγαθά, ὅσα δι' ἑαυτά εἰσιν ἀγαθά, οἷα ἐστὶν * ἡ εὐδαιμονία. Οὐδεὶς γὰρ τὴν εὐδαιμονίαν ἐπαινεῖ καθάπερ τὸ δίκαιον, ἀλλ' ὡς θειότερόν τι καὶ βέλτιον μακαρίζει. Ἐπεὶ τοίνυν τὰ μὲν ἐπαινετὰ διά τι τέλος ἀγαθὸν ἐπαινοῦνται, ἡ δὲ εὐδαιμονία εἰς οὐδὲν ἀναφέρεται τέλος, (ἔστι γὰρ αὐτὴ τὸ ἔσχατον τέλος) οὐκ ἂν εἴη τῶν ἐπαινετῶν· λείπεται δὴ τῶν τιμίων εἶναι. Τούτῳ δὲ τῷ λόγῳ καὶ ὁ Εὔδοξος μαρτυρεῖ· τὴν γὰρ ἡδονὴν βουλόμενος δεῖξαι ἄριστον εἶναι καὶ τέλειον ἀγαθόν, ἀπὸ τούτου ἔλεγε δείκνυσθαι ὅτι οὐκ ἔστι τῶν ἐπαινετῶν ἀλλὰ βέλτιον τούτων, ἀπὸ τοῦ μὴ ἐπαινεῖσθαι, ἀγαθὸν οὖσαν· τοιοῦτον δὲ ἔλεγεν εἶναι τὸν θεὸν καὶ τὸ ἀγαθόν. Πρὸς ταῦτα γὰρ καὶ τ' ἄλλα ἀναφερόμενα, ἀγαθὰ λέγεσθαι καὶ ἐπαινετὰ εἶναι. Ἐπαινεῖται μὲν γὰρ ἡ ἀρετή, ὅτι πρακτικοὶ γίνονται οἱ

Cap. XIX.

Beatitudinem esse in rebus honore dignis.

His autem explanatis, restat ut de beatitudine videamus, utrum facultas sit, an habenda in numero rerum laudabilium vel potius earum quæ honore dignæ sunt. Ac facultas quidem appellatur ingenii ad artes dexteritas : verbi causa artes gubernandi aut medendi patet eorum esse qui mederi aut gubernare possunt : contra laudabilia vocantur bona jam probata et ad usum actionemque conversa. At honore digna sunt divina et reliquis majora. Quæ quum ita sint, quærendum quid ex his omnibus sit beatitudo : ac primum quidem facultas esse non potest : est enim bonum perfectum, facultas autem imperfecta est. Deinde beatitudo non annumeratur multis, sed facultas talis est : quippe multæ sunt facultates : beatitudo ergo non est facultas. Enimvero ne in rerum quidem laudabilium numero haberi potest : id enim laudatur quod boni alicujus est particeps. Nimirum justum fortemque hominem omninoque bonum, aut ipsam denique virtutem laudamus, quia certæ cujusdam boni qualitatis particeps est atque ad bonum et honestum quodammodo refertur. Quare et ii qui deos laudant, sunt ridiculi, quia eos quodammodo nobis æquant. Hoc autem propterea accidit, quod laudes comparatione et relatione ad id quod bonum est constant.

Tales igitur sunt res laudabiles : beatitudo autem non est talis : est enim ipsa bonum et optimum. Quod vero bonum est et optimum, laudari non potest : nec enim ad aliquod refertur bonum. Quocirca nec deos ipsos laudamus, sed felices et beatos dicimus : eodemque modo homines divinissimos eaque bona, quæ per se sunt talia, qualis est beatitudo. Nemo enim beatitudinem, sicut id quod justum est, laudat, sed tanquam divinius quid ac melius suspicit et in rerum beatissimarum numero collocat. Quoniam ergo res laudabiles ob bonum aliquem finem laudantur, nullum vero ad finem refertur beatitudo (ipsa enim ultimus est finis), sequitur eam non esse rebus laudabilibus annumerandam; quare restat, ut iis rebus quæ honore dignæ sunt, adjiciatur. Hanc vero opinionem et Eudoxus confirmat : qui voluptatem optimum et perfectum bonum esse ostensurus, quod ipsa, quum sit in numero rerum bonarum non laudetur, eo declarari putabat, eam rebus iis, quæ essent laudabiles, esse meliorem : talem autem deum ac summum bonum esse præ se ferebat. Horum enim respectu reliqua quoque bona dici et laudabilia esse. Laudatur enim

* Cap. 12. διωρισμένων δὲ τούτων κτλ.

ἄνθρωποι τῶν καλῶν ἀπὸ ταύτης· ἐγκωμιάζονται δὲ τὰ ἔργα ὁμοίως τὸ ἀγαθά, τά τε σωματικά, καὶ τὰ ψυχικά, ὅτι πρός τι τέλος φέρουσιν ἀγαθόν· αὐτὴ δὲ ἡ εὐδαιμονία οὐκ ἂν ἐπαινεθείη· οὐ γὰρ πρός τι τέλος ἀγαθὸν φέρει· αὐτὴ γάρ ἐστι τὸ ἔσχατον τέλος, καθὼς εἴρηται. Ἀλλὰ τὸ μὲν περὶ ἐπαίνων καὶ ἐγκωμίων λέγειν τίσιν ἁρμόττει, οὐκ ἔστιν ἡμῖν προκείμενον· οἰκειότερον γὰρ ἄλλοις· ἡμῖν δὲ περὶ τοῦ προκειμένου ῥητέον. Φαίνεται μὲν οὖν ἀπὸ τῶν εἰρημένων, ὅτι ἐστὶ τῶν τιμίων καὶ τελείων· φαίνεται δὲ καὶ ἀρχὴ καὶ αἰτία τῶν ἄλλων ἀγαθῶν· ταύτης γὰρ χάριν τὰ ἄλλα πράττομεν· τὴν δὲ ἀρχὴν καὶ τὸ αἴτιον τῶν ἀγαθῶν τίμιον καὶ θεῖον τίθεμεν.

(Scripsi : * οἷα ἐστὶν] vulgo οἷά ἐστιν. —)

virtus, quia homines hac ad res honestas agendas idonei efficiuntur : eodemque modo præclara facinora sive corporis sive animi laudibus ornamus, quod ad bonum aliquem finem tendunt : ipsa autem beatitudo nunquam laudari poterit : neque enim ad bonum finem refertur, quum ipsa, ut jam diximus, extremus sit finis. Sed de laudibus et præconiis agere, et quibus ea tribui soleant, non est hujus argumenti : quippe magis convenit aliis : nobis vero de eo quod propositum est, disputandum erit. Patet ergo ex iis quæ dicta sunt, vitam beatam in bonis iis, quæ honore digna et perfecta sunt, esse numerandam : quin et principium reliquorum videtur bonorum et causa : siquidem ejus causa facimus et reliqua. Principium autem causamque cur cætera bona sint, honore dignum et divinum quiddam esse ducimus.

Κεφ. κ'.

Περὶ ἀρετῆς· ἐν ᾧ καὶ περὶ τῶν δυνάμεων τῆς ψυχῆς.

* Ἐπεὶ δέ ἐστιν ἡ εὐδαιμονία ψυχῆς ἐνέργεια κατ' ἀρετὴν τελείαν, σκεψώμεθα περὶ τῆς ἀρετῆς· ἡ γὰρ περὶ αὐτῆς σκέψις σαφέστερον ποιήσει τὸν περὶ τῆς εὐδαιμονίας λόγον. Φαίνεται δέ, ὅτι καὶ ὁ κατὰ ἀλήθειαν πολιτικὸς περὶ αὐτῆς σκέπτεται· βούλεται γὰρ ἀγαθοὺς ποιεῖν τοὺς πολίτας καὶ τῶν νόμων ὑπηκόους, καθάπερ οἱ Κρητῶν καὶ Λακεδαιμονίων νομοθέται, καὶ εἴ τινες ἕτεροι τοιοῦτοι γεγένηνται· ὥστε δῆλον ὅτι ἡ ζήτησις αὕτη ἀκόλουθος ἂν εἴη τῷ ἐξ ἀρχῆς τοῦ λόγου σκοπῷ. Ἦν γὰρ ἐκεῖνος περὶ τοῦ τέλους τῆς πολιτικῆς.

** Περὶ ἀρετῆς τοίνυν ἐπισκεπτέον, ἀνθρωπίνης δηλονότι· ἐπεὶ καὶ ἐξ ἀρχῆς τὸ ἀνθρώπινον ἀγαθὸν ἐζητοῦμεν. Ἐπεὶ τοίνυν ἡ ἀνθρωπίνη ἀρετὴ οὐ τοῦ σώματός ἐστιν, ἀλλὰ τῆς ψυχῆς· (καὶ τὴν εὐδαιμονίαν γὰρ ψυχῆς ἐνέργειαν λέγομεν,) ὁ πολιτικὸς δὲ σκέπτεται περὶ τῆς ἀνθρωπίνης ἀρετῆς· δῆλον ὅτι δεῖ τὸν πολιτικὸν εἰδέναι πῶς ἔχει τὰ περὶ ψυχήν· ὥσπερ καὶ τὸν μέλλοντα ὀφθαλμὸν θεραπεύσειν, τοῦ σώματος παντὸς τὴν γνῶσιν ἔχειν ἀνάγκη· καὶ τοσούτῳ πλέον ὁ πολιτικὸς δικαίως εἴσεται τὰ περὶ ψυχήν, ἢ ὁ ἰατρὸς τὸ σῶμα, ὅσῳ βελτίων ἡ πολιτικὴ τῆς ἰατρικῆς καὶ τιμιωτέρα· καὶ οἱ βέλτιστοι δὲ τῶν ἰατρῶν πολλὰ πραγματεύονται περὶ τὴν τοῦ σώματος γνῶσιν· ὥστε εἰκὸς ἂν εἴη τὸν πολιτικὸν περὶ τῆς ψυχῆς εἰδέναι. Θεωρητέον δὲ περὶ ψυχῆς τοσαῦτα, ὅσα ἀρκέσει ἡμῖν πρὸς τὸν προκείμενον περὶ ἀρετῆς λόγον· τὸ γὰρ ἐπὶ πλεῖον ἐξακριβῶσαι περὶ ψυχῆς, καὶ τὸν καθόλου περὶ αὐτῆς ἐκθέσθαι λόγον, μεῖζον ἔργον ἐστὶ τῶν προκειμένων.

*** Περὶ ψυχῆς τοίνυν οὐ μόνον ἐν συγγράμμασιν, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ στόματος πρὸς τοὺς ἐντυγχάνοντας ἀρκούντως εἴπομεν ἔνια· καὶ χρηστέον αὐτοῖς. Λέγομεν τοίνυν, ὅτι τῆς ψυχῆς τὸ μὲν λογικόν ἐστι, τὸ δὲ ἄλογον. Ταῦτα δὲ πότερον κεχωρισμένα εἰσὶν ἀλλήλων, κα-

Cap. XX.

De virtute : in quo et de animi facultatibus.

Sed quoniam beatitudo functio quædam muneris animi est, virtuti perfectæ congruens, videamus de virtute : quæ quidem consideratio hanc etiam nostram de beatitudine disputationem planiorem faciet. Videtur autem et vir regendæ civitatis vere peritus de ea disceptare : studet enim cives suos viros bonos et legibus obedientes efficere, sicut Cretensium et Lacedæmoniorum legum latores, et si qui alii tales exstiterunt : hinc patet hancce quæstionem accommodatam esse ad id consilium atque institutum, quod ab initio suscepimus. Nam de fine prudentiæ civilis agere nobis propositum erat. De virtute ergo commentandum est, humana scilicet, siquidem et a principio humanum bonum quærebamus.

Quoniam ergo humana virtus non corporis est, sed animi, (nam et beatitudinem functionem muneris animi dicebamus) virtutem autem humanam vir regendæ civitatis peritus considerat : nimirum ut eum qui oculos curaturus est, totius corporis naturam oportet habere perspectam, sic virum regendæ civitatis peritum, ea quæ ad animum pertinent, scientia comprehendisse necesse est; atque eo quidem magis vir ad gubernacula reipublicæ aptus quæ de animo traduntur sciet, quam medicus corpus, quo majore honore digna et melior quam medicina prudentia civilis est. At vero homines medicina clari multum studii atque operæ in cognitione corporis ponere consueverunt : unde sequitur rerum publicarum rectori animi naturam cognitam esse debere. Eatenus autem de animo commentandum est, quatenus præsenti nostræ de virtute disputationi sufficit : nam accuratius in ejus vim inquirere et generatim de eo exponere, majus opus est, quam instituti nostri ratio postulat.

Porro de animo non tantum in scriptis, sed etiam in sermonibus apud auditores habitis nonnulla satis luculenter tradidimus : quibus qui volent hoc loco utantur. Dicimus ergo, unam animi partem rationis compotem esse, alteram rationis expertem. Quæ utrum separatæ a se

* Cap. 3. ἐπεὶ δ' ἐστὶν ἡ εὐδαιμονία κτλ. — ** Περὶ ἀρετῆς δὲ κτλ. — *** Λέγεται δὲ περὶ αὐτῆς κτλ.

θάπερ τὰ τοῦ σώματος μέρη, καὶ τὰ ἄλλα τὰ μεριστά, ἢ πράγματι μὲν ἕν εἰσι, λόγῳ δὲ δύο, καθάπερ ἐν τῇ περιφερείᾳ τὸ κυρτὸν καὶ τὸ κοῖλον, (ἓν μὲν γάρ εἰσι πρᾶγμα, καὶ ἀχώριστα πέφυκε, τῷ ὁρισμῷ δὲ διαφέρουσιν· ἄλλος γὰρ ὁρισμὸς τῆς περιφερίας καθὸ κοίλης, καὶ ἄλλος καθὸ κυρτῆς) τοῦτο μὲν οὖν ζητεῖν οὐδὲν συντείνει πρὸς τὴν προκειμένην μέθοδον. Ἐροῦμεν δὲ περὶ τοῦ ἀλόγου. Ἔστι τοίνυν τοῦ ἀλόγου τῆς ψυχῆς τὸ μὲν φυτικόν, λέγω δὲ τὸ θρεπτικὸν καὶ αὐξητικόν, ὅπερ κοινόν ἐστι καὶ τοῖς φυτοῖς καὶ τοῖς ζῴοις πᾶσιν· αὕτη γὰρ ἡ δύναμις ἐν ἅπασι τοῖς τρεφομένοις ἐστί, καὶ ἐν τοῖς ἐμβρύοις· ἡ αὐτὴ δὲ καὶ ἐν τοῖς τελείοις τῶν ἀνθρώπων ἐστίν· οὐ γὰρ ἄλλην εὔλογον λέγειν. Ἐν ταύτῃ μὲν οὖν τῇ δυνάμει οὐκ ἔστιν εὑρεῖν ἰδίως ἀρετὴν ἀνθρωπίνην, ἀλλὰ κοινὴν ἅπασιν. Ἡ γὰρ τοιαύτη ἀρετή, τὸ τρέφεσθαι καὶ αὐξάνεσθαι, καὶ ὑπνώττουσιν ἐνεργεῖται, καὶ μάλιστα τότε· ἡ δὲ ἀνθρωπίνη ἀρετή, οὐδαμῶς· ὁ γὰρ ἀγαθὸς καὶ κακὸς ἥκιστα διάδηλος ὑπνώττων. Καὶ διὰ τοῦτό φασι μηδὲν διαφέρειν τὸ ἥμισυ τοῦ βίου (τὸν τοῦ ὕπνου καιρὸν δηλονότι,) τοὺς εὐδαίμονας τῶν ἀθλίων· καὶ εἰκότως· ἀργία γάρ ἐστιν ὁ ὕπνος καὶ τῇ σπουδαίᾳ καὶ τῇ φαύλῃ ψυχῇ. Πλὴν εἰ μή τις ἐκεῖνο εἴποι, ὅτι καὶ οἱ ὕπνοι τῶν σπουδαίων βελτίους, τῶν μεθημερινῶν κινήσεων τρόπον τινὰ καὶ ἐπὶ τοὺς ὕπνους διερχομένων, καὶ διὰ τοῦτο τῶν καθ' ὕπνους φαντασμάτων ἀμεινόνων τοῖς σπουδαίοις γινομένων, ἢ τοῖς τυχοῦσιν· ἀλλὰ περὶ τούτων ἅλις. Τὸ γὰρ θρεπτικὸν ἄμοιρον τῆς ἀνθρωπίνης ἀρετῆς, περὶ ἧς ἡμῖν ὁ λόγος. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλη τις φύσις τῆς ψυχῆς οὐ πάντῃ ἄλογος κατὰ τὴν εἰρημένην, ἀλλά πῃ [a] μετέχουσα λόγου, καὶ μαχομένη πρὸς τὸν λόγον. Δι' ὃ καὶ τὸν τοῦ ἐγκρατοῦς λόγον, καὶ τὸν τοῦ ἀκρατοῦς δέ, ἐνίοτε ἐπαινοῦμεν, ὅτι ἀντέχουσι πρὸς τὸ ἀντιτεῖνον· ὁ μὲν μέχρις οὗ δεῖ, ὁ δὲ ἐνίοτε καὶ μέχρι τινός. Καὶ διὰ τοῦτο φαίνεται ἄλλο τι ὂν [b] ἐν αὐτοῖς παρὰ τὸν λόγον, ὃ μάχεται καὶ ἀντιτείνει τῷ λόγῳ. Ἀτεχνῶς γάρ, καθάπερ τὰ παραλελυμένα τοῦ σώματος μόρια, εἰς τὰ δεξιὰ προαιρουμένων κινῆσαι, τοὐναντίον καὶ εἰς τὰ ἀριστερὰ παραφέρεται· οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς ψυχῆς. Ἐπὶ τἀναντία γὰρ αἱ ὁρμαὶ τῶν ἀκρατῶν φέρονται, τῆς τοῦ λόγου κινήσεως. Ἀλλ' ἐν τοῖς σώμασι μὲν ὁρῶμεν τὸ παραφερόμενον, ἐπὶ δὲ τῆς ψυχῆς οὐχ ὁρῶμεν. Εἰ δὲ καὶ μὴ ὁρᾶται, ὅμως ἐστὶ καὶ νομιστέον εἶναί τι παρὰ τὸν λόγον ἐναντιούμενον τούτῳ, καὶ ἀντιβαῖνον· πῶς δέ, πρὸς τὸ προκείμενον λέγειν οὐδὲν συντελεῖ. Φαίνεται δὲ καὶ τοῦτο λόγου μετέχον, ὥσπερ εἴπομεν, καθόσον τῷ λόγῳ πειθαρχεῖ. Καὶ γὰρ τῷ τοῦ ἐγκρατοῦς λόγῳ τοῦτο τὸ ἄλογον, τὸ θυμικὸν λέγω καὶ τὸ ἐπιθυμητικόν, ἄγεται καὶ πείθεται. Ἔτι δὲ μᾶλλον πείθεται καὶ εὐηκοώτερόν ἐστι τῷ λόγῳ τοῦ σώφρονος καὶ ἀνδρείου· ἐν αὐτῷ γὰρ πάντα τῷ λόγῳ συμφωνεῖ. Ὥστε φαίνεται τὸ ἄλογον τῆς ψυχῆς διττὸν εἶναι· τὸ μὲν πάντῃ ἄλογον, τὸ φυτικόν, τὸ αὐξητικὸν δηλονότι, καὶ θρεπτι-

mutuo sint quemadmodum corporis partes et quidquid in partes secari potest, an re ipsa unum idemque sint, verbo autem diversæ, ut in linea circumcurrente tum convexa pars, tum concava (quæ quum idem revera sint, nec possint disjungi, definitione tamen inter se differunt : alia enim lineæ circumcurrentis definitio est; qua concava, alia qua convexa habetur) hujusmodi quæstio ad instituti nostri rationem non pertinet. Quare de ea parte, quæ ratione caret, dicamus. Hujus ergo partis quæ rationis expers est, quædam pars est vegetabilis, eam dico quæ alendi augendique corporis causa habetur, omnibusque plantis et animalibus communis est; siquidem hanc animi vim cum in omnibus quæ aluntur, animadvertimus, atque adeo in fetibus immaturis, tum etiam in hominibus adultis; nam aliam iis tribuere absurdum est. In hac igitur animi vi non hominis propria, sed omnium communis reperitur virtus. Talis enim virtus, qua vel nutriatur corpus vel crescat etiam in dormientibus, ac tum maxime, munere suo fungitur : virtus vero hominis minime : homines enim boni et mali minime in somno discernuntur. Hinc illud est quod ajunt, inter beatos et miseros dimidiam vitæ partem (quamdiu nimirum dormiunt) nihil interesse : nec immerito : quippe somnus tam boni quam mali animi est cessatio vacatioque ob opere. Nisi quis hoc dicit, propterea honestorum quoque hominum somnos meliores esse, quod diurni motus quodammodo in somnos transeunt, atque idcirco species viris bonis per somnum oblatas meliores esse, quam quæ vulgo offerantur : sed de his satis. Certe ea animi pars, quæ alendi corporis causa habetur, humanæ virtutis, de qua nunc loquimur, expers est. Sed et alia quædam animi vis est non plane rationis expers, ut superior, quæ tamen aliquo modo ejus est particeps ac simul cum ea pugnat. Quamobrem et continentis et incontinentis rationem interdum laudamus, quia non statim cedunt, sed in contrarium nituntur : alter quamdiu oportet, alter ad tempus. Quocirca apparet in eis etiam alia quædam pars a ratione aversa quæ rationi repugnat ac reluctatur. Plane enim, ut resolutæ corporis partes, quum eas dextrorsum movere animum inducunt, in contrariam partem sinistrorsum perverse feruntur, sic et in animo evenit. Abeunt enim in contrarias partes, atque a ratione trahuntur, incontinentium appetitiones. Sed in corporibus id quod perverse movetur oculis cernimus, in animo non cernimus. Quod etsi non cernitur, tamen fortasse existimare debemus, in animo quoque aliquid inesse, præter rationem, quod ei adversetur ac repugnet : id autem quomodo fiat, pro instituti nostri ratione dicere nihil attinet. Videtur certe et hoc rationis particeps esse, quemadmodum diximus, quatenus rationi paret. Etenim ratione viri continentis illa animi pars, quæ mentis lumine caret, irritabilem dico et libidinosam, ducitur eique paret. Magis vero etiam in temperante et forti paret et obsequitur : in illo enim omnia cum ratione consentiunt. Quamobrem duplex in animo videtur pars rationis expers, altera omni mentis lumine carens, vegetabilem dico, quæ alendi augendique corporis causa est; altera quæ ex parte rationis est particeps, irritabilem dico et libidinosam, quæ eatenus rationis particeps esse perhibe-

κόν· τὸ δέ πη [c] λόγου μετέχον, τὸ θυμικὸν καὶ ἐπιθυμητικόν· τοῦτο γὰρ κοινωνεῖ λόγου, καθ' ὅσον κατήκοόν ἐστιν αὐτοῦ καὶ πειθαρχικόν. Ὅτι δὲ πείθεταί πως ὑπὸ λόγου τὸ ἄλογον, φανερὸν ἀπὸ τῶν νουθεσιῶν, καὶ τῶν παρακλήσεων, καὶ ἐπιτιμήσεων· ἀπὸ τούτων γὰρ πολλαὶ τῶν ἀλόγων κινήσεων ῥυθμίζονται. Διττῶς δὲ λέγεται τὸ λόγου μετέχειν, καθάπερ καὶ τὸ λόγον ἔχειν. Λέγομεν γὰρ τοῦ πατρὸς καὶ τῶν φίλων λόγον ἔχειν, τὸ ἐπιστρέφεσθαι πρὸς αὐτούς, καὶ οἷς κελεύουσιν ἐξακολουθεῖν· λέγομεν δὲ καὶ τῶν μαθηματικῶν λόγον ἔχειν, τὸ εἰδέναι αὐτά, καὶ γνῶσίν τινα καὶ ἐπιστήμην αὐτῶν ἔχειν. Κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον διπλῶς λέγεται καὶ τὸ λόγου μετέχειν· τὸ μὲν κυρίως καὶ ἐν ἑαυτῷ, [d] ὥσπερ αὐτὸ τὸ λογικόν· τὸ δὲ διὰ τὸ ἐκείνῳ πειθαρχεῖν, λόγου μετέχειν λέγεται, ὥσπερ τις τῷ πατρὶ πείθεται.

Διαιρεῖται δὲ καὶ ἡ ἀρετὴ κατὰ τὴν διαφορὰν ταύτην· λέγομεν γὰρ αὐτάς, τὰς μὲν διανοητικάς, αἳ τοῦ λογικοῦ εἰσι· τὰς δὲ ἠθικάς, αἳ τοῦ θυμικοῦ καὶ ἐπιθυμητικοῦ εἰσι. Καὶ διανοητικαὶ μέν εἰσι, σοφία, σύνεσις καὶ φρόνησις· ἠθικαὶ δέ, ἐλευθεριότης καὶ σωφροσύνη. Ὅταν γὰρ περὶ τοῦ ἤθους λέγωμεν, [e] οὐ λέγομεν τὸν ἄνθρωπον σοφὸν ἢ συνετόν, ἀλλὰ πρᾶον [f] καὶ σώφρονα. Ἐπαινοῦμεν δὲ τὸ σοφόν, διὰ τὴν ἀγαθὴν ἕξιν, ἥτις ἐστὶν ἀρετή. Τὰς γὰρ ἐπαινετὰς ἕξεις ἀρετὰς λέγομεν.

(Scripsi : [a] ἀλλά πη] vulgo ἀλλὰ πῇ. — [b] ἄλλο τι ὂν] vulgo ἄλλό τι ὄν. — [c] τὸ δέ πη] vulgo τὸ δὲ πῇ. — [d] καὶ ἐν ἑαυτῷ] ex Aristotele; cod. καὶ ἑαυτῷ. — [e] λέγωμεν] cod. λέγομεν. — [f] πρᾶον] vulgo πρᾶον.)

tur, quatenus ei obtemperat et morem gerit. Rationi autem quodammodo parere animi partem rationis expertem vel ex omni admonitione, adhortatione et objurgatione apparet, quia his multi animorum motus ratione carentes sedantur. Dupliciter autem dicitur rationis esse participem, sicut et rationem habere. Dicimus enim aliquem patris et amicorum rationem habere, qui parentes diligenter curat aut amicos, et quæ illi fieri jubent exsequitur : dicimus et artium mathematicarum rationem habere aliquem, qui eas novit, aut cognitionem earum aliquam vel scientiam consecutus est. Eodem quoque modo dupliciter aliquid dicitur rationis particeps : primum proprie et in se habens talem vim, sicut pars rationalis : deinde improprie, ut altera, quæ quia rationi paret, sicut aliquis patri, rationis quoque particeps dicitur.

Sed et ipsa secundum hanc differentiam dividitur virtus : alias enim virtutes in cogitatione et ratione positas esse dicimus, quæ ad rationalem referuntur partem, alias ad mores pertinere, quas morales appellamus quæque ad alteram referuntur, in qua iracundiam et libidinem collocamus. In ratione posita sunt sapientia, intelligentia et prudentia, in moribus liberalitas et temperantia. Nec enim solemus, quum de moribus loquimur, sapientem aut intelligentem, sed mitem dicere aliquem aut temperantem. Quin etiam sapientem a bono habitu laudamus, quæ est virtus. Habitus enim eos, qui sunt laudabiles, virtutes vocamus.

ΑΝΔΡΟΝΙΚΟΥ ΤΟΥ ΡΟΔΙΟΥ

ΗΘΙΚΩΝ ΤΩΝ ΝΙΚΟΜΑΧΕΙΩΝ

ΠΑΡΑΦΡΑΣΕΩΣ

ΒΙΒΛΙΟΝ ΔΕΥΤΕΡΟΝ.

Κεφ. α΄.

Ὅτι οὔτε φύσει, οὔτε παρὰ φύσιν ἐν ἡμῖν γίνονται αἱ ἀρεταί, ἀλλὰ ἀπὸ τοῦ ἔθους.

* Ἐπεὶ δὲ ἡ ἀρετὴ τῆς ψυχῆς ἐστι τελειότης, τῆς ψυχῆς δὲ τὸ μέν ἐστι λογικόν, τὸ δὲ ὀρεκτικόν, διττὴν ἀνάγκη καὶ τὴν ἀρετὴν εἶναι· καὶ τὴν μὲν τοῦ διανοητικοῦ, ἥτις ἐστὶν ἡ σοφία καὶ ἡ φρόνησις· τὴν δὲ τοῦ ὀρεκτικοῦ, ἥτις ἠθικὴ καλεῖται. Καὶ ἡ μὲν διανοητικὴ ἔχει μὲν καὶ ἀπὸ τῆς φύσεως τὴν ἀρχὴν (δεκτικὸν γὰρ ὁ ἄνθρωπος ἐπιστήμης) καὶ ἀπὸ ἤθους αὔξησιν λαμβάνει τινά· τὸ δὲ πλέον ἀπὸ τῆς διδασκαλίας καὶ τὴν γένεσιν καὶ τὴν αὔξησιν ἔχει· διόπερ ἐμπειρίας δεῖται καὶ χρόνου· ἡ δὲ ἠθικὴ ἐξ ἔθους περιγίνεται. Ἡ μὲν γὰρ φύσις ἐκεῖνο δίδωσι μόνον, τὸ δύνασθαι σπουδαίους γενέσθαι· ἡ δὲ διδασκαλία, γινώσκειν ὅτι δέον γενέσθαι. Τὸ δὲ καὶ ἐνεργείᾳ ἤδη γενέσθαι σπουδαίους, μόνον τὸ ἔθος παρέχεται. Ἀπὸ τούτου δὲ καὶ τὸ ὄνομα ἔλαβεν· ἠθικὴ γὰρ καλεῖται, μικρὸν παρεγκλῖνον ἀπὸ τοῦ ἔθους.

** Ὥστε δῆλον, ὅτι οὐδεμία τῶν ἠθικῶν ἀρετῶν φύσει ἡμῖν περιγίνεται. Εἰ γὰρ φύσει σπουδαῖοι ὑπήρχομεν, οὐκ ἂν ἐκινούμεθα πρὸς τοὐναντίον ἀπὸ τοῦ ἔθους, νυνὶ δὲ κινούμεθα. Οὐδεμία ἄρα τῶν ἠθικῶν ἀρετῶν φύσει ἡμῖν περιγίνεται· οὐδὲν γὰρ τῶν φύσει κινουμένων ὑπὸ τοῦ ἔθους ἐπὶ τὴν ἐναντίαν μεταβάλλει ῥοπήν. Οὔτε γὰρ τὸν λίθον ἐθίσει τις ἄνω φέρεσθαι, κἂν μυριάκις ἄνω ῥίπτῃ, οὔτε τὸ πῦρ κάτω, οὐδὲ ἄλλο τῶν ἄλλως πεφυκότων ἄλλως ἂν ἐθισθείη. Οὔτ' ἄρα φύσει, οὔτε παρὰ φύσιν ἡμῖν ἐγγίνονται αἱ ἀρεταί· ἀλλὰ τὸ δύνασθαι μὲν ἀπὸ φύσεως ἔχομεν, καὶ πεφύκαμεν δέχεσθαι τὰς ἀρετάς· δεχόμεθα δὲ καὶ τελειούμεθα διὰ τοῦ ἔθους. Ἔτι τῶν φυσικῶν τὰς δυνάμεις πρῶτον τελείας ἔχοντες, εἶτα χρώμεθα· τὴν γὰρ ὀπτικὴν ἢ ἀκουστικὴν δύναμιν τελείαν ἔχοντες ἐχρησάμεθα· οὐ γὰρ ἀπὸ τοῦ πολλάκις ἰδεῖν, ἢ πολλάκις ἀκοῦσαι τὰς αἰσθήσεις ἐλάβομεν, ἀλλὰ τὸ ἀνάπαλιν, ἔχοντες ἐχρησάμεθα· τὰς δὲ ἀρετὰς λαμβάνομεν ἐνεργήσαντες πρότερον, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἔχει τεχνῶν· ἃ γὰρ δεῖ μαθόντες ποιεῖν, ταῦτα ἀπὸ τοῦ ποιεῖν μανθάνομεν. Οἷον, οἰκοδομοῦντες μὲν οἰκοδόμοι γινόμεθα, κιθαρίζοντες δὲ κιθαρισταί. Οὕτω δὴ καὶ

ANDRONICI RHODII

ETHICORUM NICOMACHEORUM

PARAPHRASIS

LIBER SECUNDUS.

Cap I.

Neque a natura, neque præter naturam, sed consuetudine virtutes nobis insitas esse.

Quoniam ergo animi perfectio virtus est, animi vero pars alia rationi, alia appetitui destinata est, duplicem quoque necesse est esse virtutem: alteram quidem partis in cogitatione positæ, quæ est sapientia et prudentia; alteram appetentis, quam moralem vocant. Et illa quidem cogitationis sedes partim a natura initium habet (capax enim disciplinæ est homo) partim more etiam promovetur: potissimum tamen a doctrina et ortum et incrementum habet: quare cum usum et experientiam, tum spatium tempusque desiderat: moralis vero consuetudine comparatur. Etenim natura sic tantum homines fingit, ut possint boni esse: doctrina vero, ut intelligant, se tales esse debere. Cæterum sola consuetudo efficit, ut jam actu viri boni sint. Hinc etiam nomen accepit; siquidem virtus moralis appellatur, quod vocabulum a more sive consuetudine paululum deflectit.

Ex quo etiam hoc manifestum est, nullam ex moralibus virtutibus nobis ingenerari. Si enim natura boni essemus homines, nunquam consuetudine in contrarium moveremur; nunc vero hoc fit. Unde sequitur, nullam nobis moralem virtutem natura contingere: quia nihil quod natura movetur, consuetudine in contrarium inclinari potest. Neque enim quisquam lapidem assuefaciat sursum ferri, licet sexcenties sursum mittat, neque ignis unquam deorsum feratur: nec quidquam aliud eorum, quæ aliter a natura comparata sunt, aliter assuefieri queat. Ergo neque natura, neque præter naturam nobis ingenerantur virtutes: sed facultatem natura nobis tribuit sic affectis, ut ad virtutes suscipiendas apti simus: quas postquam suscepimus, more et consuetudine perficimur. Præterea quæcunque nobis a natura obveniunt, eorum facultates primum perfectas habemus, deinde iis utimur: nam videndi vim et audiendi perfectam habemus iisque utimur: neque enim ex eo quod sæpe aut vidimus aut audivimus, sensus adepti sumus, sed contra quum sensus haberemus, eis usi sumus: at virtutes consequimur, prius virtutis muneribus functi, quomodo et in cæteris artibus fit: nam postquam didicerimus quæ nos oporteat efficere, ea efficiendo discimus. Verbi causa, ut ædificando ædificatores et architecti et fidibus canendo fidicines evadimus: ita juste agendo,

* Lib. II. Cap. 1. διττῆς δὲ τῆς ἀρετῆς κτλ. — ** Ἐξ οὗ καὶ δῆλον κτλ.

δίκαια πράττοντες, δίκαιοι γινόμεθα, καὶ τὰ σώφρονα, σώφρονες, καὶ τὰ ἀνδρεῖα ἀνδρεῖοι.

* Μαρτυρεῖ δὲ καὶ τὸ γινόμενον ἐν ταῖς πόλεσιν· οἱ γὰρ νομοθέται τῷ ἔθει ἀγαθοὺς τοὺς πολίτας ποιοῦσι. Συνελαύνουσι γὰρ ἀμοιβαῖς ἀγαθαῖς καὶ τιμωρίαις ἐπὶ τὰς ἀγαθὰς πράξεις, καὶ οὕτω σπουδαίους ἀποτελοῦσιν. Εἰ δὲ καὶ μὴ πάντες τοῦτο ποιοῦσιν, ἁμαρτάνουσιν· ἡ γὰρ ἐπαγγελία καὶ τὸ βούλημα παντὸς νομοθέτου τοῦτό ἐστι, τὸ τοὺς πολίτας ἐπὶ τὰς ἀγαθὰς πράξεις ἐθίζειν. Οὐκ ἄρα ἀπὸ φύσεως, ἀλλὰ ἀπὸ τοῦ ἔθους αἱ ἀρεταί.

** Ἔτι ἐκ τῶν αὐτῶν καὶ διὰ τῶν αὐτῶν ἐθῶν καὶ ἔργων καὶ γίνεται πᾶσα ἀρετὴ καὶ φθείρεται· γίνεται μὲν ἀγαθῶν ὄντων τῶν ἐθῶν, φθείρεται δὲ ἀπὸ τῶν ἐναντίων· ὁμοίως δὲ καὶ τέχνη. Ἐκ γὰρ τοῦ κιθαρίζειν καὶ οἱ ἀγαθοὶ καὶ οἱ κακοὶ ἀποτελοῦνται κιθαρισταί· ἐκ μὲν τοῦ καλῶς, οἱ ἀγαθοί, ἐκ δὲ τοῦ κακῶς κιθαρίζειν, κακοί· ὁμοίως δὲ καὶ οἱ οἰκοδόμοι καὶ πάντες ἄλλοι τεχνῖται ἀπὸ τῆς κατὰ τέχνην ἐνεργείας ἢ ἀγαθοὶ ἢ κακοὶ γίνονται· ἐκ μὲν γὰρ τοῦ εὖ οἰκοδομεῖν ἀγαθοὶ γίνονται οἰκοδόμοι, ἐκ δὲ τοῦ κακῶς, κακοί. Εἰ γὰρ μὴ ἀπὸ τῶν τοιῶνδε ἦν ἐνεργειῶν ἡ τοιάδε τέχνη, ἀλλὰ φύσις ἦν ἡ τὸν τεχνίτην ποιοῦσα, οὐκ ἂν ἐδέησεν οὐδενὶ διδασκάλου πρὸς τὴν τέχνην, ἀλλὰ πάντες ἂν εὐθὺς ἐγίνοντο ἢ ἀγαθοί, ἢ τοὐναντίον. Τοῦτον δὴ τὸν τρόπον καὶ ἐπὶ τῶν ἀρετῶν ἔχει. Πράττοντες γὰρ τὰ συναλλάγματα τὰ πρὸς τοὺς ἀνθρώπους, γινόμεθα οἱ μὲν δίκαιοι, οἱ δὲ ἄδικοι· τὸ μὲν ἀπὸ τοῦ πάντα δικαίως πράττειν καὶ κατὰ νόμον, τὸ δὲ ἀπὸ τῆς ἐναντίας πολιτείας. Πάλιν δὲ ἐπειδὰν δεινοῖς τισι περιπέσωμεν, ἐθιζόμεθα φοβεῖσθαι ἢ θαρῥεῖν· καὶ οἱ μὲν ἀνδρεῖοι, οἱ δὲ δειλοὶ γινόμεθα. Ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τὰς ἐπιθυμίας ἔχει καὶ τὰς ὀργάς· ἀπὸ γὰρ τῶν ἐθῶν, καὶ τῆς ἐν αὐτοῖς ἀναστροφῆς οἱ μὲν σώφρονες καὶ πρᾶοι γίνονται, οἱ δὲ ἀκόλαστοι καὶ ὀργίλοι· καὶ ἑνὶ λόγῳ τὸ πᾶν συνελόντα εἰπεῖν, πᾶσα ἕξις ἀπὸ τῆς ὁμοίας ἐνεργείας τίκτεται· ἀγαθὴ μὲν ἀγαθῆς, φαύλη δὲ φαύλης. Διὰ τοῦτο οὐ δεῖ τῆς ἀγαθῆς ἕξεως ἐνέργειαν ἁπλῶς αἰτίαν λέγειν, ἀλλ' ἀγαθήν, οὐδὲ τῆς κακῆς, ἁπλῶς ἐνέργειαν, ἀλλὰ κακήν· Ὥσπερ ἐπὶ τῆς οἰκοδομικῆς· οὐ γὰρ τῆς ἀγαθῆς οἰκοδομικῆς ἕξεως τὴν οἰκοδομικὴν ἁπλῶς ἐνέργειαν αἰτίαν ἐροῦμεν· ἀλλὰ τὴν ἀγαθὴν οἰκοδομικὴν ἐνέργειαν τῆς ἀγαθῆς, καὶ τὴν φαύλην τῆς φαύλης αἰτίαν· καὶ ὅλως τοιάσδε τινὰς ἀποδοτέον ἑκάστῃ τῶν ἕξεων τὰς ἐνεργείας. Κατὰ γὰρ τὰς τούτων διαφορὰς ἀκολουθοῦσιν ἕξεις. Διὰ ταῦτα πολλὴ διαφορὰ πρὸς τὴν ἕξιν, ἀπὸ τοῦ καλῶς ἢ κακῶς ἐκ νέων ἐθίζεσθαι· μᾶλλον δὲ πᾶσα ἡ τῶν ἕξεων διαφορὰ ἐκεῖθέν ἐστιν.

justi, temperanter, temperantes, fortiter, fortes quoque evadimus.

Et hoc quidem confirmat quod in civitatibus fieri videmus, ubi legum latores virtutis assuetudine bonos efficiunt cives. Quippe tam præmiis virtutum quam pœnis ad honestas eos actiones compellunt, atque ita etiam honestos reddunt. Quodsi non omnes hoc faciunt, falluntur : nam hæc est omnium qui leges ferunt, mens et voluntas, ut cives ad bonas actiones assuefaciant. Quare non a natura, sed a consuetudine proficiscuntur virtutes.

Præterea ex iisdem rebus et per eosdem mores easdemque actiones omnis virtus et nascitur et interit : nascitur enim a bonis moribus, interit a contrariis : eodemque modo ars. Etenim fidibus canendo et boni fidicines fiunt et mali : bene quidem canendo boni, male autem, mali : similiter et architecti et reliqui omnes artifices in artibus suis versando aut boni fiunt aut mali : nam ex eo quod bene ædificant boni sunt architecti, ex eo quod male, mali futuri. Nisi enim a tali muneris functione talis ars proficisceretur, sed natura fingeret crearetque artificem, nemini ad percipiendam artem magistro opus esset : sed omnes statim aut boni forent, aut contra. Eodem igitur modo et in virtutibus se habet res. Nam dum agimus ea quæ ad contractus hominum spectant, alii justi, alii injusti evadimus : partim juste agendo omnia et ex lege, partim ex contrario vitæ instituto. Rursus quoties in pericula incidimus, aut timere assuescimus aut confidere : unde alii fortes, alii timidi evadimus. Similis et cupiditatum irarumque ratio est. Namque moribus earumque assuetudine alii temperantes et lenes, alii intemperantes et iracundi efficiuntur : atque ut uno verbo et summatim dicam, omnis habitus ex simili muneris functione atque actione oritur : e bona bonus, e mala autem malus. Quamobrem neque simplex muneris functio boni habitus causa dicenda est, sed bona : neque mali quævis muneris functio, sed mala. Plane ut in architectura : neque enim boni in ædificando habitus causa simplex ædificandi actus dicetur esse, sed bona boni, sicut mala mali : omninoque similibus habitibus similes quoque munerum functiones tribuendæ sunt. Harum enim differentiam habitus etiam differentes ac dispares sequuntur. Quocirca multum interest ad singulorum habitum, utrum bene an male agere a pueris assuescamus : immo vero tota habituum differentia inde pendet.

* Μαρτυρεῖ δὲ καὶ τὸ κτλ. — ** Ἔτι ἐκ τῶν αὐτῶν κτλ.

Κεφ. β'.

Ὅτι αἱ κατ' ἀρετὴν πράξεις μεσότητές εἰσι, καὶ ὑπὸ ὑπερβολῆς καὶ ἐλλείψεως φθείρονται.

Ἐπεὶ οὖν ἡ παροῦσα πραγματεία οὐκ ἔστι τοῦ θεωρητικοῦ φιλοσοφίας μέρους, ὃ τὴν θεωρίαν τῆς ἀληθείας μόνον ἔχει τέλος, (καταγίνεται γὰρ περὶ τὰ ὄντα, ἃ μόνον γνωστά εἰσιν, οὐ μέντοι καὶ πρακτά,) ἀλλὰ τοῦ πρακτικοῦ μέρους ἐστίν, ὃ τέλος ἔχει τὸ ποιῆσαι τὸ ἀγαθόν· (οὐ γὰρ ἵνα εἰδῶμεν τί ἐστιν [a] ἀρετὴ σκεπτόμεθα, ἀλλ' ἵν' ἀγαθοὶ γενώμεθα· ἐπεὶ εἰ οὕτως εἶχεν, οὐδὲν ἂν ἦν ὄφελος ἡμῖν τῆς σπουδῆς, μὴ πρὸς τὸ τέλος ἀφικνουμένοις·) ἐπεὶ οὖν αἱ πράξεις τὸ τέλος, σκεψώμεθα τὰ περὶ τὰς πράξεις, αἵ κύριαί εἰσι, καθάπερ εἴρηται, τοῦ ἀγαθὰς ἢ πονηρὰς τὰς ἕξεις γενέσθαι, ὑπὲρ ὧν ὁ λόγος ἡμῖν. Τὸ μὲν οὖν οὕτω διορίσασθαι τὰς ἀγαθὰς πράξεις, τὰς κατὰ τὸν ὀρθὸν γινομένας λόγον, καὶ τὰς πονηρὰς τοὐναντίον, ἀληθὲς μέν, οὐκ ἔστι δὲ ἱκανὸν τὰς πράξεις σημᾶναι [b]. Τὸ γὰρ κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον γίνεσθαι, καθόλου τί ἐστι· τὸ δὲ τοιοῦτον ἀποδιδόμενον οὐχ ἱκανὸν πρᾶγμα ἀγνοούμενον ὑποδεῖξαι. Τὸν γὰρ ἐρωτῶντα περὶ τοῦ ἀνθρώπου τί ἐστι, τὸ ζῷον [c] ἀποδιδόμενον οὐκ ἀρκεῖ διδάξαι τὸν περὶ αὐτοῦ λόγον. Διὰ τοῦτο, τοῦτο μὲν ὑπερκείσθω· ῥηθήσεται δὲ ὕστερον περὶ αὐτοῦ, καὶ τί ἐστιν ὀρθὸς λόγος, καὶ πῶς ἔχει [d] πρὸς τὰς ἄλλας ἀρετάς. Ἐκεῖνο δὲ προδιομολογείσθω, ὅτι πάντα τὸν περὶ τῶν πρακτῶν λόγον, δηλονότι, τὸν περὶ τῶν πράξεων, τίνες αὐτῶν ἀγαθαί, καὶ τίνες αἱ φαῦλαι, οὐκ ἀκριβῶς, ἀλλ' ὡς ἐν τύπῳ, γίνεσθαι δεῖ· ὥσπερ καὶ κατ' ἀρχὰς εἴπομεν, ὅτι ταῖς ὕλαις ἀκολούθως τοὺς λόγους τοὺς περὶ αὐτῶν ἀπαιτεῖν προσήκει. Ἐπεὶ καὶ αἱ πράξεις καὶ τὰ ἐν αὐταῖς συμφέροντα οὐ τὰ αὐτά εἰσιν ἀεί, ὥσπερ οὐδὲ τὰ νῦν ὑγιεινά· (ἀλλὰ νῦν μὲν τοῦτο, νῦν δὲ τοὐναντίον ἅπαν· ταῖς γὰρ διαθέσεσι τῶν σωμάτων καὶ ταῖς τοῦ καιροῦ μεταβολαῖς συμμεταβάλλουσιν) οὕτω δὴ καὶ ἐπὶ τῶν πράξεων ἔχει· αἱ αὐταὶ γὰρ νῦν μὲν βλαβεραί, νῦν δὲ ὠφέλειαν ἤνεγκαν, καὶ τοῖς αὐτοῖς ἀνθρώποις πολλάκις. Οὕτω δὲ ἀκριβῶς διωρίσθαι μὴ δυναμένου τοῦ περὶ τῶν καθόλου λόγου, ἔτι μᾶλλον σφαλερώτερος ὁ περὶ τῶν καθ' ἕκαστα· [e] τὰ γὰρ καθ' ἕκαστα τῶν καθόλου ἧττον δυνάμεθα γινώσκειν· ἡ γὰρ περὶ ταῦτα σκέψις οὔτε ὑπὸ τέχνην ἐστί τινα, οὔτε μέθοδον καὶ παραγγελίαν ὡρισμένην. Καὶ διὰ τοῦτο δέον ἐστὶ τοὺς πράττοντας πρὸς τὸν καιρὸν βλέπειν, καὶ ἀπὸ τούτου ζητεῖν τὸν περὶ τῶν πράξεων λόγον· γνώσονται γὰρ εἰ ἀγαθαί εἰσιν αἱ πράξεις, ἢ φαῦλαι, τοῦτον τὸν τρόπον σκοποῦντες, ὥσπερ καὶ ἰατροὶ καὶ κυβερνῆται ποιοῦσι· τὰς γὰρ κατὰ τὴν τέχνην πράξεις ἑκάτερος ἀπὸ τοῦ καιροῦ κρίνουσιν. Ἀλλὰ καίπερ ὄντος τοιούτου τοῦ παρόντος λόγου, πειρατέον βοηθεῖν τῇ κατ' αὐτὸν ἀληθείᾳ.

* Καὶ πρῶτον τοῦτο θεωρητέον, ὅτι αἱ κατ' ἀρετὴν

Cap. II.

Actiones virtuti consentaneas esse res medias, easque abundantia et defectu corrumpi.

Quum ergo hoc in quo nunc versamur argumentum non referatur ad contemplativam philosophiam, quæ solam veritatis contemplationem habet finem, (quia circa eas versatur res, quæ animo tantum comprehenduntur, ad usum autem actionemque non convertuntur) sed contra activæ pars sit, cui propositum est recte facere: (non enim quid sit virtus ut sciamus, hic disserimus, sed ut boni evadamus: quia si illud spectaremus, periret nobis opera, siquidem ad finem nostrum pervenire non possemus:) quum ergo finis sint actiones, de illis jam videamus, quæ ut supra diximus, efficiunt, ut vel boni sint habitus vel mali, de quibus hic sermo est. Cæterum bonas actiones ita definire, ut eas rectæ rationi congruere dicamus, atque e contrario malas, verum quidem est, sed ad eas ab aliis distinguendas non valet. Nam actionum rectæ rationi convenientium notio universalis est: at talis explicatio ad denotandas res prius ignotas nihil adjuvat. Nam si quis quærat, quid sit homo, alius vero respondeat, esse animal, nequaquam totum quod de homine dicitur, expresserit. Quare in præsentia hoc differatur: postea vero et quid recta sit ratio et quo pacto ad reliquas virtutes se habeat, exponemus. Illud vero prius concedatur, totam hanc quæ de rebus in agendo positis habetur orationem, hoc est, eam qua quæ bonæ sint actiones quæque malæ ostenditur, rudiore quadam forma et adumbrata, non exquisita neque accuratius expressa constare oportere, ut etiam initio diximus, quod sermones materiæ subjectæ convenientes sint postulandi. Quoniam et actiones ipsæ et quæ in iis sunt utilia non semper eadem sunt, sicut neque quæ nunc sunt salubria: (sed nunc hoc, nunc omnino contrarium salubre est: cum corporum enim affectionibus et temporum vicibus hæc quoque mutantur); eodem modo et in actionibus res se habet: eædem enim modo nocent, modo prosunt, et iisdem sæpe hominibus. Quum igitur ea quæ ad genus universum pertinet oratio, diligenter elaborata esse non possit, tum multo minus subtilis multoque fallacior est is qui de singulis rebus habetur sermo, quia singulas res minus quam universa rerum genera cognoscere possumus: siquidem harum consideratio neque sub artem aliquam rationemque neque sub definita præcepta cadit. Quocirca eos qui in rebus agendis versantur semper oportet occasionem intueri atque hinc sumere sermonem de actionibus habendum: hoc enim modo actionum aut bonitatem aut pravitatem cognoscent, quemadmodum et medici faciunt et gubernatores: utrique enim actiones artibus suis congruentes occasione dijudicant. Veruntamen etiamsi talis sit hæc quam instituimus oratio, danda tamen opera est, ut ejus veritati succurramus.

Jam primum illud animadvertendum ac sciendum est,

* Πρῶτον οὖν τοῦτο θεωρητέον κτλ.

πράξεις ὑπὸ ἐνδείας ἢ ὑπερβολῆς πεφύκασι φθείρεσθαι· ὥσπερ ἐπὶ τῆς ἰσχύος καὶ τῆς ὑγιείας ὁρῶμεν· δεῖ γὰρ ὑπὲρ τῶν ἀφανῶν τοῖς φανεροῖς μαρτυρίοις χρῆσθαι [f]. Τά τε γὰρ ὑπερβάλλοντα γυμνάσια τὴν ἰσχὺν τοῦ σώματος διαφθείρει, καὶ τὰ ἐλλείποντα τοῦ μετρίου· τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ τὰ σιτία καὶ τὰ ποτά· τὰ μὲν πλείω ἢ ἐλάττω τῶν δεόντων τὴν ὑγίειαν ἀπελαύνει, τὰ μέσα δὲ καὶ ποιεῖ καὶ αὔξει καὶ σώζει· οὕτως οὖν καὶ ἐπὶ τῆς σωφροσύνης καὶ τῆς ἀνδρείας [g] ἔχει, καὶ τῶν ἄλλων ἀρετῶν. Ὅ τε γὰρ [h] πάντα φεύγων καὶ φοβούμενος καὶ μηδὲν ὑπομένων δειλὸς γίνεται· ὅ τε μηδὲν ὅλως φοβούμενος, ἀλλὰ πρὸς πάντα βαδίζων, θρασύς· ἀνδρεῖος δέ, ὁ μέσος. Ὁμοίως δὲ καὶ ἡ σωφροσύνη ὑπὸ τῆς ὑπερβολῆς καὶ ἐλλείψεως φθείρεται· καὶ γὰρ ὁ μὲν πάσης ἡδονῆς ἀπολαύων καὶ μηδεμιᾶς ἀπεχόμενος ἀκόλαστός ἐστιν· ὁ δὲ πάσας φεύγων, ὥσπερ οἱ ἄγροικοι, ἀναίσθητος· ὁ δὲ μέσος ὁ σώφρων ἐστίν· ὑπὸ τῆς μεσότητος γὰρ καὶ ἡ σωφροσύνη καὶ ἡ ἀνδρεία [i] σώζεται.

* Οὐ μόνον δὲ αἱ ἐνέργειαι, δι' ὧν αἱ γενέσεις καὶ αἱ αὐξήσεις τῶν ἀρετῶν, καὶ αἱ φθοραί, καταλλήλως ἔχουσι τοῖς ἀποτελουμένοις, ἀγαθαὶ μέν, εἰ γεννῶσι καὶ αὔξουσι, φαῦλαι δέ, εἰ φθείρουσιν· ἀλλὰ καὶ αἱ μετὰ τὰς ἕξεις τῶν ἀρετῶν ἐνέργειαι, ὧν αἴτιαί εἰσιν [k] αἱ ἕξεις ὡσαύτως ἔχουσι· καὶ δῆλον ἀπὸ τῶν ὁμοίων τῶν φανερωτέρων. Ἡ γὰρ ἰσχὺς γίνεται ἐκ τοῦ πολλὴν τροφὴν λαμβάνειν καὶ πολλοὺς πόνους ὑπομένειν· καὶ πάλιν ἡ ἰσχὺς αἰτία γίνεται ταύτης τῆς ἐνεργείας· ὁ γὰρ ἰσχυρὸς δύναται μάλιστα πολλὴν τροφὴν λαμβάνειν, καὶ πολλοὺς πόνους ὑπομένειν. Ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἀρετῶν ἔχει· καὶ γὰρ ἐκ τοῦ ἀπέχεσθαι τῶν ἡδονῶν σώφρονες γινόμεθα, καὶ σώφρονες γενόμενοι δυνάμεθα τῶν ἡδονῶν ἀπέχεσθαι μᾶλλον· ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῆς ἀνδρείας· [l] ἐθιζόμενοι γὰρ καταφρονεῖν τῶν φοβερῶν [m] καὶ ὑπομένειν αὐτά, γινόμεθα ἀνδρεῖοι· γενόμενοι δὲ αὐτὸ τοῦτο πάλιν πλέον δυνάμεθα καὶ ὑπομένειν τὰ φοβερά.

(Scripsi : [a] εἰδῶμεν τί ἐστιν] vulgo εἰδῶμέν τί ἐστιν. — [b] σημᾶναι] vulgo σημάναι. — [c] τί ἐστι, τὸ ζῷον] vulgo τί ἐστιν, τὸ ζῷον. — [d] καὶ πῶς ἔχει] cod. καί πως ἔχει. — [e] καθ' ἕκαστα] bis; vulgo καθέκαστα. — [f] χρῆσθαι] cod. κεχρῆσθαι. — [g] ἀνδρείας] cod. ἀνδρίας. — [h] ὅ τε γὰρ] vulgo ὅ, τε γάρ. — [i] ἀνδρεία] cod. ἀνδρία. — [k] αἴτιαί εἰσιν] vulgo αἴτιαι εἰσίν. — [l] ἀνδρείας] cod. ἀνδρίας. — [m] τῶν φοβερῶν] ex Aristotele; cod. τῶν ἡδονῶν.)

actiones virtuti consentaneas ab eo quod parum et ab eo quod nimium est, corrumpi ac perimi solere natura, quemadmodum in viribus corporis et valetudine fieri videmus : perspicuis enim exemplis ad ea quæ obscura sunt declaranda, testimonii loco utendum est. Nam et immoderatæ et pauciores aut remissiores quam par sit exercitationes corporis vires minuunt et corrumpunt, itemque esculenta et potulenta æque copiosiora ac parciora valetudinem lædunt ac perdunt : at vero moderata efficiunt eam, augent ac tuentur. Eodem igitur modo se res habet in temperantia quoque et fortitudine cæterisque virtutibus. Nam ut qui fugit et extimescit omnia, neque quidquam sustinet, is timidus efficitur : sic qui omnino nihil metuit, sed omnibus periculis se offert, fit audax : medium autem quiddam tenet fortis. Similiter et temperantia ab eo quod nimium est et parum corrumpitur : etenim tum qui omni genere voluptatis perfruitur nullaque sese abstinet, intemperans, tum qui ab omnibus refugit, quemadmodum solent homines agrestes, stupidus evadit : sed medium quiddam tenet temperans, siquidem mediocritas et temperantiam et fortitudinem servat.

Non solum autem actus, quibus generantur, augentur et corrumpuntur virtutes, respondent iis quæ inde oriuntur, ut boni sint, si generent et augeant illas, mali, si corrumpant : sed etiam istæ quæ habitum sequuntur, et quarum causa est habitus, eodem modo se habent actiones honestæ; quod ex aliis tum similibus tum manifestioribus apparet. Nimirum corporis robur maxime ex eo nascitur quod quis copiosum cibum capiat, multosque labores perferat, quod robur rursus hujus industriæ causa est. Qui enim corporis viribus valet, maxime rursus tum cibum copiosum sumere, tum multos labores ferre potest. Similiter et in virtutibus se res habet. Nam quemadmodum fugiendis voluptatibus temperantes evadimus, et temperantes facti magis etiam abstinere voluptatibus possumus : sic similis et fortitudinis ratio est. Quippe et assuescendo ea quæ terribilia sunt contemnere eaque sustinere fortes efficimur; et fortitudinem consecuti rursus magis ea quæ terrorem afferunt subire ac perferre possumus.

Κεφ. γ'.

Ὅτι περὶ ἡδονὰς καὶ λύπας ἐστὶν ἡ ἠθικὴ ἀρετή.

** Ἐπεὶ δὲ καὶ πρὶν εἰς ἕξιν ἐλθεῖν ἀρετῆς καὶ μετὰ τὴν ἕξιν τὰς αὐτὰς ἐπιδεικνύμεθα ἐνεργείας, τί σῃ

Cap. III.

In voluptatibus et doloribus moralem virtutem versari.

Quoniam ergo priusquam virtutis habitum consequamur, et postquam eum consecuti sumus, iisdem muneri-

* Ἀλλ' οὐ μόνον αἱ γενέσεις κτλ. — ** Cap. 3. σημεῖον δὲ δεῖ ποιεῖσθαι.

μεῖον γένοιτ' ἂν τῶν ἐχόντων τὰς ἕξεις, ἢ τῶν μήπω κτησαμένων; οὐδὲν ἄλλο, ἢ ἡ ἐπὶ τοῖς κατ' ἀρετὴν ἔργοις ἡδονή τε καὶ λύπη. Ὁ μὲν γὰρ ἀπεχόμενος τῶν σωματικῶν ἡδονῶν, καὶ τῷ ἀπέχεσθαι χαίρων, οὗτος σώφρων ἐστίν· ὁ δὲ ἀχθόμενος, ἀκόλαστος ἔτι. Καὶ ὁ μὲν ὑπομένων τὰ δεινά, καὶ χαίρων, ἢ μὴ λυπούμενός γε, ἀνδρεῖος· ὁ δὲ λυπούμενος, δειλὸς ἔτι.

* Περὶ ἡδονὰς γὰρ καὶ λύπας ἐστὶν ἡ ἠθικὴ ἀρετή. Διὰ μὲν γὰρ τὴν ἡδονὴν τὰ φαῦλα πράττομεν· διὰ δὲ τὴν λύπην τῶν καλῶν ἀπεχόμεθα. Διὰ τοῦτο δεῖ τῶν ἀγαθῶν ἐθῶν καὶ πράξεων εὐθὺς ἐκ παίδων πολὺν ποιήσασθαι λόγον, ὡς ὁ Πλάτων φησί, καὶ ἀνάγεσθαι παῖδας ὄντας τοῖς τοιούτοις ἔθεσιν, ὥστε δυνηθῆναι χαίρειν μὲν οἷς δεῖ, λυπεῖσθαι δὲ οἷς προσήκει ª λυπεῖσθαι· ἡ γὰρ ὀρθὴ καὶ κατὰ λόγον παιδεία αὕτη ἐστίν. Ἔτι, ἐπεὶ αἱ ἀρεταὶ πράξεις εἰσὶν ἢ πάθη, οἷς δέ τις πράττει ἢ πάσχει, ἢ χαίρει ἐὰν βουλόμενος πράττῃ ἢ πάσχῃ, ἢ λυπεῖται ἐὰν ἄλλου βιαζομένου, φανερὸν ὅτι πᾶσα ἀρετὴ περὶ ἡδονὰς καὶ λύπας ἐστίν. Ἔτι δὲ καὶ ἀπὸ τῶν ἐν ταῖς πολιτείαις κολάσεων φανερόν· τοὺς γὰρ τοῖς πονηροῖς ἡδομένους λυποῦντες οἱ νομοθέται πείθουσι τὰ μὲν φαῦλα μισεῖν, ἥδεσθαι δὲ τοῖς ἀγαθοῖς ἔργοις· καὶ οὕτως ἐντιθέασιν αὐτοῖς ἐθίζοντες τὴν ἐπ' ἀρετῇ ἡδονήν. Αἱ γὰρ τοιαῦται κολάσεις πρὸς τοὺς νοσοῦντας τὰ πολιτικὰ ἰατρειῶν ἔχουσι λόγον. Καὶ καθάπερ ἐκείναις ἐναντίαι αἱ νόσοι ἃς θεραπεύουσι, καὶ ἐὰν ἴδωμεν ἰατρὸν ψυχρὰν προσάγοντα θεραπείαν, γινώσκομεν εὐθὺς τὴν νόσον ἀπὸ θέρμης συστῆναι, οὕτω καὶ ἀπὸ τῶν κολάσεων ὀδυνηρῶν οὐσῶν γινώσκομεν, ὅτι θεραπευόμεναι κακίαι ἀπὸ ἡδονῆς γίνονται. Ἔτι, καθὼς εἴρηται, πᾶσα ψυχῆς ἕξις, ὑφ' ὧν τίκτεται, καὶ βελτίων ἢ χείρων γίνεται, πρὸς ταῦτα τὴν φύσιν ἔχει, καὶ ἐν αὐτοῖς συνίσταται· ἀλλὰ ἀπὸ τῆς ἡδονῆς καὶ τῆς λύπης αἱ φαῦλαι γίνονται ἕξεις, δηλαδὴ τοῦ διώκειν τὴν ἡδονήν, ὥσπερ οὐ δεῖ, καὶ ὅτε οὐ δεῖ, καὶ πάλιν φεύγειν τὴν λύπην ὅτε οὐ δεῖ, καὶ ὡς οὐ δεῖ, καὶ ὅπου οὐ δεῖ· καὶ ὅσαι ἄλλαι περιστάσεις πονηρὰν ποιοῦσι τὴν ζήτησιν τῆς ἡδονῆς, ἢ τὴν φυγὴν τῆς λύπης· ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῆς ἀρετῆς ἔχει· συνίσταται γὰρ ἀπὸ τοῦ διώκειν καὶ φεύγειν τὴν ἡδονὴν καὶ τὴν λύπην ὡς δεῖ, καὶ ὅτε δεῖ. Ὥστε φανερόν, ὅτι περὶ ταύτας αἱ ἕξεις τὴν φύσιν ἔχουσι, καὶ ἐν αὐταῖς συνίστανται. Διὰ τοῦτο καί τινες ὁρίζονται τὰς ἀρετάς, ἀπαθείας καὶ ἠρεμίας εἶναι, ἀπὸ τῆς ἡδονῆς τὸν ὁρισμὸν λαμβάνοντες· καίτοι οὐ καλῶς ὁρίζονται· ὅτι ἁπλῶς ἄνευ προσθήκης ποιοῦνται τὸν ὁρισμόν, μὴ προστιθέντες τῇ ἠρεμίᾳ καὶ ἀπαθείᾳ, τὸ ὡς δεῖ, καὶ ὅτε δεῖ, καὶ τὰς ἄλλας περιστάσεις. Ὑπόκειται ἄρα ἡ ἀρετὴ εἶναι ἡ ἕξις ἡ οὕτως ἔχουσα περὶ ἡδονὰς καὶ λύπας, καθὼς προσδιωρισάμεθα, τῶν βελτίστων πρακτική. Ἡ δὲ κακία τοὐναντίον. Γνοίημεν δ' ἂν ἔτι βέλτιον περὶ τῶν εἰρημένων, καὶ

bus fungimur, quo signo judicabimus aliquem aut consecutum esse hunc habitum, aut nondum eum habere? Nullo certe alio quam voluptate ex honestis actionibus aut molestia capta. Nam qui se a corporis voluptatibus abstinet, hacque ipsa abstinentia delectatur, is temperans est, qui vero molestiam inde trahit, est adhuc intemperans. Jam qui res graves et acerbas perfert iisque lætatur, aut certe non dolet, fortis est : qui vero dolet, adhuc est timidus.

Quippe in voluptatibus et doloribus omnis moralis versatur virtus; siquidem voluptatis causa turpia facinora facimus, doloris causa autem a recte factis abstinemus. Quapropter magna morum recteque factorum statim a pueris, ut ait Plato, habenda est ratio : ac talibus moribus assuetos educari convenit pueros, ut quibus rebus oportet, iis rebus lætari et dolere possint : hæc enim recta rationique congruens educatio est. Præterea, quoniam in actionibus affectibusque consistunt virtutes, iis vero quæ agit aliquis aut quibus afficitur, vel gaudet si volens ea agit, vel dolet, si ab alio cogatur, satis manifestum est, in voluptatibus et doloribus omnem versari virtutem. Sed et idem ex pœnis illis quas in republica proponi videmus, satis apparet : nimirum eos qui malis facinoribus gaudent, ut ab iis abhorreant, contraque honestis actionibus delectentur, dolore legum latores solent adducere : atque ita assuefaciendo voluptatem e virtute capiendam paullatim iis instillant. Nempe ejusmodi pœnæ ægros in republica curant, ac medicinæ loco sunt. Et quemadmodum cum medicina pugnant morbi quos medicina curat, et quum frigidam medicinam a medico adhiberi videmus, statim intelligimus morbum a calore esse natum, ita etiam e pœnis acerbis intelligimus, mala quæ curantur a voluptate orta esse. Præterea, sicut supra diximus, quibus rebus omnis animi habitus et nascitur, et melior vel deterior fit, ad eas res ejus natura pertinet, et in iis consistit : at a voluptate et dolore repetendi sunt vitiosi habitus nobis ingenerati, ut nimirum voluptates consectemur secus quam oportet, et quum non oportet, dolorem contra quum non oportet, secusque quam oportet, et ubi non oportet fugiamus, et si quæ aliæ occasiones malam faciunt vel voluptatis consectationem vel doloris fugam : eodem modo et in virtute se res habet : quæ in voluptatis consectatione et doloris fuga, ut oportet, et quum oportet, consistit. Ex quo apparet, in duabus hisce rebus versari habituum naturam et consistere. Quocirca nonnulli omnem virtutem affectuum vacuitatem et tranquillitatem definiunt, quam definitionem a voluptate mutuantur : nec tamen recte definiunt, quia simpliciter et sine adjectione ulla hoc faciunt, non addentes tranquillitati et affectuum vacuitati, ut oportet et quum oportet et reliquas occasiones. Hoc ergo tanquam concessum ponitur, virtutem esse habitum, quæ quum in voluptatibus et doloribus versetur, quemadmodum diximus, optima quæque agat. Vitium autem contra. Cæterum de his ipsis, de quibus jam locuti sumus, multo incorruptius e sequentibus judicabimus. Quum enim tria

ª Περὶ ἡδονὰς γὰρ καὶ λύπας κτλ.

ἀπὸ τούτων τῶν λόγων. Τριῶν γὰρ ὄντων δι' ἅ τις αἱρεῖταί τι, [b] καὶ τοσούτων δι' ἅ τις φεύγει τι· [c] καλοῦ, συμφέροντος, ἡδέος· αἰσχροῦ, ἀσυμφόρου, λυπηροῦ· ὁ μὲν ἀγαθὸς πᾶσι κατὰ τὸ εἰκὸς ἐπιβάλλει, διώκων μὲν τὰ ἄριστα, φεύγων δὲ ἃ βλάβη διώκειν, ὁ δὲ κακὸς ἁμαρτάνει περὶ κρίσιν αὐτῶν, καὶ μάλιστα τὴν τοῦ ἡδέος· ἡ γὰρ ἡδονὴ οὐ μόνον κοινή ἐστι πᾶσι τοῖς ζῴοις, [d] ἀλλὰ καὶ πᾶσιν ἕπεται τοῖς εἰρημένοις αἱρετοῖς. Ἃ γὰρ αἱρούμεθα, τούτοις πᾶσιν ἡδόμεθα. Καὶ ἔστι τὸ καλὸν καὶ συμφέρον ἡδὺ τῇ ἑαυτῶν φύσει· καὶ διὰ τοῦτο οἱ κακοὶ ἀπατῶνται, τὸ ἡδὺ καλὸν καὶ συμφέρον ἡγούμενοι πᾶν, διότι ἕπεται νομίζοντες καὶ ἀντιστρέφειν· τὸ δὲ οὐχ οὕτως ἔχει· συμβαίνει γὰρ πολλὰ τῶν ἡδέων αἰσχρὰ καὶ ἀσύμφορα εἶναι· ὥστε φανερόν, ὅτι περὶ ἡδονὰς καὶ λύπας αἱ ἀνθρώπιναι καταγίνονται πράξεις. Ἔτι πᾶσιν ἡμῖν ἐκ νηπίου τοῦτο τὸ πάθος σύνεστι καὶ συντρέφεται, καθάπερ ἐγκεχρωσμένον τῷ βίῳ· καὶ τὰς ἀγαθὰς πράξεις καὶ τὰς πονηρὰς τούτῳ κρίνομεν τῷ κανόνι, τῷ τὰς μὲν λύπην φέρειν, τὰς δὲ ἡδονήν, καὶ πάντες οὕτω κανονίζομεν τὰς ἐνεργείας, εἰ καὶ μὴ ὁμοίως, ἀλλὰ μᾶλλον καὶ ἧττον· ὥστε ἀνάγκη περὶ ἡδονὰς καὶ λύπας εἶναι τὴν πᾶσαν ταυτηνὶ πραγματείαν. Οὐ γὰρ μικρὸν βοηθεῖ τῷ ζητοῦντι τὰ πρακτέα, τὸ εἰδέναι, τί ἐστι τὸ καλῶς χαίρειν ἢ λυπεῖσθαι, ἢ τὸ κακῶς· ἐπεὶ μηδὲ μικρὸν μέρος τῶν πράξεων τὸ ἥδεσθαι καλῶς ἢ λυπεῖσθαι, ἢ τοὐναντίον. Ἀπὸ τούτων γὰρ τὰ τῶν ἀνθρώπων ἤθη γινώσκομεν, ἢ φαῦλα ἢ ἀγαθά. Ἔτι ὅσα τῶν πρακτέων οὐκ εἰσὶ ῥᾴδια, [e] περὶ ταῦτα καὶ τέχνη καταγίνεται καὶ ἀρετή· πρὸς γὰρ τὰ ῥᾴδια οὐδεμία χρεία πολυχρονίου ἔθους, ἢ μεθόδου τεχνικῆς· ὥστε ὅσῳ χαλεπώτερα, τοσούτῳ μείζονος δεήσονται καὶ τέχνης καὶ ἀρετῆς· ἐπεὶ καὶ βέλτιον τὸ τὰ χαλεπώτερα διαθέσθαι καλῶς τοῦ τῶν ῥᾳδίων περιγενέσθαι· ἡ ἀρετὴ ἄρα μάλιστα ἐν τοῖς χαλεπωτέροις ἐστί, καὶ περὶ ταῦτα καταγίνεται. Ἔστι δὲ χαλεπώτερον τῷ σπουδαίῳ ἡδονῇ μάχεσθαι, ἢ θυμῷ, καθά φησιν Ἡράκλειτος· καὶ διὰ τοῦτο ἄρα περὶ ἡδονὰς καὶ λύπας εἶναι ἀνάγκη πᾶσαν τὴν πραγματείαν καὶ τῇ ἀρετῇ καὶ τῇ πολιτικῇ· ὁ μὲν γὰρ καλῶς χρώμενος ἡδονῇ καὶ λύπῃ, ἀγαθός, ὁ δὲ κακῶς, κακός.

(Scripsi : [a] προσήκει] cod. προσῆκε. — [b] αἱρεῖταί τι] vulgo αἱρεῖται τὶ. — [c] φεύγει τι] vulgo φεύγει τί. — [d] ζῴοις] vulgo ζώοις] — [e] οὐκ εἰσὶ ῥᾴδια] vulgo οὐκ εἰσι ῥάδια. —

sint, quorum causa aliquid expetitur, totidemque quorum causa aliquid vitatur : honestum dico, utile, jucundum; turpe item, inutile, molestum : vir quidem bonus omnia hæc, ut oportet, sequitur, quæque optima sunt, petit, quæ vero cum damno conjuncta sunt, vitat : improbus vero male de iis judicat, maximeque de jucundo, neque enim communis tantum omnibus animalibus est voluptas, sed omnia etiam ea sequitur, quæ expetenda esse diximus. Quæ enim expetimus, iis omnibus delectamur. Sic et honestum et utile natura sua est jucundum : ac propterea falluntur improbi, qui omne quod jucundum est honestum quoque et utile esse arbitrantur : ita sentientes, quia jucunditas hæc ipsa sequatur, ratique converti hæc duo posse : at hoc falsum est : accidit enim, ut multa eorum quæ jucunda sunt, turpia simul et inutilia sint : unde rursus apparet, in voluptatibus et doloribus actiones humanas versari. Præterea a teneris unguiculis hic animi affectus omnibus nobis inest unaque adolescit, totaque vita nostra quasi tincta eo est et imbuta : sed et facinora omnia tam præclara quam mala hac quasi regula judicamus, quod alia voluptatem, alia molestiam afferant, omnesque ad hanc normam industrias nostras si non æqualiter, at magis aut minus dirigimus. Quamobrem necesse est in voluptatibus et doloribus totum hunc tractatum versari. Neque enim parum prodest homini, quid agendum sit quærenti, nosse quid sit recte lætari vel dolere, aut perperam : quoniam honesta voluptas vel dolor honestus, aut contra, ipsarum actionum haud exigua pars est. Hinc enim hominum mores aut malos aut bonos esse intelligimus. Insuper si quæ actiones non sunt faciles, his et ars occupatur et virtus : nam ad res faciles gerendas neque diuturna consuetudine opus est, neque discendi ratione : quare quanto difficiliores sunt actiones, tanto majorem et artem et virtutem flagitabunt : quia præstat, quæ difficilia sunt recte administrare, quam quæ facilia sunt superare : quapropter maxime in difficilioribus virtus est, iisque occupatur. Difficilius autem viro bono est, ut ait Heraclitus, voluptati quam iracundiæ obsistere, ideoque necesse est in voluptatibus ac doloribus omne studium suum et virtus ponat et prudentia civilis : qui enim bene voluptate utitur et dolore, bonus; qui male, malus est.

Κεφ. δ'.

Ὅτι διαφέρει ὁ δίκαιος τοῦ ποιοῦντος τὰ δίκαια, καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὁμοίως.

Ὅτι μὲν οὖν ἡ ἀρετὴ περὶ ἡδονὰς καὶ λύπας ἐστί, καὶ ὅτι ἐξ ὧν γίνεται, ἀπὸ τούτων καὶ αὔξεται καὶ φθείρεται, καθ' ἕτερον τρόπον καὶ ἕτερον τῶν ἐνερ-

Cap. IV.

Differre justum ab eo qui juste facit, ac similiter in reliquis.

Virtutem igitur in voluptatibus ac doloribus versari; et quibus ex rebus gignitur, ab iisdem eam etiam augeri vel perimi, prout vel hoc modo vel illo aliquid molimur,

γειῶν γινομένων, καὶ ὅτι ἐξ ὧν ἐγένετο, περὶ ταῦτα καὶ ἐνεργεῖ, εἴρηται.

* Ἀπορήσειε δ' ἄν τις πῶς λέγομεν ὅτι τὸν θέλοντα δίκαιον γενέσθαι δεῖ τὰ δίκαια ποιεῖν, καὶ τὸν σώφρονα τὰ σώφρονα· οἱ γὰρ τὰ δίκαια πράττοντες δίκαιοι πάντως εἰσί, καὶ οἱ τὰ σώφρονα σώφρονες, ὥσπερ οἱ πράττοντες τὰ μουσικὰ ἢ γραμματικά, μουσικοί εἰσι καὶ γραμματικοί.

** Λέγομεν δὲ πρὸς τοῦτο, ὅτι φαίνεταί τις οὖσα διαφορὰ τοῦ τὰ δίκαια ποιοῦντος καὶ τοῦ δικαίου, ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν τεχνῶν. Ἐνδέχεται γάρ τινα γραμματικόν τι ποιῆσαι ἢ ἀπὸ τύχης, ἢ ἄλλου ὑποθεμένου, καὶ μὴ γραμματικὸν εἶναι· ἔσται δὲ γραμματικός, ὅτε γραμματικόν τι ποιήσει, καὶ γραμματικῶς· τοῦτ' ἔστιν ἀκολουθῶν τῷ κανόνι τῆς ἐν αὐτῷ γραμματικῆς. Οὕτω καὶ τὰ δίκαια ἐνδέχεται ποιῆσαί τινα, καὶ μὴ δίκαιον εἶναι.

*** Μᾶλλον δὲ μείζων ἐστὶν ἐν τούτοις ἡ διαφορὰ ἐπὶ τῆς ἀρετῆς, ἢ ἐπὶ τῶν τεχνῶν. Ἀγαθὸν γὰρ ἐν αὐταῖς ἐστι ταῖς ἐνεργείαις τῆς τέχνης. Ὥστε ἐάν τις μουσικὰ ποιῇ μουσικὴν εἰδώς, οὐδὲν κωλύει μουσικὸν αὐτὸν ὀνομάζειν· ἔστι γὰρ μουσικός, καὶ ἐὰν μὴ προαιρούμενος αὐτὸς τὰ μουσικὰ ποιῇ, ἀλλὰ ἑτέρου βιαζομένου· ἐπὶ δὲ τῆς ἀρετῆς οὐχ οὕτως. Καὶ γὰρ ἐάν τις δίκαια ποιῇ, οὐκ ἂν εἴη δίκαιος, ἐὰν μὴ πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ πάνυ βουλόμενος ποιῇ, καὶ ὑφ' ἑαυτοῦ κινούμενος, καὶ οὐχ ἑτέρου βιαζομένου. Τότε γὰρ ἔσται δίκαιος, πρῶτον μὲν ἐὰν πράττῃ τὰ δίκαια, γινώσκων ἃ πράττει· ἔπειτα, ἐὰν προαιρούμενος αὐτὸς πράττῃ· καὶ τρίτον, εἰ βεβαίως καὶ ἀμετακινήτως ἔχει πρὸς τὴν πρᾶξιν. Καὶ γὰρ οὐκ ἂν εἴη δίκαιος ὁ εἰδὼς μὲν τὰ δίκαια καὶ πράττων ἑκών, οἰόμενος δὲ μὴ πάντα χρόνον καιρὸν εἶναι δικαιοσύνης· Ταῦτα δὲ πρὸς μὲν τὸ λαβεῖν τὰς ἄλλας τέχνας καὶ τεχνίτας εἶναι κατ' αὐτὰς οὐ ζητοῦνται, πλὴν τοῦ εἰδέναι· χωρὶς γὰρ τοῦ εἰδέναι, πῶς ἄν τις εἴη τεχνίτης; εἰ δὲ μήτε προαιρούμενος τὴν τέχνην ποιεῖ, μήτε ἀμετακινήτως [a] ἔχων πρὸς τὴν μεταχείρισιν τῆς τέχνης, οὐ διὰ τοῦτο κωλύεται τεχνίτης εἶναι· πρὸς δὲ τὴν ἀρετήν, τὸ μὲν εἰδέναι περὶ αὐτῆς πάντα ἃ προσῆκεν εἰδέναι, μικρὸν ἢ οὐδὲν συντελεῖ, πρὸς τὸ σπουδαῖόν τινα γενέσθαι· τὰ δ' ἄλλα οὐ μικρόν, ἀλλὰ τὸ πᾶν δύναται· καὶ γὰρ ἐνδέχεται μηδὲν ἀκριβὲς περὶ ἀρετῆς εἰπεῖν, εἰδότα σπουδαῖον εἶναι. Χωρὶς δὲ τοῦ προαιρεῖσθαι καὶ ἀμετακινήτως ἔχειν [b] πρὸς ἀρετήν, ἀδύνατον εἶναι σπουδαῖον· ἅτινα ἐκ τοῦ πολλάκις ποιεῖν τὰς ἐνεργείας περιγίνεται, καθὼς εἴρηται.

**** Τὰ μὲν οὖν πράγματα, δίκαια καὶ σώφρονα, ὅταν ᾖ τοιαῦτα, οἷα ἂν ὁ δίκαιος ἢ ὁ σώφρων πράξῃ· [c] δίκαιος δὲ καὶ σώφρων ἐστίν, οὐχ ὁ ταῦτα πράττων πᾶς, ἀλλὰ ὁ οὕτω πράττων ὥσπερ οἱ δίκαιοι καὶ οἱ σώφρο-

a quibus denique rebus ortum habuit, in iis quoque suo munere fungi, jam diximus. Sed quærat aliquis, cur statuamus eum qui justus esse vult, juste quoque facere oportere, et temperanter qui temperans. Etenim tum qui juste faciunt, omnino sunt justi, tum qui temperanter, sunt temperantes, sicut homines musicorum grammaticorumque officia explentes musici sunt et grammatici.

Ad hoc respondemus, videri esse aliquam differentiam hominis juste facientis et viri justi, eodemque modo in artibus. Fieri enim potest, ut aliquis grammaticum quid efficiet, vel fortuito vel alio præeunte, qui tamen non sit grammaticus : is vero qui et grammaticum quid faciet et grammatice, erit grammaticus : hoc est, quum faciet aliquid ad normam grammaticæ, qua præditus est. Ita etiam cuipiam juste facere licet, qui tamen justus non sit.

Quin etiam major in virtute, quam in artibus hujus rei differentia animadvertitur. Bonum enim in ipsis artis operibus inest. Itaque si quis musicis eruditus ea quæ musicæ propria sunt faciat, nihil obstat, quominus dici possit musicus : est enim musicus, etiamsi non sponte artem musicam tractet, sed ab alio coactus : at virtutis non eadem est ratio. Nam si quis juste agat, non propterea est justus, nisi præter reliqua, quæ requiruntur, omnino etiam volens et ultroneus ita agit, et non ab alio coactus. Quippe tum demum justus erit, primum si juste agit, sciens quarum rerum auctor sit : deinde si ipse sua sponte agit, postremo si firma et constanti voluntate agit. Etenim qui novit justa volensque juste agit, nec tamen putat omne tempus justitiæ esse idoneum, nondum justus est. Sed in aliis artibus si quis eas percipere atque egregius hujus generis artifex esse vult, horum nihil requiritur præter scientiam ; nam si alienus a scientia sit, quomodo quis artifex erit ? Quodsi neque sponte artem colit, neque firmiter in ea exercenda persistit, nihil propterea obstat, quominus sit artifex : ad virtutem vero parum aut nihil prodest earum omnium rerum scientia, quas scire convenit eum qui vir bonus fieri velit : cætera vero non parvam vim habent, sed omnem : etenim fieri potest, ut qui de virtute subtiliter disserere nequeat, tamen vir bonus sit. Cæterum nisi sponte ad recte faciendum incumbit, atque in exercenda virtute firmiter persistit, bonus esse nemo potest : quæ quidem ex frequenti munerum functione, ut dictum est, contingunt.

Res igitur justæ ac temperatæ dicuntur, quum tales sunt, quales vir justus ac temperans egerit : justus autem et temperans est, non quicunque has res gerit tantum, sed qui ita gerit ut justi ac temperantes homines.

* Cap. 4. ἀπορήσειε δ' ἄν τις, πῶς λέγομεν κτλ. — ** Ἢ οὐδὲ ἐπὶ τῶν τεχνῶν οὕτως ἔχει; κτλ. — *** Ἔτι οὐδὲ ὅμοιόν ἐστιν ἐπί τε τῶν τεχνῶν κτλ. — **** Τὰ μὲν οὖν πράγματα δίκαια κτλ.

νες πράττουσιν. Ὥστε καλῶς λέγεται, ὅτι ἐκ τοῦ τὰ δίκαια ποιεῖν ὁ δίκαιος γίνεται, καὶ ἐκ τοῦ τὰ σώφρονα ὁ σώφρων· ὃς δὲ μὴ πράττει ταῦτα, οὐδέποτε γίνεται ἀγαθός, οὐδὲ μελλήσει ποτὲ γενέσθαι.

* Ἀλλ' οἱ πλείους τῶν ἀνθρώπων ταῦτα μὲν οὐ πράττουσιν, ἐπὶ δὲ τὴν σοφίαν καταφεύγοντες καὶ τοὺς λόγους, οἴονται διὰ τοῦτο φιλοσοφεῖν, καὶ οἴονται σπουδαῖοι εἶναι, ὅτι μόνον περὶ τῆς ἀρετῆς ἀκριβῶς γινώσκουσιν εἰπεῖν· ὅμοιόν τι ποιοῦντες τοῖς κάμνουσιν, οἳ τῶν ἰατρῶν ἀκούουσι μὲν ἐπιμελῶς, ποιοῦσι δὲ οὐδὲν τῶν προσταττομένων. Ὥσπερ τοίνυν ἐκείνοις οὐδέποτε ἕξει τὰ σώματα καλῶς, οὕτω θεραπευομένοις, οὕτως οὐδὲ οὗτοι τὴν ψυχὴν καλλίω ποιήσουσιν, οὕτω φιλοσοφοῦντες.

(Scripsi : [a] ἀμετακινήτως] cod. ἀκινήτως. — [b] ἀμετακινήτως ἔχειν] cod. ἀκινήτως ἔχειν. — [c] οἷα ἂν ὁ δίκαιος ἢ ὁ σώφρων πράξῃ] cod. οἷα ἂν ὁ δίκαιος ἢ ὁ σώφρων πράξει. Satius hoc visum est, quam ex Aristotele reponere πράξειε, præsertim quum librarii in his formis sæpe erraverint. Vid. Hermann. ad Viger. p. 819 et Bernhardy Syntax. p. 399. —)

solent. Itaque recte dicitur, justis actionibus justos et temperatis temperantes effici; his autem neglectis neminem unquam virum bonum vel esse vel futurum esse.

Sed plerique omnes quum hæc agere non curent, ad sapientiam et verba confugientes, se philosophari arbitrantur, bonique viri propterea sibi videntur esse, quod de virtute duntaxat subtiliter disserere possunt : non multum ab ægris differentes, qui diligenter quidem audiunt medicos, sed nihil eorum quæ ab illis præcipiuntur faciunt. Quemadmodum igitur illis nunquam corpus erit bene constitutum, quam diu ita curantur : sic neque hi emendabunt animum, quam diu hoc modo philosophantur.

Κεφ. ε'.

Ὅτι ἕξις ἐστὶν ἡ ἀρετὴ καὶ μεσότης.

** Μετὰ δὲ ταῦτα σκεπτέον τί ἐστιν ἡ ἀρετή. Τρία γάρ ἐστι τὰ ἐν τῇ ψυχῇ· πάθη, δυνάμεις, ἕξεις.

*** Καὶ πάθη μέν εἰσιν ἐπιθυμία, ὀργή, φόβος, θράσος, φθόνος, χαρά, φιλία, μῖσος, [a] πόθος, ζῆλος, ἔλεος· ὅλως οἷς ἕπεται ἡδονὴ ἢ λύπη.

**** Δυνάμεις δὲ αἱ πρὸς ταῦτα ἐπιτηδειότητες τῆς ψυχῆς, καθ' ἃς παθητικοὶ τούτων λεγόμεθα· οἷον, καθ' ἅς ἐσμεν [b] δυνατοὶ ὀργισθῆναι, ἢ λυπηθῆναι, ἢ ἐλεῆσαι.

***** Ἕξεις δέ, οἱ τρόποι, καθ' οὓς πάσχομεν τὰ πάθη, δηλονότι τὸ πάσχειν αὐτὰ καλῶς ἢ κακῶς· οἷον, πρὸς τὸ ὀργισθῆναι εἰ μὲν σφοδρῶς καὶ ἀσχέτως ἔχομεν, ἢ τοὐναντίον ἀνειμένως καὶ μαλακῶς, κακῶς ἔχομεν· εἰ δὲ μέσως, καλῶς· ὁμοίως δὲ καὶ πρὸς τὰ ἄλλα. Τούτων δὲ τῶν τριῶν, τί ἐστιν ἡ ἀρετή, πάθος, ἢ δύναμις, ἢ ἕξις;

****** Πάθος μὲν οὖν οὐκ ἔστιν οὔτε ἡ ἀρετή, οὔτε ἡ κακία. Κατὰ μὲν γὰρ τὴν ἀρετὴν σπουδαῖοι λεγόμεθα, καὶ κατὰ τὴν κακίαν φαῦλοι· κατὰ δὲ τὰ πάθη, οὐδαμῶς· οὐδεὶς γὰρ φαῦλος ἢ σπουδαῖος διὰ μόνον τὸ ὀργίζεσθαι· ἡ ἀρετὴ ἄρα, ἢ ἡ κακία, οὐκ ἔστι πάθος. Ἔτι, κατὰ μὲν τὰ πάθη οὔτε ἐπαινούμεθα οὔτε ψεγόμεθα, κατὰ δὲ τὰς ἀρετὰς ἢ κακίας ἐπαινούμεθα ἢ ψεγόμεθα. Ἔτι ὀργιζόμεθα μὲν καὶ φοβούμεθα ἀπροαι-

Cap. V.

Habitum esse virtutem et mediocritatem.

Post hæc restat, ut videamus quid sit virtus. Tria enim sunt animo insita : perturbationes, facultates, habitus.

Et perturbationes quidem sunt cupiditas, ira, timor, audacia, invidia, gaudium, amicitia, odium, amor, æmulatio, misericordia, et omnino ea omnia quæ voluptas sequitur aut dolor.

Facultates autem sunt habilitates quædam animi his accommodatæ, quibus ad has perturbationes propensi esse dicimur, ut quarum impulsu vel ad irascendum vel ad dolendum vel ad miserendum proclives simus.

Habitus vero sunt modi, quibus perturbationes toleramus, nimirum vel bene vel male, veluti si ita affecti simus, ut vehementer et immoderate aut contra remisse et molliter irascamur, male affecti sumus : sin medio quodam modo, recte : itemque in cæteris. Jam vero ex his tribus quid est virtus? Estne perturbatio, facultas an habitus?

Et perturbatio quidem nec virtus est, nec vitium. Ex virtute enim boni esse dicimur, ex vitio mali : ex perturbationibus vero minime : quippe nemo aut malus dicetur, aut bonus, quatenus tantum irascitur : ergo virtus aut vitium non est perturbatio. Præterea ex perturbationibus nec laudamur nec vituperamur, ex virtutibus autem aut vitiis laudamur aut vituperamur. Insuper irascimur et timemus inconsulto, cæterisque

* Ἀλλ' οἱ πολλοὶ ταῦτα μὲν οὐ πράττουσιν κτλ. — ** Cap. 5. μετὰ δὲ ταῦτα κτλ. — *** Λέγω δὲ πάθη μὲν κτλ. **** Δυνάμεις δὲ καθ' ἃς κτλ. — ***** Ἕξεις δέ, καθ' ἃς τὰ πάθη ἔχομεν κτλ. — ****** Πάθη μὲν οὖν οὐκ εἰσὶν κτλ.

* Ὥσπερ ἔχει καὶ ἐπὶ τῶν σωμάτων· τοῖς μὲν ὑγιαίνουσι καὶ εὖ ἔχουσι τὰ σώματα ὑγιεινὰ δοκεῖ τὰ κατὰ ἀλήθειαν ὑγιεινά, τοῖς δὲ ἐπινόσοις ἕτερα· ὁμοίως δὲ καὶ πικρὰ καὶ γλυκέα, τοῖς μὲν ὑγιαίνουσι τὰ ὄντα πικρὰ τῇ φύσει καὶ γλυκέα τοιαῦτα δοκεῖ· ὁμοίως καὶ θερμὰ καὶ βαρέα, καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστα· τοῖς δὲ νοσοῦσι τὰς αἰσθήσεις ἑτεροῖα. Οὕτω τοίνυν καὶ ἐπὶ τῶν ἀγαθῶν καὶ ἡδέων καὶ κακῶν. Ὁ μὲν σπουδαῖος τὰ ὄντα νομίζει καὶ τὰ ἀληθῆ, ὁ δὲ φαῦλος τἀναντία πολλάκις· καθ' ἑκάστην γὰρ τῶν ψυχικῶν διαθέσεών ἐστί τι [d] ἴδιον ἀγαθὸν καὶ ἡδύ. Καὶ τούτῳ διαφέρει τῶν φαύλων ὁ σπουδαῖος, ὅτι διακρίνει τὸ ἀγαθὸν τοῦ ἡδέος, καὶ τὸ ἀληθὲς ἐν πᾶσιν ὁρᾷ, καθάπερ κανὼν καὶ μέτρον αὐτῶν γινόμενος· οἱ δὲ φαῦλοι, μὴ δυνάμενοι τὸ ἀληθὲς συνιδεῖν, ὑπὸ τῆς ἡδονῆς ἀπατῶνται, νομίζοντες ἀγαθὰ τὰ ἡδέα, οὐχ ὄντα φύσει ἀγαθά· ὁμοίως δὲ καὶ τὰ λυπηρὰ φεύγουσιν, οὐχ ὄντα φύσει πονηρὰ καὶ φευκτά.

(Scripsi : ἐστιν] cod. ἐστι. — [b] πὴ] cod. πῆ. — [c] πὴ εἶναι] cod. πῆ εἶναι. — [d] διαθέσεών ἐστί τι] cod. διαθέσεων ἐστί τι. —)

Eadem etiam corporum ratio est : quippe valentibus et bene constitutis corporibus salubria videntur quæ revera talia sunt, ægris autem alia : similiter tum amara tum dulcia; nimirum valentibus natura sua quæ amara et dulcia sunt reapse talia videntur esse : eodemque modo calida et gravia et cæterorum unumquidque : iis vero, quorum sensus hebetati sunt, alia. Eadem ergo etiam bonorum, jucundorum et malorum ratio est. Etenim vir bonus quæ reapse talia sunt vera quoque existimat : at malus sæpe contraria : singulis scilicet animi affectionibus peculiare quid, quod bonum et jucundum est, convenit. Cæterum vir probus ab improbis hoc quoque differt, quod bonum a jucundo discernit, atque in omnibus rebus verum perspicit, quasi earum norma sit ac mensura : contra improbi quum verum intelligere nequeant, voluptate decipiuntur, quippe qui bona esse existiment quæ jucunda sunt, quamvis natura sua bona non sint : eodemque modo molesta vitant, etiamsi natura sua nec mala sint nec vitanda.

Κεφ. ς'.

Ὅτι καὶ ἡ ἀρετὴ καὶ ἡ κακία ἑκούσιον.

Cap. VI.

Utrumque, et virtutem et vitium, voluntarium esse.

** Ἐπεὶ δὲ τὰ μὲν τέλη βουλητά, τὰ δὲ πρὸς τὰ τέλη βουλευτὰ καὶ προαιρετά, φανερὸν ὅτι αἱ πράξεις αἱ περὶ τὰ βουλευτὰ καὶ προαιρετὰ κατὰ προαίρεσιν εἶεν ἂν καὶ ἑκούσιοι. Τοιαῦται δὲ αἱ κατ' ἀρετὴν πράξεις· περὶ γὰρ τὰ βουλευτὰ καὶ προαιρετὰ γίνονται. Ἐφ' ἡμῖν ἄρα ἐστὶν ἡ ἀρετὴ καὶ ἡ κακία· αἱ γὰρ πράξεις, δι' ὧν ἐθίζομεν ἑαυτοὺς εἰς τὴν ἀρετήν, προαιρεταὶ καὶ ἐφ' ἡμῖν εἰσιν. Εἰ δὲ τὸ πράττειν τὸ ἀγαθὸν ἐφ' ἡμῖν, καὶ τὸ μὴ πράττειν ἐφ' ἡμῖν ἐστιν· ἐν οἷς γὰρ τὸ μή, καὶ τὸ ναί. Καὶ εἰ τὸ πράττειν τὸ ἀγαθὸν ἐφ ἡμῖν ἐστιν, ἀγαθὸν ὄν, καὶ τὸ μὴ πράττειν αὐτό, αἰσχρόν ὄν, ἐφ' ἡμῖν ἔσται· καὶ εἰ τὸ μὴ πράττειν τὸ κακόν, ἀγαθὸν ὄν, ἐφ' ἡμῖν ἐστι, καὶ τὸ πράττειν τὸ κακόν, αἰσχρὸν ὄν, ἐφ' ἡμῖν ἐστι. Ταῦτα δὲ ἡμᾶς ἀγαθοὺς ἢ κακοὺς ποιεῖ· ὥστε ἐφ' ἡμῖν ἐστι τὸ ἐπιεικέσιν εἶναι ἢ πονηροῖς.

*** Τὸ δὲ λέγειν ὡς οὐδεὶς ἑκὼν πονηρός, οὐδ' ἄκων μακάριος, τὸ μὲν ἀληθὲς δοκεῖ, τὸ δὲ ψεῦδος. Τὸ μὲν γάρ, ὡς οὐδεὶς ἂν γένοιτο μακάριος ἄκων, ἀληθές· ψεῦδος δὲ τὸ πρῶτον. Ἡ γὰρ μοχθηρία οὐδαμῶς ἀκούσιον· δέδεικται γὰρ ἀπὸ τῶν εἰρημένων, τὸν ἄνθρωπον ἀρχὴν εἶναι τῶν ἰδίων πράξεων· ὧν δὲ αἱ ἀρχαὶ ἐν ἡμῖν, ταῦτα ἐφ' ἡμῖν ἐστι καὶ ἑκούσια· ὥστε διὰ τοῦτο πᾶσαν ἀνθρωπίνην πρᾶξιν ἑκούσιον εἶναι· ὁμοίως τήν τε ἀγαθὴν καὶ τὴν πονηράν. Τούτῳ δὲ τῷ λόγῳ καὶ οἱ ἰδιῶται καὶ οἱ νομοθέται μαρτυροῦσι, δι' ὧν πράττουσι·

Quum fines sub voluntatem cadant, de iis autem quæ ad fines pertinent et consultari et consilium capi possit, manifestum est, eas quoque actiones quæ in utroque versantur genere, et consilio consentaneas et voluntarias esse. Tales autem actiones honestæ sunt : quia ad res, de quibus tum consultari tum consilium capi potest, spectant. Itaque virtus in nostra est potestate haud secus atque vitium : namque eæ actiones, quibus virtuti assuescimus, arbitrariæ atque in nostra potestate sunt. Quodsi in nobis situm est, ut honestum quid agamus, erit etiam in nobis situm, ut non agamus : nam penes quos est non agendi potestas, penes eos etiam agendi erit. Ac si in nostra est potestate, honestum aliquid agere, quod bonum sit, etiam non agere illud quod turpe sit, in nostra erit potestate : præterea si malum facinus vitare, quod bonum est, in nostra est potestate, etiam male facere, quod turpe est, in nostra erit potestate. Hæc autem sunt, quæ bonos nos efficiunt aut malos; quamobrem in nobis situm est, ut probi aut improbi simus.

Jam vero dicere, neminem sponte esse improbum aut invitum felicem, partim verum, partim falsum videtur. Nam posterius illud, neminem invitum fieri felicem, verum est, falsum autem est prius. Improbitas enim minime est invita : etenim verbis præcedentibus satis probavimus, hominem actionum suarum esse principium : quorum vero penes nos sunt principia, hæc in potestate nostra et voluntaria sunt : quamobrem facinus omne ab hominibus factum, sive bonum sive malum, voluntarium est. Hanc autem sententiam et privati ho-

* Ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν σωμάτων κτλ. — ** Cap. 5. ὄντος δὴ βουλητοῦ μὲν τοῦ τέλους κτλ. — *** Τὸ δὲ λέγειν ὡς οὐδεὶς ἑκὼν πονηρός κτλ.

καὶ γὰρ τιμωροῦνται μὲν καὶ κολάζουσι τοὺς ποιοῦντας τὰ πονηρά, ἐὰν μὴ ποιῶσιν ἑτέρωθεν βιασθέντες, ἢ ἀγνοοῦντες ἄγνοιαν ἧς οὐκ εἰσὶν αἴτιοι [a] αὐτοί· καθάπερ εἴ τις μεθύων πονηρόν τι ποιήσειεν ἀγνοήσας· οὗτος γὰρ καὶ τῆς ἀγνοίας αἴτιος ἐγένετο ἑαυτῷ· τοὺς δὲ τὰ καλὰ πράττοντας τιμῶσιν, ἵνα τοὺς ἄλλους προτρέψωνται μὲν ἐπὶ τὰ ἀγαθά, κωλύσωσι δὲ ποιεῖν τὰ φαῦλα. Ὅθεν δῆλον, ὅτι νομίζουσιν ἐφ' ἡμῖν εἶναι πονηροῖς τε εἶναι καὶ γενέσθαι ἀγαθοῖς, καὶ διὰ τοῦτο πείθειν τὰ τοιαῦτα ἐπιχειροῦσιν. Ἃ γὰρ μήτε ἐφ' ἡμῖν ἐστι, μήτε ἑκούσια, οὐδεὶς προτρέπεται πράττειν νοῦν ἔχων· οὐδεὶς γὰρ πείθει τινὰ μὴ θερμαίνεσθαι, ἢ ἀλγεῖν, ἢ πεινῆν, ἢ ἄλλο ὁτιοῦν τῶν τοιούτων, ὧν οὐκ ἐσμὲν [b] αὐτοὶ κύριοι· οὐ γὰρ δυνατὸν γενέσθαι τὸ πλέον ἀπὸ τῆς παρακλήσεως, οὐδ' ἂν αὐτοὶ οἱ παρακαλούμενοι σφόδρα βουλώμεθα· οὐδὲν γὰρ ἧττον πεισόμεθα αὐτά. Ὁμοίως δὲ καὶ εἴ τις ἄκων ἀγνοεῖ μὴ δυνάμενος εἰδέναι, τοῦτον οὐδεὶς προτρέψεται δυνηθῆναι εἰδέναι· οὐ γάρ ἐστιν ἐπ' αὐτῷ εἰδέναι καὶ ἀγνοεῖν· ὃς δὲ αἴτιός ἐστιν ἑαυτῷ τῆς ἀγνοίας δι' ἧς ἐποίησε τὸ πονηρόν, κολάζεται· καὶ γὰρ ἑκουσίως φαίνεται ἀγνοῶν, ὅτι ἐπ' αὐτῷ ἐστιν εἰδέναι καὶ ἀγνοεῖν. Καθάπερ ὁ μεθύων, ἢ ὁ δι' ἀμέλειαν ἀγνοῶν τὸν νόμον, ὃν ἐδύνατο ῥᾳδίως μαθεῖν· κἀκεῖνος γὰρ αἴτιός ἐστιν ἑαυτῷ καὶ τῆς ἀγνοίας καὶ τῆς μοχθηρίας, καὶ ἑκὼν ἐστι μοχθηρός· ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων, ἃ δυνατὸν μαθεῖν, οὐ γινώσκοντες ἁμαρτάνομεν· καὶ τούτων ἕνεκα δίδομεν [c] δίκην τοῖς νομοθέταις. Κύριοι γάρ ἐσμεν τοῦ μὴ ἀγνοεῖν, ὅτι ἐφ' ἡμῖν ἐστι μὴ ἀμελεῖν, ἀλλὰ ἐπιμεληθῆναι μαθεῖν.

* Εἰ δέ τις καὶ τοιοῦτός ἐστιν, οἷος μὴ δύνασθαι ἐπιμεληθῆναι, οὐ διὰ τοῦτο φεύξεται τὴν δίκην· κολασθήσεται μὲν οὖν διὰ τοῦτο· ὅτι καὶ τοῦ μὴ δύνασθαι ἐπιμεληθῆναι αὐτὸς ἑαυτῷ αἴτιος ἐγένετο, ἀκρατῶς καὶ ἀνειμένως διαιτώμενος· ἀφ' ἧς διαίτης καὶ οἱ πλείους μοχθηροὶ γίνονται, καὶ ἄδικοι, καὶ ἀκόλαστοι. Καὶ γὰρ γίνονται μὲν καὶ ἀπὸ τῶν ἀδίκων καὶ ἀκολάστων πράξεων ἐθιζόμενοι, ἄδικοι καὶ ἀκόλαστοι· γίνονται δὲ καὶ ὅταν αὐτὸ μὲν μὴ προκείμενον ἔχωσι τὸ κακουργεῖν, ζῶσι δὲ βίον ἀνειμένον καὶ τρυφῇ χαίρωσιν· ἀπὸ ταύτης γὰρ τῆς διαίτης καὶ ἐπὶ τὸ κακουργεῖν ἔρχονται. Ἀεὶ γὰρ ἀπὸ τῶν ἐνεργειῶν ἐθιζόμενοι, καθὼς προείρηται, πονηροὶ ἢ ἀγαθοὶ γινόμεθα, ἢ ἄλλην τινὰ ἕξιν λαμβάνομεν. Καθάπερ ὁρῶμεν καὶ τοὺς ἐθέλοντας γυμνικοὺς γενέσθαι, ἢ ἄλλην τινὰ πρᾶξιν ἢ ἀγωνίαν ἀσκῆσαι, ἐνεργοῦντας καὶ γυμναζομένους ἐν πράξεσι, δι' ὧν εἰς ἐκεῖνα ἀφίξονται. Καὶ οὐδεὶς ἀγνοεῖ, ὅτι ἀπὸ τῶν ἐνεργειῶν εἰς ἕξιν ἐρχόμεθα κακιῶν ἢ ἀρετῶν, εἰ μὴ λίαν εἴη ἀναίσθητος. Εἰ δὲ τοῦτο δῆλον ἅπασι, φανερόν ἐστιν ὅτι πάντες γινώσκουσι τὰ ἑαυτῶν ἔργα καὶ τὰς πράξεις, εἴτε πρὸς κακίαν φέρουσιν, εἴτε πρὸς ἀρετήν· εἰδότες δὲ ἃ ποιοῦσιν,

mines et legum latores re ipsa confirmant: siquidem castigant supplicioque afficiunt eos qui flagitia admittunt, nisi forte aliunde coacti, iis se inquinarunt, aut per imprudentiam, cujus ipsi culpam non sustinent: ut si quis ebrius imprudenter fœdum facinus in se consciverit: qui tamen imprudentiæ suæ culpam sustinet: eos vero qui res bene gesserint, omni honore prosequuntur, ut cæteros cum ad rectas actiones excitent, tum a maleficiis deterreant. Unde manifestum est, existimare eos, in nobis situm esse, ut vel improbi simus, vel probi, ideoque talia persuadere aliis conantur. Nempe quæ neque in nostra potestate sunt, neque voluntaria, ad ea agenda nemo prudens nos impellit: neque enim quisquam alteri persuadeat, ut ne calescat, vel ut doleat, vel etiam esuriat, vel aliud quid tale, quod non est in nostra potestate: quoniam nihil hujusmodi efficit adhortatio, quamvis hoc vehementer optet qui admonetur: nihilo enim minus ea perferemus. Similiter si quis invitus aliquid ignorat quod scire non potest, hunc nemo adhortabitur, ut possit scire, quia non est in eo situm, ut aut sciat aut ignoret: qui vero ignorantiæ suæ culpam sustinet, unde natum est illud malum, supplicio afficitur: sponte enim ignorare videtur, in ipso situm esse, ut vel sciat vel ignoret. Velut homo ebrius aut per incuriam ignarus legis, quam discere facile poterat: nam et ille ignorantiæ sibi illius et improbitatis auctor est, volensque est improbus: item in cæteris, quæ scire poteramus, si ignoremus ea, peccare dicimur: ideoque pœnam legum latoribus damus. Nimirum in nostra potestate est non ignorare illa, quia in nobis situm est, ut vitemus negligentiam, operamque in eorum investigatione ponamus.

Quodsi quis talis est, ut diligentiam adhibere non possit, non tamen propterea pœnam subterfugiet: scilicet vel idcirco supplicio afficietur, quia illius etiam negligentiæ quam vitare amplius nequit, ipse causam sustinet, quippe qui incontinenter et dissolute vivat: qua vitæ degendæ ratione improbi plerique injustique evadunt et intemperantes. Etenim injusti et intemperantes fiunt, quum in actionibus injustis et intemperantibus versantur: et quoties ne hoc quidem propositum habent, ut flagitia admittant, sed quum dissolutam agunt vitam luxuque diffluunt, ab hoc vitæ genere profecti etiam ad flagitia et scelera transeunt. Semper enim actionibus, sicut dictum est, assuefacti, mali aut boni evadimus, vel alium quendam habitum induimus. Sicut videmus eos qui in gymnicis ludis excellere volunt, aut aliam quandam actionem suscipere, aut certamen inire, quum perpetuo in eorum actione et exercitatione versentur, quibus se ad illam laudem perventuros existimant. Neque quisquam ignorat, ipsis actionibus nos virtutis aut vitii habitum induere, nisi qui plane est stupidus. Quodsi hoc omnibus perspicuum est, apparet omnes de operibus suis et actionibus judicare posse, sive ad vitium, sive

* Ἀλλ' ἴσως τοιοῦτός τίς ἐστιν ὥστε μὴ ἐπιμεληθῆναι κτλ.

ἑκόντες εἰσὶν ἢ ἀγαθοί, ἢ πονηροί. Πάνυ γάρ ἐστιν ἄλογον, τὸν ἀδικοῦντα λέγειν ὅτι οὐ βούλεται ἄδικος εἶναι, ἢ τὸν ἀκόλαστον ὅτι οὐ βούλεται ἀκολασταίνειν· εἰ γὰρ καὶ βουλόμενος δίκαιος καὶ σώφρων γενέσθαι οὐ δύναται τῷ μακρῷ ἔθει κρατούμενος, καὶ οὕτως ἑκών ἐστι πονηρός. Καὶ γὰρ καὶ ὁ διαίτῃ διεφθαρμένῃ χρώμενος καὶ ἀπειθῶν τοῖς ἰατροῖς καὶ διὰ τοῦτο νοσήσας, ἑκὼν μὲν νοσεῖ· καὶ γὰρ ἐπ' αὐτῷ ἦν ἡ δίαιτα· βουλόμενος δὲ ἀπαλλαγῆναι, οὐ δύναται· πρὶν μὲν γὰρ νοσῆσαι, ἐπ' αὐτῷ ἦν τὴν ὑγίειαν φυλάττειν· προεμένῳ δὲ διὰ τῆς ἀκρατοῦς διαίτης [d] οὐκ ἔστιν ἐπ' αὐτῷ τὴν ὑγίειαν ἐπαναγαγεῖν. Ὥσπερ λίθον μέν τις δύναται κατὰ πελάγους ἀφεῖναι, ἀφεὶς δὲ οὐ δύναται πάλιν ἐπαναλαβεῖν· ἀλλ' ὅμως ἑκὼν ἔρριψε τὸν λίθον, ἐπ' αὐτῷ γὰρ ἦν ῥῖψαι [e] καὶ μή. Οὕτω τοίνυν καὶ ἐπὶ τοῦ ἀδίκου καὶ τοῦ ἀκολάστου· πρὸ μὲν γὰρ πονηροὺς γενέσθαι καὶ εἰς ταύτην τὴν ἕξιν ἐλθεῖν, ἐξῆν μὴ γενέσθαι· γενόμενοι δὲ οὐ δύνανται μὴ εἶναι. Οὐ μόνον δὲ αἱ ψυχικαὶ κακίαι ἑκούσιοί εἰσιν, ἀλλ' ἐνίοις τῶν ἀνθρώπων καί τινες σωματικαὶ ἑκουσίως γίνονται, δι' ἃς καὶ ἐπιτιμῶνται· τοῖς μὲν γὰρ κατὰ φύσιν αἰσχροῖς οὐδεὶς ἐπιτιμᾷ νοῦν ἔχων· τοῖς δὲ δι' ἀγυμνασίαν, καὶ ἀμέλειαν, ἢ μοχθηρίαν τὰ σώματα διαφθείρασι, τούτοις μεμφόμεθα· ὃς μὲν γὰρ ἀπὸ φύσεως τυφλός, ἢ ὑπὸ νόσου, ἢ ὑπὸ πληγῆς, τοῦτον οὐκ ὀνειδίζομεν, ἀλλὰ μᾶλλον ἐλεοῦμεν· ὃς δὲ ἐξ οἰνοφλυγίας, ἢ ἄλλης τινὸς μοχθηρίας διέφθειρε τοὺς ὀφθαλμούς, τούτῳ μεμφόμεθα, καὶ ἐπιτιμῶμεν. Φαίνεται τοίνυν, ὅτι τῶν σωματικῶν κακιῶν αἱ μὲν ἑκούσιοι καὶ ἐφ' ἡμῖν ἐπιτιμῶνται, αἱ δὲ ἀκούσιοι οὐδαμῶς. Ὥστε καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων οὕτως ἂν ἔχοι· ἃς μὲν γὰρ κολάζομεν, καὶ ὑπὲρ ὧν αἱ τιμωρίαι, πᾶσαί εἰσιν ἑκούσιοι καὶ ἐφ' ἡμῖν, αἱ δὲ μὴ τοιαῦται, ἀκούσιοι. Ἡ κακία ἄρα ἑκούσιον.

* Δοκεῖ δὲ τῷ λόγῳ ἐκεῖνο ἐναντιοῦσθαι· ὅτι ἡ μὲν κακία γίνεται ἀπὸ τοῦ τιθέναι τοῖς ἔργοις τέλος πονηρόν· τοῦτο δὲ γίνεται ἀπὸ τοῦ νομίζειν, ὅτι ἀγαθόν ἐστι· τὸ δὲ νομίζειν τὸ ἀγαθόν, ἢ τοὐναντίον, οὐκ ἔστιν ἐφ' ἡμῖν. Πάντες μὲν γὰρ ἐφιέμεθα τοῦ φαινομένου ἀγαθοῦ· τῆς δὲ φαντασίας ταύτης οὐκ ἐσμὲν [f] αὐτοὶ κύριοι· ἡ ἄρα κακία οὐκ ἔστιν ἑκούσιον.

Πρὸς δὴ τοῦτο ἐκεῖνο λέγομεν, ὅτι καὶ ἐπὶ τῆς ἀρετῆς ταῦτα ὁμοίως ἔχει, ἀλλ' ἑκούσιόν ἐστιν· οὐδεὶς γὰρ ἄκων μακάριος. Εἰ μὲν γὰρ ἀπὸ τῆς ἕξεως τῆς πονηρᾶς ἡ ἄγνοια γίνεται τοῦ ἀγαθοῦ, καὶ ἀπὸ τῆς ἀγαθῆς ἡ γνῶσις τοῦ ἀγαθοῦ· φανερὸν ὅτι ἑκουσίως καὶ ἀγαθοὶ καὶ πονηροὶ γινόμεθα· τῆς γὰρ ἕξεως ἡμεῖς ἡμῖν αὐτοῖς αἴτιοι. Εἰ δὲ ἡ γνῶσις τοῦ τέλους οὐκ ἔστιν ἀπὸ τῆς ἕξεως οὐδ' ἔστι προαιρετή, ἀλλ' ὥσπερ ὄψις ἀγαθὴ ἢ ἄλλο τι [g] τῶν φυσικῶν ἐστιν, ὅπερ μὴ ἔχοντα οὐκ ἔνι λαβεῖν ἑτέρωθεν, οὐδὲ αὐτόν τινα κτήσασθαι οἴκοθεν, ἀλλὰ φῦναι ἀνάγκη μετὰ τῆς τοιαύ-

ad virtutem referantur : quum vero sciant, quarum rerum actores sint, sponte etiam aut boni sunt, aut mali. Nimirum valde absurdum est, eum qui injuste agit, dicere se injustum esse nolle, aut qui intemperanter agit intemperantem esse nolle. Quamvis enim nequeat si velit, postquam diuturna illa jam victus est consuetudine, aut justus esse aut temperans, nihilominus tamen sponte est improbus. Nam et qui victu utitur corrupto, neque morem gerit medicis, ideoque in morbum incidit, sponte certe ægrotat : quia vivendi genus ab ejus voluntate proficiscebatur : et quum defungi morbo velit, non amplius potest : quippe priusquam ægrotaret, situm in eo erat, ut valetudinem tueretur : quum vero semel eam per victus incontinentiam pessumdedit, non est in eo situm, ut sanitatem restituat. Quemadmodum potest aliquis lapidem in mare projicere, ubi vero jam projecit, non potest retrahere : et tamen sponte misit lapidem, quia in ejus potestate erat, mittere aut non mittere : sic ergo injusti et intemperantis eadem ratio est. Priusquam enim vitiosi sunt et ad hunc habitum pervenerunt, licebat non esse vitiosis; postquam autem tales facti sunt, non possunt non esse. Non solum autem animi vitia sponte contrahuntur, sed quibusdam hominibus nonnulla quoque corporis vitia sponte accidunt, ob quæ etiam reprehenduntur. Nam qui natura deformes sunt, eos nemo prudens reprehendit : eos vero qui per ignaviam, aut negligentiam, aut aliam improbitatem corruperunt corpora, reprehenderé solemus : nimirum qui natura vel morbo vel ictu aliquo cæcus sit, ei nemo hoc exprobraverit, sed potius misericordiam adhibet : qui vero vinolentia aut alia improbitate aliqua oculos corrupit, hunc vituperamus et reprehendimus. Apparet igitur, corporis vitia, quæ sponte contrahuntur atque in nostra potestate sunt, reprehendi, quæ vero hominibus invitis afferuntur vitia, nequaquam. Itaque etiam in aliis sic se res habebit : nam quæ punimus et quibus supplicia constituimus, ea vitia sponte contrahuntur atque in nostra potestate sunt; quæ autem non sunt talia, ea invitis afferuntur. Quare vitium sponte contrahitur.

Videtur autem illud cum recta ratione pugnare : quia ex eo nascitur vitium, quod improbum finem in agendo nobis proponimus : id vero oritur ex opinione, bonum esse quod agimus : atqui opinio de bono aut malo non est in nostra potestate. Omnes enim id appetimus, quod bonum videtur : hæc autem visio non est in nostra potestate : ergo vitium non est voluntarium.

Ad hoc igitur illud respondemus, virtutis quoque eandem esse rationem, quum tamen sit voluntaria : nemo enim invitus fit felix. Si enim a vitioso habitu hæc boni ignorantia proficiscitur, et a bono habitu boni cognitio : patet nos sponte et bonos fieri et malos : quia hujus habitus nobis ipsis causa sumus. Quodsi finis cognitio non oritur ab habitu, neque arbitraria est, sed prout visus bonus erit aut aliud naturale bonum exstabit, quod nisi quis habet ne aliunde quidem accipiet, nec ipse sibi subministrabit, sed nasci cum ejusmodi judicio oportebit, si quis recte judicare velit, quæ con-

* Εἰ δέ τις λέγοι ὅτι πάντες ἐφίενται τοῦ φαινομένου ἀγαθοῦ κτλ.

της κρίσεως εἰ μέλλει κρίνειν καλῶς, ὅ ἐστιν ἡ τελεία καὶ ἀληθινὴ εὐφυΐα· εἰ δὴ ταῦτά ἐστιν ἀληθῆ, καὶ οὕτως ὁμοίως τῇ ἀρετῇ καὶ ἡ κακία ἑκούσιόν ἐστιν. Ἡ γὰρ γνῶσις τοῦ τέλους ὡσαύτως ἐστὶ καὶ τῷ φαύλῳ καὶ τῷ σπουδαίῳ, εἴτε ἀπὸ τῆς ἕξεως γινώσκεται ἢ ἀγνοεῖται, ἢ φύσει, καθὼς εἴρηται. Εἰ δὲ τὴν ἀρετὴν ἑκούσιον λέγομεν, ὅτι τὸ μὲν τέλος φύσει ἐστὶ καὶ γινώσκεται τῷ σπουδαίῳ, τὰ δὲ πρὸς τὸ τέλος ἐπ' αὐτῷ ἑλέσθαι καὶ μή, τί κωλύει καὶ τὴν κακίαν διὰ ταῦτα ἑκούσιον εἶναι; καὶ γὰρ καὶ τὰ πρὸς τὸ τέλος ἄγοντα φαῦλον, ἐφ' ἡμῖν ἑλέσθαι καὶ μή. Εἰ δὲ πάλιν ἑκούσιόν ἐστιν ἡ ἀρετή, ὅτι καὶ ἡ γνῶσις τοῦ τέλους ἀπὸ τῶν ἕξεων γίνεται τῶν ἀγαθῶν, ὧν αὐτοί πως συναίτιοί ἐσμεν, εἴη ἂν καὶ ἡ κακία διὰ τοῦτο ἑκούσιον, ὅτι ἀπὸ τῶν πονηρῶν ἕξεων ἀγνοεῖται τὸ τέλος.

(Scripsi : [a] οὐκ εἰσὶν αἴτιοι] cod. οὐκ εἴσιν αἴτιοι. — [b] οὐκ ἐσμὲν] cod. οὐκ ἔσμεν. — [c] δίδομεν] cod. διδόαμεν. — [d] διαίτης] cod. διαίτῆς. — ῥῖψαι] cod. ῥίψαι. — [f] οὐκ ἐσμὲν] cod. οὐκ ἔσμεν. — [g] ἄλλο τι] cod. ἄλλό τι.)

summata est et vera ingenii sollertia : si hæc igitur vera sunt, una cum virtute vitium quoque voluntarium est. Etenim finis cognitio æque improbo ac probo est, sive habitu cognoscitur finis aut ignoratur, sive natura, ut dictum est. Jam si virtutem voluntariam esse dicimus, quia finis natura est et cognoscitur a viro bono, quæ vero ad finem spectant, ea sive expetere ei sive non expetere licet, quid vetat propter hæc ipsa etiam vitium esse voluntarium? Nam et ea quæ ad malum finem adducunt, nobis sive expetere sive non expetere licet. Sin autem rursus virtus est voluntaria, quia etiam finis ex bono habitu cognoscitur, cujus ex parte causa quodammodo sumus, vitium quoque propterea erit voluntarium, quia ex improbo habitu nascitur finis ignorantia.

Κεφ. ζ'.

Ὅτι οὐχ ὁμοίως ἑκούσιά εἰσιν αἱ πράξεις καὶ αἱ ἕξεις. Καὶ περὶ ἀνδρείας. [a]

* Τί μὲν οὖν ἐστιν ἡ ἀρετή; καθόλου καὶ ὁλοσχερῶς εἴρηται, ὅτι μεσότης ἐστὶ δύο κακιῶν, τῆς μὲν ἐλλείπουσα, τὴν δὲ ὑπερβάλλουσα· καὶ ὅτι ἕξις ἐστίν· ἔτι δὲ εἴρηται καὶ ὑπὸ τίνων γίνεται· καὶ ὅτι ὑφ' ὧν ἐνεργειῶν καὶ πράξεων γίνεται, ταύτας πράττομεν μετὰ τὸ κτήσασθαι τὴν ἀρετήν· ἐδείχθη δὲ ὅτι καὶ ἐφ' ἡμῖν ἐστι, καὶ ἑκούσιος.

Νῦν δὲ εἴη ῥητέον, ὅτι οὐχ ὁμοίως ἐστὶν ἑκούσιον ἡ πρᾶξις καὶ ἡ ἕξις· (καὶ γὰρ ἐδείχθη καὶ ἄμφω ἑκούσια εἶναι) τὰς μὲν οὖν πράξεις ποιοῦμεν, γινώσκοντες κατὰ μέρος, καὶ διὰ τοῦτο κύριοί ἐσμεν [b] καθάπαξ αὐτῶν ποιῆσαι ἢ μὴ ποιῆσαι, ἀπ' ἀρχῆς αὐτῶν μέχρι τέλους· καί εἰσιν ἑκούσιοι κυρίως· ἡ δὲ ἕξις οὐ γινώσκεται παντελῶς. Γνώριμος γὰρ ἡ ἕξις οὐ δι' ἑαυτήν ἐστιν, ἀλλὰ διὰ τὰς πράξεις ἐξ ὧν γίνεται· τὰς μὲν γὰρ πράξεις σφόδρα γινώσκομεν ὅθεν τὴν ἕξιν λαμβάνομεν, τὴν δὲ ἕξιν οὐκέτι. [c] Καθάπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἀῤῥωστιῶν γίνεται· τὴν μὲν γὰρ δίαιταν γινώσκοντες αἱρούμεθα, ἡ δὲ ἀῤῥωστία λεληθότως ἐπακολουθεῖ. Λέγεται τοίνυν ἕξις ἑκούσιος, διὰ τὸ τὰς ἐνεργείας ἐξ ὧν γίνεται, ἑκουσίους εἶναι, ταύτας γὰρ δυνατὸν ἦν μὴ ποιῆσαι.

** Δεῖ δὲ ἤδη καὶ περὶ τῶν ἕξεων κατὰ μέρος διεξελθεῖν, τί τέ ἐστιν ἑκάστη, καὶ περὶ ποῖα πάθη τῆς ψυχῆς, καὶ πῶς γίνεται· ἅμα δὲ ἀπὸ τούτων δῆλον

Cap. VII.

Non æque voluntarias esse actiones et habitus. Item de fortitudine.

Quid ergo est virtus? Universe et generatim jam dictum est, mediocritatem esse duorum malorum, quorum altero inferior, altero superior sit : præterea habitum esse : insuper declaratum, a quibus gignatur : quin etiam e quibus munerum functionibus et actionibus constat, has nos suscipere, postquam virtutis compotes facti sumus : denique eam in nostra potestate et voluntariam esse ostendimus. Nunc autem illud dicendum est, non æque voluntariam esse actionem et habitum : (nam ambo voluntaria esse ostendimus :) siquidem actiones suscipimus, quas singulatim cognitas habemus, ideoque in nostra est potestate, ab illarum principio usque ad finem omnino eas aut suscipere aut non suscipere : atque ita proprie sunt voluntariæ; at vero habitus prorsus non cognoscitur. Notus enim habitus non per se est, sed per actiones e quibus constat : actiones enim perspicimus, e quibus consequimur habitum, habitum autem non item. Ut etiam in morbis evenit : victum enim quo utimur et novimus et adhibemus, morbus autem sequitur occulte. Habitus ergo voluntarius esse dicitur, quia munerum functiones e quibus constat, voluntariæ sunt, siquidem eas omittere nobis licebat.

Jam autem et de habitibus separatim dicendum erit, quid videlicet sint singuli et in quibus animi affectibus versentur, et quo pacto fiant : simul vero etiam hinc

---

* Κοινῇ μὲν οὖν περὶ τῶν ἀρετῶν εἴρηται ἡμῖν, κτλ. — ** Ἀναλαβόντες δὴ περὶ ἑκάστης κτλ.

ἔσται καὶ πόσαι εἰσί. Καὶ πρῶτον περὶ τῆς ἀνδρείας [d] διαληψόμεθα.

* Ὅτι μὲν οὖν περὶ φόβους καὶ θάῤῥη ἐστί, καὶ ὅτι μεσότης τούτων ἐστὶν ὑπερβάλλουσα μὲν τὴν δειλίαν, ἐλλείπουσα δὲ τῆς θρασύτητος, διὰ τῶν προειρημένων ἐφάνη· ῥητέον δέ, τίσιν ἀντίκειται.

** Ὁ μὲν οὖν φόβος πρὸς τὰ φοβερὰ λέγεται, καὶ τούτοις ἀντίκειται. Φοβερὰ δέ εἰσι καθόλου πάντα τὰ δοκοῦντα κακά· διὸ καὶ τὸν φόβον ὁριζόμενοί φασιν [e] εἶναι προσδοκίαν κακοῦ. Φοβούμεθα οὖν πάντα τὰ κακά· οἷον, ἀδοξίαν, πενίαν, νόσον, ἀφιλίαν, θάνατον· ἡ δὲ ἀνδρεία οὐ τούτοις πᾶσιν ἀντίκειται· οὐ γὰρ περὶ πάντα ὁ ἀνδρεῖός ἐστι. Φοβεῖται γὰρ ὁ ἀνδρεῖος, ἃ δεῖ φοβεῖσθαι· οὐ πάντα δὲ ταῦτα δέον φοβεῖσθαι, ἀλλ' ἔνια· οἷον, ἀδοξίαν φοβεῖσθαι μὲν καλόν, μὴ φοβεῖσθαι δὲ αἰσχρόν, τὸ μὲν γὰρ αἰδήμονός ἐστιν ἀνθρώπου, τὸ δὲ ἀναισχύντου· εἰ καὶ ἀνδρεῖος ὁ τοιοῦτος καλεῖται κατὰ μεταφοράν, ὅτι ἔχει τι τοῦ ἀνδρείου, τὸ μὴ πάντα φοβεῖσθαι δηλονότι· ἄφοβος γάρ τίς ἐστι καὶ ὁ ἀνδρεῖος. Πενίαν δὲ καὶ νόσον ἴσως οὐ δεῖ φοβεῖσθαι, καὶ πάντα ὅσα μὴ ἀφ' ἡμῶν αὐτῶν ἡμῖν συμβαίνουσιν, ἢ διὰ κακίαν. Ὥσπερ δὲ ὁ μὴ φοβούμενος ἃ δέον φοβεῖσθαι οὐκ ἔστιν ἀνδρεῖος, (εἰ μὴ κατὰ μεταφοράν,) οὕτως οὐδὲ ὁ μὴ φοβούμενος ἃ μὴ δεῖ φοβεῖσθαι, ἀνδρεῖός ἐστιν, ἀλλὰ καθ' ὁμοιότητα μόνον λέγεται ἀνδρεῖος· καὶ γὰρ πολλοὶ ταῦτα μὴ φοβούμενοι, ἀλλὰ ἐλευθέριοι ὄντες καὶ πρὸς χρημάτων ἀποβολὴν εὐθαρσῶς ἔχοντες, δειλοί εἰσιν ἐν τοῖς πολεμικοῖς κινδύνοις. Ὥσπερ δὲ ὁ φοβούμενος ἃ δεῖ μὴ φοβεῖσθαι οὐκ ἔστιν ἀνδρεῖος, οὕτως οὐδὲ ὁ μὴ φοβούμενος ἃ δεῖ φοβεῖσθαι ἀνδρεῖός ἐστιν· οἷον, τὴν περὶ παῖδας ἢ γυναῖκα ὕβριν ὁ μὲν φοβούμενος οὐκ ἔστι δειλός, ὁ δὲ μὴ φοβούμενος οὐκ ἔστιν ἀνδρεῖος· ἢ ἐάν τις μέλλων μαστιγοῦσθαι οὐ φοβῆται, ἀλλὰ θαῤῥῇ· οὗτοι γὰρ ἃ δεῖ φοβεῖσθαι μὴ φοβούμενοι οὐκ εἰσὶν [f] ἀνδρεῖοι. Ἔστι τοίνυν ἀνδρεῖος ὁ τὰ μέγιστα μὲν τῶν δεινῶν μὴ φοβούμενος· οὐδεὶς γὰρ καρτερικώτερος τοῦ ἀνδρείου. Οὐκ ἀεὶ δὲ ὁμοίως· τινὰ γὰρ τῶν δεινῶν διὰ τὸν τρόπον καθ' ὃν ἐπάγονται, φοβερά εἰσι καὶ τῷ ἀνδρείῳ· οἷον, ὁ θάνατος μὲν δοκεῖ εἶναι τὸ ἔσχατον τῶν κακῶν, ὅτι πέρας ἐστὶ τοῦ βίου, καὶ οὐ δυνατὸν τῷ τεθνεῶτι ἢ ἀγαθὸν ἢ κακὸν γενέσθαι· καὶ τούτου ἕνεκα δοκεῖ μέγιστον εἶναι δεινόν, καὶ τοῖς ἀγαθοῖς καὶ τοῖς φαύλοις.

*** Ἀλλ' ὁ μὲν ἀπὸ αἰσχρῶν γινόμενος αἰτιῶν φοβερός ἐστι τῷ ἀνδρείῳ· ὁ δὲ ἀπὸ τῶν ἀρίστων, οἷός ἐστιν ὁ ἐν πολέμῳ συμβαίνων, οὐκέτι, [g] ἀλλὰ καὶ σφόδρα ἀγαπητός ἐστιν· ὁ δὲ ἐν νόσῳ ἢ ἐν θαλάττῃ θάνατος, καθ' ὅσον μὲν οὐκ ἐπῆλθε κατὰ σεμνοῦ τινος, φοβερὸς ἔσται τῷ ἀνδρείῳ, καθ' ὅσον δὲ λυπηρός ἐστιν, οὐδαμῶς. Ὥστε λέγοιτο ἂν ἀνδρεῖος ὁ περὶ τὸν καλὸν θά-

apparebit, quot sint. Ac primum quidem de fortitudine agemus.

Eam autem in formidine et fiducia versari, atque esse earum mediocritatem, quæ timiditatem quidem superet, sed audaciæ cedat, e superioribus liquido patet; jam vero dicendum est, quibus sit opposita.

Metus ergo eorum quæ metuuntur respectu dicitur, quibus etiam oppositus est. Ea autem sunt quæcunque in universum mala nobis videntur : quare et metum definientes mali exspectationem esse ajunt. Mala ergo metuimus omnia, ut infamiam, paupertatem, morbum, amicorum defectum, mortem : porro fortitudo non est his omnibus opposita : nec enim in omnibus vir fortis versâtur. Quæ enim metui debent, metuit vir fortis : at non omnia hæc metui debent, sed quædam tantum : exempli gratia, infamiam metuere pulchrum, non metuere turpe est, quia alterum verecundi, alterum inverecundi est hominis : neque refert, si fortis dicitur improprie homo ejusmodi, quia aliquid commune cum viro forti habet, quod videlicet non cuncta metuat; siquidem et fortis metu vacat. Paupertatem vero fortasse pertimescere non oportet, neque morbum, neque ea omnia, quæ nobis culpa et vitio carentibus accidunt. Quemadmodum vero qui non metuit ea quæ metui oportet, non est fortis (nisi improprie ita dicitur) : sic nec ille qui non metuit quæ metui non oportet, fortis est, sed propter similitudinem tantum fortis appellatur : quippe multi eorum qui hæc non metuunt, sed liberales sunt ac fidenter pecuniæ jacturam ferunt, tamen in belli periculis timidi sunt et ignavi. Ut autem qui metuit ea quæ metuere non debet, non est fortis, ita nec ille qui non metuit quæ debet metuere fortis est : verbi causa, qui contumeliam in liberos et uxorem extimescit, non est timidus; qui vero non extimescit, non est fortis : aut si quis quum flagellandus est, non metuit, sed confidit : scilicet hi, quum quæ metui oportet, non metuant, non sunt fortes. Est igitur fortis qui maxima pericula non reformidat : nemo enim omnis incommodi patientior est, quam fortis. Non eodem tamen semper modo : nimirum quædam pericula propter eam qua importantur rationem etiam forti terribilia sunt : exempli gratia mors malorum omnium extremum esse videtur, quia vitæ terminus est neque amplius mortuo aut bonum aut malum evenire potest : ideoque maximum malum tum probis esse videtur, tum improbis.

Jam vero mors, quæ turpibus causis alicui affertur, viro forti terribilis est : at honestissimis causis homini illata, ut illa quæ in bello oppetitur, non item, sed valde optabilis est : quæ vero a morbo vel in mari accidit mors, quatenus non gravi aliqua causa offertur, viro forti terribilis erit, quatenus autem molesta est, minime. Quamobrem fortis dicatur, qui aut pulchram

* Cap. 6. ὅτι μὲν οὖν μεσότης κτλ. — ** Φοβούμεθα δὲ δηλονότι τὰ φοβερὰ κτλ. — *** Δόξειε δ' ἂν οὐδὲ περὶ θάνατον τὸν ἐν παντὶ κτλ

νατον ἢ τὸν μὴ αἰσχρὸν ἀδεής, καὶ ὅσα θάνατον ἐπιφέρει αἰφνιδίως ἐπερχόμενα· οἷά εἰσι τὰ ἐν τῷ πολέμῳ. Ὁ γὰρ τὰ αἰφνιδίως ἐπερχόμενα δεινὰ καρτερῶν ἀπόδειξιν ἐναργῆ παρέχεται τοῦ πρὸς ἕξιν ἀνδρείας εἰληλαχέναι. Κυρίως δὲ ἀνδρεῖος, ὁ τὸν ἄριστον θάνατον καρτερῶν. Ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν τιμῶν ἔχει· τῶν μὲν γὰρ παρὰ τοῖς τυράννοις τιμῶν, ὡς οὐδὲν ὅσιον ἐχουσῶν οὐδὲ βέβαιον, ὁ ἀνδρεῖος καταφρονήσει· τῶν δὲ ἐν ταῖς πόλεσι ταῖς εὐνομουμέναις, ὡς εὐνόμων καὶ δικαίων, οὐκέτι.[h] Εἰσὶ δὲ καὶ οἱ θαλάττιοι πρὸς τὸν θάνατον ἀδεεῖς· ἀλλ' οὐχ ὁμοίως τῷ ἀνδρείῳ· οἱ μὲν γὰρ δοκοῦσι καρτερεῖν, διὰ τὸ καθάπαξ ἀπεγνωκέναι τὴν σωτηρίαν· οἱ δὲ διὰ τὴν ἐμπειρίαν ἐλπίζοντες περιγενέσθαι τῶν ἀπὸ τῆς θαλάσσης κακῶν. Ἐπεὶ οὐδὲ δυνατὸν κυρίως ἐν τοῖς τοιούτοις ἀνδρίζεσθαι· ἀνδρίζεται γάρ τις ἐν οἷς χρεία τόνου τινὸς καὶ ὁρμῆς, ἢ θάνατος σεμνός ἐστιν· ἐν κλύδωνι δέ, ἢ ἐν νόσῳ, τὰ τοιαῦτα χώραν[j] οὐκ ἔχει· οὔτε γὰρ ὁ θάνατος ἀγαθοῦ τινός ἐστιν αἴτιος, οὔτε ὁρμῇ τινι καὶ ἀλκῇ χρώμεθα πρὸς αὐτόν.

* Ἔτι τοίνυν ὁ ἀνδρεῖος περὶ τὰ φοβερὰ οὐχ ὁμοίως ἔχει. Εἰσὶ γὰρ ἄλλα ἄλλοις φοβερώτερα· οἱ μὲν γὰρ τὴν τῶν χρημάτων ἀποβολὴν μάλιστα φοβοῦνται, ὅσοι φιλοχρήματοι· οἱ δὲ τὴν ἀδοξίαν, ὅσοι δόξης μάλιστα τῶν ἄλλων ἐρῶσιν, καὶ τὰ ἄλλα ὁμοίως· (ἅτινα οἱ μὲν σφόδρα φοβοῦνται, οἱ δὲ ἔλαττον, οἱ δὲ οὐδαμῶς·) εἰσὶ δέ τινα, ἃ οὐδείς ἐστιν ἀνθρώπων, ὃς οὐ φοβεῖται· οἷά ἐστι τὰ ὑπὲρ ἄνθρωπον κακά, οἷον, καὶ σκηπτοί, σεισμοί, καὶ θαλάσσης ἐκδρομαί· ταῦτα γὰρ πᾶσι τοῖς νοῦν ἔχουσι φοβερά.

** Καὶ ὁ ἀνδρεῖος φοβεῖται μέν, ὡς δεῖ δέ, καὶ καθὼς ὁ λόγος προστάττει, καὶ τοῦ καλοῦ ἕνεκα· τοῦτο γὰρ τέλος ὁ σπουδαῖος ποιεῖται τῶν ἰδίων παθῶν καὶ τῶν πράξεων, καὶ διὰ τοῦτο πᾶσα ἀρετή. Καὶ ταῦτα δὲ οὐχ ὁμοίως πᾶσίν εἰσι φοβερά, ἀλλὰ τοῖς μὲν μᾶλλον, τοῖς δὲ ἧττον, ὥσπερ καὶ τὰ κατὰ ἄνθρωπον, ἅπερ οὐ πᾶσίν εἰσι φοβερά· οἷον, πενία, καὶ ἀδοξία καὶ τὰ τοιαῦτα· ἅτινα καὶ ὁ σπουδαῖος, ὅτε δεῖ, φοβηθήσεται, καθὼς εἴρηται, καὶ ὡς δεῖ. Ὁ γὰρ φαῦλος διὰ τοῦτο ἁμαρτάνει, ὅτι οὐ φοβεῖται καθὼς δεῖ, ἢ ὅτε δεῖ, ἢ ἔνθα δεῖ· ὁμοίως δὲ καὶ θαρρῶν οὐ κατὰ τὸν προσήκοντα τρόπον καὶ χρόνον θαρρεῖ. Ὁ μὲν οὖν θαρρῶν ἢ φοβούμενος, ἃ, καὶ οὗ ἕνεκα, καὶ ὅτε προσήκει θαρρεῖν καὶ φοβεῖσθαι, ἀνδρεῖος· κατὰ τὸ εἰκὸς γὰρ θαρρεῖ καὶ φοβεῖται, καὶ ὥσπερ ὁ λόγος τῆς ἀνδρείας[k] ἔχει. Τοῦτο γὰρ τέλος ἐστὶ πάσης ἐνεργείας τῆς κατ' ἀρετήν, τὸ κατὰ τὸν λόγον τῆς ἕξεως γίνεσθαι· οἷον, αἱ κατὰ δικαιοσύνην πράξεις τέλος ἔχουσι τὸ κατὰ τὸν λόγον τῆς ἕξεως τῆς δικαιοσύνης πράττεσθαι· καὶ αἱ κατὰ τὴν ἀνδρείαν,[l] κατὰ τὸν λόγον τῆς ἕξεως τῆς ἀνδρείας.[m] Τέλος μὲν γὰρ ἁπάσης πράξεως τὸ καλόν· καλὸν δὲ τῷ ἀνδρείῳ ὁ τῆς ἀνδρείας λόγος· καὶ

mortem non metuit, aut certe non turpem, quique non reformidat quæcunque subito ingruentia mortem inferunt, qualia sunt belli certamina. Qui enim sustinet ea quæ subito ingruunt pericula, manifesto docet, se ad summum fortitudinis habitum pervenisse. Jam vero fortis est proprie, qui pulcherrimam mortem oppetit. Ut etiam in honoribus se res habet: quippe honores quos tyranni hominibus tribuunt, quum nihil neque legitimum neque stabile habeant, vir fortis contemnet: eos autem quos in republica bonis legibus temperata adipiscimur, quum et legitimi sint et justi, non item. Quin etiam nautæ mortis metu vacant: non ita tamen, ut fortis: alii enim fidenter obire eam videntur, quod semel de salute desperarint, alii quod experientia sua freti facile sperent fore ut maritimis periculis defungantur. Nam ne fieri quidem proprie potest, ut in talibus aliquis fortiter se gerat: id enim in iis fit, in quibus vigor ille impetusque animi requiruntur, aut quum mors est clara et pulchra: in tempestate vero aut morbo talia locum non habent, quoniam neque boni alicujus causa hujusmodi mors est, neque ullo animi impetu aut robore adversus eam utimur.

Præterea vero fortis non eodem modo in terribilibus se habet. Alia enim aliis terribiliora sunt: nimirum quidam pecuniarum jacturam maxime metuunt, avari videlicet omnes: alii infamiam, quicunque scilicet præ cæteris gloriam sequuntur, eademque reliquorum ratio est; (quæ alii maxime, alii minus, alii vero omnino non metuunt:) sunt et nonnulla quæ nemo non metuit mortalium: velut illa quæ supra hominem sunt mala, exempli gratia, fulmina violenta, terræ motus, maris exundationes: hæc enim omnibus qui sapiunt terribilia sunt.

Ea ergo vir fortis quoque metuit, sed ut oportet, et ut ratio jubet, aut honestatis causa: quem finem affectuum suorum et actionum vir bonus statuit: hujus enim causa virtus omnis exercetur. Atque hæc quidem non æque omnibus terribilia sunt, sed aliis magis, aliis minus, ut ea quæ facultatem humanam non excedunt, quæque non omnibus sunt horribilia, verbi gratia paupertas, infamia atque alia hujus generis, quæ etiam vir bonus, quum oportet, metuet, sicut dictum est, et ut oportet. Quippe improbus in hoc peccat, quod nec ut oportet, nec quum oportet, nec ubi oportet metuit: pariterque in hoc delinquit, quod quum confidit, non eo quo decet modo neque opportuno tempore confidit. Qui ergo confidit aut metuit, quæ decet et cujus rei causa decet, item quum decet ipsum confidere et metuere, fortis est: quia ut par est tum confidit tum metuit, et quemadmodum fortitudinis ratio postulat. Hic enim omnis actionis honestæ finis est, ut ex habitus ratione fiat, exempli gratia, actiones justitiæ consentaneæ finem habent hunc, ut ex justitiæ habitus ratione suscipiantur; item actiones fortitudini consentaneæ ex fortitudinis habitus ratione. Siquidem omnis actionis finis est honestas; honestas vero viro

* Cap. 7. τὸ δὲ φοβερὸν οὐ πᾶσι μὲν τὸ αὐτὸ κτλ. — ** Ὁ δὲ ἀνδρεῖος, ἀνέκπληκτος κτλ.

τῷ δικαίῳ ὁ τῆς δικαιοσύνης· καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὁμοίως. Τοῦτο γάρ ἐστιν ὁ λόγος τῶν πράξεων, τὸ κατὰ τὴν ἕξιν γίνεσθαι· ὅρος γάρ ἐστιν ἑκάστῳ τὸ τέλος αὐτοῦ· ὁ μὲν οὖν ἀνδρεῖος ἐν τῷ δέοντι καὶ τῷ προσήκοντι ἕστηκε.

* Τῶν δὲ ὑπερβαλλόντων ὁ μὲν τῷ μὴ φοβεῖσθαι ὑπερβάλλων, ἀνώνυμος· εἴρηται δ' ἡμῖν ἐν τοῖς πρότερον, ὅτι πολλά ἐστιν ἀνώνυμα· καλοῖτο δ' ἂν ὁ τοιοῦτος μαινόμενος, ἢ ἀνάλγητος, εἰ μηδὲν φοβοῖτο, μήτε σεισμὸν μήτε κύματα, καθάπερ φασὶ τοὺς Κελτούς· ὁ δὲ τῷ θαρρεῖν ὑπερβάλλων περὶ τὰ φοβερά, θρασύς. Δοκεῖ δὲ καὶ ἀλαζὼν εἶναι ὁ θρασὺς καὶ προσποιητικὸς εἶναι ἀνδρείας· χρηματίζεται γὰρ ἀνδρεῖος εἶναι· ὡς γὰρ ἐκεῖνος περὶ τὰ φοβερὰ ἔχει, οὕτως ὁ θρασὺς βούλεται φαίνεσθαι. Ἐν οἷς οὖν δύναται μιμεῖται· διὸ καί εἰσιν οἱ πολλοὶ αὐτῶν θρασύδειλοι· ἐν τούτοις γὰρ θρασυνόμενοι, τὰ φοβερὰ οὐχ ὑπομένουσιν. Ὁ δὲ τῷ φοβεῖσθαι ὑπερβάλλων, δειλός· ὅτι ἃ μὴ δεῖ φοβεῖται, καὶ οὐχ ὡς δεῖ· ἐλλείπει δὲ καὶ τῷ θαρρεῖν, ὑπερβάλλει δὲ ἐν ταῖς λύπαις, καὶ δύσελπίς τίς ἐστιν ὁ δειλός· πάντα γὰρ φοβεῖται.

** Ὁ δὲ ἀνδρεῖος, ἐναντίος· εὔελπις γάρ ἐστι· τὸ γὰρ θαρρεῖν ἀπὸ τοῦ τὰ χρηστὰ ἐλπίζειν γίνεται. Περὶ τὰ αὐτὰ μὲν οὖν καὶ ὁ δειλός, καὶ ὁ θρασύς ἐστι, καὶ ὁ ἀνδρεῖος· εἰσὶ γὰρ περὶ τὰ φοβερὰ καὶ θαρραλέα· ἀλλ' οὐχ ὁμοίως, διαφόρως γὰρ ἔχουσι πρὸς αὐτά· οἱ μὲν γὰρ ὑπερβάλλουσι καὶ ἐλλείπουσιν· ὁ δὲ μέσως ἔχει, καὶ ἐπὶ τοῦ δέοντος ἵσταται. Καὶ οἱ μὲν θρασεῖς προπετεῖς, καὶ πρὸ τῶν κινδύνων ὁρμῶντες, καὶ σφόδρα βουλόμενοι τὰ δεινά, ἐν αὐτοῖς δὲ γενόμενοι ἀποπηδῶσιν· οἱ δὲ ἀνδρεῖοι τοὐναντίον, ἐν αὐτοῖς μὲν τοῖς ἔργοις ὀξεῖς, πρότερον δὲ ἡσυχίαν ἄγουσι. Καθάπερ οὖν εἴρηται, ἡ ἀνδρεία [n] μεσότης ἐστὶ περὶ θαρραλέα καὶ φοβερά, καθὼς δεῖ· καὶ ὅτι καλόν, αἱρεῖται καὶ ὑπομένει, καὶ ὅτι μὴ αἱρεῖσθαι καὶ ὑπομένειν, αἰσχρόν.

*** Τὸ δὲ ἀποθνήσκειν βουληθῆναι διὰ πενίαν, ἢ διὰ ἔρωτα, οὐκ ἔστιν ἀνδρείας, ἀλλὰ μᾶλλον δειλίας· τὸ γὰρ φεύγειν τὰ ἐπίπονα, μαλακίας καὶ χαυνότητος. Οὐ γὰρ αἱρεῖταί τις τὸν τοιοῦτον θάνατον ὅτι καλός, ἀλλ' ὅτι ἀπαλλαγή ἐστι κακοῦ, ὃ φέρειν οὐ δύναται· τὸ δὲ οὕτως ἔχειν, δειλίας. Ἡ μὲν οὖν ἀνδρεία τοιοῦτόν τι.

(Scripsi : [a] ἀνδρείας] ex Aristotele; cod. ἀνδρίας. — [b] κύριοί ἐσμεν] vulgo κύριοι ἐσμὲν. — [c] οὐκέτι] cod. οὐκ ἔτι. — [d] ἀνδρείας] cod. ἀνδρίας. — [e] ὁριζόμενοί φασιν] vulgo ὁριζόμενοι φασὶν. — [f] οὐκ εἰσὶν] vulgo οὔκ εἰσιν. — [g] οὐκέτι] cod. οὐκ ἔτι. — [h] οὐκέτι] vulgo οὐκ ἔτι. — [i] χώραν] cod. ὥραν. — [k] ἀνδρείας] cod. ἀνδρίας. — [l] ἀνδρείαν] cod. ἀνδρίαν — [m] ἀνδρείας] vulgo ἀνδρίας. — [n] ἀνδρεία] cod. ἀνδρία. —)

forti fortitudinis ratio, sicut justo justitiæ : et in aliis similiter. Hæc enim est actionum ratio, ut secundum habitum fiant, quoniam terminus etiam suus cuique finis est : fortis igitur in eo quod æquum est atque in officio consistit.

Ex iis autem qui modum excedunt, is qui non metuendo excedit, caret nomine : esse vero multa, quibus imposita nomina non essent supra diximus : sed appellari poterit talis vel insanus vel doloris expers, si nihil metuat, neque terræ motum neque fluctus, quales ajunt esse Gallos : at qui in eo modum excedit, quod in rebus formidolosis præfidat, audax est. Atque audax etiam arrogans esse sibique fortitudinis laudem vindicare videtur : quippe vir fortis appellari vult : qualis enim ille in rebus formidolosis est, talis videlicet audax quoque videri cupit. Quibuscunque ergo rebus potest, eum imitatur : quocirca eorum plerique simul audaces ac timidi sunt : namque licet in his se jactent audaciamque ostentent, res formidolosas tamen non perferunt. At qui metuendo modum excedit, is ignavus timidusque nominatur : quia quæ non oportet metuere metuit, nec ut oportet : quin etiam confidendo modum deserit, in doloribus vero ac molestiis modum excedit, nec facile quidquam sperat timidus : utpote qui omnia pertimescat.

At vir fortis huic contrarius est : quippe qui bene speret : namque ex eo ipso, quod bene sperat, fiducia illa nascitur. In iisdem igitur rebus timidus, audax et fortis versantur : siquidem circa formidolosa et audenda versantur : nec tamen similiter, quia non uno modo erga eas res affecti sunt : illi enim modum excedunt aut deserunt : hic vero mediocritatem servat, et ubi debet consistit. Atque audaces sane præpropert ac præcipites sunt, periculumque antequam in eo versentur adire volunt, postquam autem periclitari cœperunt, resiliunt : contra viri fortes in factis ipsis acres sunt et celeres, ante facta quieti et sedati. Quemadmodum igitur diximus, fortitudo mediocritas est, quæ versatur cum in iis quæ fiducia complent animos, tum in formidolosis, ut oportet : quæ et quia honestum est eligit ac perfert, et quia non eligere ac perferre turpe est.

Jam vero paupertatis aut amoris causa mori velle non est fortitudinis, sed potius timiditatis : nam quæ molesta sunt vitare, mollitiæ proprium est et levitatis. Neque enim quisquam propterea ejusmodi mortem sibi consciscit, quod honesta sit, sed ut iis defungatur malis, quæ ferre amplius non potest : ita vero affici, ignaviæ est. Talis ergo fere est fortitudo.

* Τῶν δὲ ὑπερβαλλόττων κτλ. — ** Ὁ δὲ ἀνδρεῖος, ἐναννίος κτλ. — *** Τὸ δὲ ἀποθνήσκειν, φεύγοντα πενίαν κτλ.

Κεφ. η'.

Ἔτι περὶ ἀνδρείας. [a]

* Λέγονται δὲ καὶ ἕτεραι ἀνδρεῖαι κατὰ πέντε τρόπους. Πρώτη ἡ πολιτική· καθ' ἣν οἱ πολῖται, διὰ τὰ ἐκ τῶν νόμων ἐπιτίμια καὶ τὰ ὀνείδη, καὶ διὰ τὰς τιμάς, ὑπομένουσι τοὺς ὑπὲρ τῆς πόλεως κινδύνους. Καὶ δοκοῦσιν ἀνδρειότατοι εἶναι, παρ' οἷς οἱ δειλοὶ ἄτιμοι, οἱ δὲ ἀνδρεῖοι ἔντιμοι. Οἵους καὶ Ὅμηρος ἐν τοῖς ποιήμασιν ᾄδει· οἷον, τὸν Διομήδη καὶ τὸν Ἕκτορα·

> Πουλυδάμας [b] μοι πρῶτος ἐλεγχείην ἀναθήσει·

καὶ Διομήδης·

> Ἕκτωρ [c] γάρ ποτε φήσει ἐνὶ Τρώεσσ' ἀγορεύων,
> Τυδείδης ὑπ' ἐμεῖο.

Ἔοικε δὲ αὕτη ἡ ἀνδρεία τῇ πρότερον εἰρημένῃ· ὅτι καθάπερ ἐκείνη τοῦ καλοῦ ἕνεκα, οὕτω καὶ αὕτη διά τινα γίνεται ἀρετήν. Διὰ τὴν αἰδῶ [d] γὰρ καὶ τὴν τοῦ καλοῦ ὄρεξιν, καὶ διὰ τὴν φυγὴν τοῦ ὀνείδους, αἰσχροῦ ὄντος, οἱ πολῖται ἀνδρίζονται· αἰδούμενοι γὰρ τοὺς νόμους καὶ τιμῆς ὀρεγόμενοι τοὺς κινδύνους ὑπομένουσι. Δευτέρα δὲ ἀνδρεία, καθ' ἣν ἀνδρίζονται οἱ ὑπὸ τῶν ἀρχόντων ἀναγκαζόμενοι τοὺς πόνους καρτερεῖν, καὶ πρὸς τοὺς κινδύνους ἀνδρείως ἔχειν. Χείρων δὲ αὕτη τῆς πολιτικῆς, ὅτι διὰ φόβον καὶ οὐ δι' ἔρωτα ἀγαθοῦ γίνεται· καὶ οἱ κατ' αὐτὴν ἀνδριζόμενοι οὐ τὸ αἰσχρὸν ἀλλὰ τὸ λυπηρὸν φεύγουσιν. Ἀναγκάζουσι γὰρ οἱ κύριοι, ὥσπερ ὁ Ἕκτωρ·

> Ὃν δέ κ' ἐγὼν [e] ἀπάνευθε μάχης πτώσσοντα νοήσω,
> Οὔ οἱ ἄρκιον ἐσσεῖται φυγέειν κύνας.

Κἂν μὴ παρῶσι δὲ οἱ στρατηγοὶ τῇ παρατάξει, καὶ ἀναγκάζωσι τοὺς στρατιώτας τοὺς κινδύνους καρτερεῖν, ἀλλὰ φόβον αὐτοῖς ἐνθέντες, δι' ὧν πολλάκις ἐτύπησαν λιπόντες τὴν τάξιν, τὸ αὐτὸ δρῶσι· καὶ οὕτω δι' ἀνάγκην ἀνδρεῖοι δοκοῦσιν εἶναι· δεῖ δὲ οὐ δι' ἀνάγκην αἱρεῖσθαι τὴν ἀνδρείαν, ἀλλ' ὅτι καλόν.

** Δοκεῖ δὲ καὶ ἡ περὶ τὰ καθ' ἕκαστα ἐμπειρία ἀνδρεία εἶναι. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Σωκράτης τὴν ἀνδρείαν ἐπιστήμην ἐνόμισεν εἶναι. Ἄλλοι μὲν οὖν ἐν ἄλλοις ἐπιστήμονες ὄντες ἀνδρεῖοι ἂν περὶ ταῦτα καλοῖντο· ἐν δὲ τοῖς πολεμικοῖς οἱ στρατιῶται. Δοκεῖ γὰρ εἶναί τινα ἐν τῷ πολέμῳ κενά, ἃ μάλιστα συνεωράκασιν οὗτοι, καὶ τῶν ἄλλων μὴ εἰδότων οἷς συμπλέκονται, αὐτοὶ ἀνδρεῖοι δοκοῦσιν. Ἐκ γὰρ τῆς ἐμπειρίας ταύτης δύνανται ποιῆσαι τοὺς ἀντιπάλους κακῶς, καὶ μηδὲν παθεῖν ὑπ' ἐκείνων, καὶ φυλάξασθαι μὲν τὰ βέλη καὶ τὰ δόρατα, πατάξαι δὲ αὐτοὺς εὐχερῶς, διὰ τὸ δύνασθαι χρῆσθαι τοῖς ὅπλοις καλῶς, καὶ τοιαῦτα

Cap. VIII.

Adhuc de fortitudine.

Dicuntur vero etiam aliæ quædam fortitudines, idque quinque modis. Earum prima est civilis, qua cives tum legitimis pœnis atque ignominiis compulsi, tum honoribus et præmiis invitati pro republica pericula subeunt. Quocirca viri fortissimi apud eos videntur esse, apud quos et infamia notantur ignavi, et honore afficiuntur viri fortes. Quales sunt etiam quos Homerus in carminibus celebrat, verbi causa Diomedes et Hector :

> Næ mihi Polydamas faciet convicia primus,

et Diomedes .

> Namque aliquando Hector Trojanis dicet in urbe,
> Tydides a me

Hæc autem fortitudinis species accedit ad similitudinem superioris illius, quia sicut illa honestatis causa requiritur, ita et hujus effectrix virtus est. Pudore enim honestatisque studio ducti ad vitandam ignominiam, quia turpis est, fortiter se gerunt cives : quum enim et leges vereantur et honorem appetant, pericula quoque sustinent. Altera fortitudinis species est, qua fortiter se gerunt homines a civitatum rectoribus molestiam perferre et pericula fortiter obire coacti. Est autem hæc civili inferior, propterea quod a metu, non ab amore boni proficiscitur : et quod illi qui ea sunt præditi non turpitudinem sed molestiam fugiunt. Cogunt enim ii penes quos est potestas, ut Hector :

> Quem procul a pugna sese subducere cernam,
> non tamen hic avium atque canum minus esca jacebit.

Licet autem forte imperatores absint ab acie, neque cogant milites sustinere pericula, tamen propter eum quem animis eorum injecerunt metum, quod sæpe eos quum ordinem desererent, verberibus in officio continuerunt, idem faciunt : atque ita necessario videntur fortes esse : quum contra non necessitatis, sed honestatis gratia expetenda sit fortitudo.

Videtur etiam rerum singularum experientiâ fortitudo esse. Quapropter Socrates fortitudinem scientiam esse putabat. Jam vero alii aliarum rerum periti fortes in iis dici poterunt; in bellicis vero milites. Videntur enim quædam in bello vana esse terricula, quæ maxime perspecta et cognita habent isti, ideoque quum alii ignorent, cum quo hoste confligant, ipsi fortes videntur. Namque usu hoc et exercitatione præditi possunt tum nocere adversariis, tum cavere, ne damno ab illis afficiantur, atque eorum tela quidem et lanceas vitare, ipsos vero facile ferire, propterea quod armis dextere uti sciunt atque hujusmodi armis instructi sunt, quæ ad

---

* Cap. 8. λέγονται δὲ καὶ ἕτεραι κτλ. — ** Δοκεῖ δὲ καὶ ἡ ἐμπειρία κτλ.

ἔχειν τὰ ὅπλα, ὁποῖα ἂν γένοιτο ἐπιτήδεια καὶ πρὸς τὸ πατάξαι τοὺς ἀντιπάλους, καὶ πρὸς τὸ μηδὲν παθεῖν δεινὸν ὑπ' ἐκείνων· μάχονται γοῦν ὥσπερ ὡπλισμένοι ἀνόπλοις. Καὶ ἐν τοῖς τοιούτοις ἀγῶσιν οὐχ οἱ ἀνδρειότατοι μαχιμώτατοί εἰσιν, ἀλλ' οἱ μάλιστα ἰσχύοντες, καὶ τὰ σώματα ἄριστα ἔχοντες, καὶ τὴν ἐμπειρίαν ἄριστοι· δειλοὶ δὲ γίνονται οἱ τοιοῦτοι, ὅταν ὑπερβάλλῃ ὁ κίνδυνος καὶ λείπωνται τοῖς πλήθεσι καὶ ταῖς παρασκευαῖς· πρῶτοι γὰρ οἱ ἔμπειροι φεύγουσιν. Οἱ δὲ ἀνδριζόμενοι κατὰ τὰ πολιτικὰ μένοντες ἀποθνήσκουσιν· ὅπερ κἀπὶ [f] τῷ Ἑρμαίῳ [g] συνέβη. Οἱ μὲν γὰρ παρατατόμενοι στρατιῶται ἔφυγον, αἰσθόμενοι τοῦ κινδύνου μείζονος· οἱ δὲ πολῖται μείναντες ἀπέθανον· ὁ γὰρ θάνατος αὐτοῖς αἱρετώτερος ἐδόκει τῆς σωτηρίας ταύτης· οἱ δὲ στρατιῶται ἠνδρίζοντο μέν, οἰόμενοι κρείττους εἶναι καὶ πλείους τῶν ἀντιπάλων· ἐπεὶ δὲ ἑώρων ἐλάττονες ὄντες καὶ χείρονες, ἔφυγον, τὸν θάνατον μᾶλλον φοβηθέντες, ἢ τὸ αἰσχρόν. Ὁ δὲ ἀνδρεῖος οὐ τοιοῦτος.

* Λέγεται δὲ ἀνδρεία καὶ ὁ θυμὸς παρά τισι· καὶ ἀνδρεῖοι καλοῦνται, καθάπερ τὰ θηρία, ἐπὶ τοὺς τρώσαντας φερόμενοι· ὅτι καὶ οἱ ἀνδρεῖοι θυμοειδεῖς. Ὁ γὰρ θυμὸς ὁρμητικόν ἐστι πρὸς τοὺς κινδύνους· ὅθεν καὶ Ὅμηρός φησι·

σθένος ἔμβαλε θυμῷ· [h]

καὶ

μένος καὶ θυμὸν ἔγειρε· [i]

καὶ

δριμὺ δ' ἀνὰ ῥῖνας μένος· [k]

καὶ

ἔζεσεν αἷμα· [l]

πάντα γὰρ τὰ τοιαῦτα ἔοικε σημαίνειν τὴν τοῦ θυμοῦ ἔγερσιν καὶ ὁρμήν. Ὁ μὲν οὖν ἀνδρεῖος καλοῦ τινος ἕνεκα πάντα ποιεῖ, ἄγεται δὲ ὑπὸ τοῦ θυμοῦ οὐδαμῶς, ἀλλὰ χρῆται τούτῳ συνεργῷ καθάπερ ὀργάνῳ. Οἱ δὲ λεγόμενοι ἀνδρεῖοι διὰ τὴν ὁρμὴν τοῦ θυμοῦ οὐ διὰ τὸ καλὸν πράττουσιν, ἀλλὰ διὰ λύπην· ὥσπερ τὰ θηρία διὰ τὸ πληγῆναι, ἢ διὰ τὸ φοβεῖσθαι, οὐ χρώμενα τῷ θυμῷ ἀλλ' ὑπ' αὐτοῦ μᾶλλον ἀγόμενα· οἵτινες, πρὶν πληγῆναι ἢ φοβηθῆναι, οὐδεμίαν ἐπιδείκνυνται ὁρμήν· ἐπεὶ καὶ τὰ θηρία, ἐὰν ἐν ὕλῃ ᾖ ἢ ἐν ἕλει, οὐ προσέρχονται, οὐδὲ ὁρμῶσιν. Οὐκ ἔστι τοίνυν ἀνδρεῖος, ὁ δι' ἀλγηδόνα, ἢ θυμοῦ κινοῦντος, ἢ ἄλλου τινὸς πάθους, πρὸς τὸν κίνδυνον ὁρμῶν, καὶ μηδὲν τῶν δεινῶν προορώμενος· ἐπεὶ οὕτω γε κἂν [m] οἱ ὄνοι ἀνδρεῖοι καλοῖντο δικαίως, πεινῶντες· τυπτόμενοι γὰρ οὐκ ἀφίστανται τῆς νομῆς· καὶ οἱ μοιχοὶ δὲ διὰ τὴν ἐπιθυμίαν τολμηρὰ πολλὰ δρῶσιν· ἀλλ' οὐκ εἰσὶν [n] ἀνδρεῖοι, οὔτε οἱ ὄνοι, οὔτε ἄνθρωποι, οἱ δι' ἀλγηδόνος ἢ θυμοῦ, ἢ ἄλλου τινὸς πάθους ἐξελαυνόμενοι πρὸς τὸν κίνδυνον. Ἡ δὲ φυσικωτάτη καὶ ἡ κυρίως ἀνδρεία ἐκείνη ἐστίν, ὅταν κινώμεθα μὲν διὰ τοῦ θυμοῦ, μετὰ προαιρέσεως δέ, καὶ ἕνεκα τοῦ ἀγαθοῦ. Οἱ δὲ διὰ τὰ προειρημένα ὀργιζό-

damnum hosti inferendum et a se propulsandum maxime valent: quamobrem ut armati cum inermibus decertant. Nempe in talibus certaminibus non fortissimus quisque pugnacissimus est, sed qui plurimum viribus valet corporeque est præstantissimo et magnum usum habet: verum hujusmodi milites tum ignavi fiunt, quum et periculum majus est, quam quo defungi possint, et copiis atque apparatu sunt inferiores: siquidem usu periti primi terga vertunt. At qui in civili exercitu fortiter pugnant solent in pugna ad mortem usque persistere: id quod etiam in Hermæo contigit. Nam milites quos in acie collocaverat dux, quum periculum opinione majus sentirent, fugam capessiverunt; cives vero ad mortem usque perstiterunt: potior enim tali salute illis mors videbatur: contra milites mercenarii, quamdiu se superiores esse aut plures hostibus putabant, rem bene gerebant: postquam autem se pauciores esse et inferiores viderunt, in fugam se conjecerunt, ut qui mortem magis quam dedecus timerent. Talis vero non est fortis.

Sed et ira apud nonnullos dicitur fortitudo: et qui tanquam belluæ in eos a quibus vulnerati sunt feruntur, eos fortes vocant, quia fortes etiam aliquo modo sunt iracundi. Quippe ira periculis se committere solet: unde et Homerus ait:

vimque addidit iræ:

et

vires iramque ciebat:

et

ingens tum nares subiit vigor:

et

sed sanguis ferbuit intus:

Hæc enim omnia animi concitationem atque impetum significare videntur. Vir fortis igitur honesti alicujus causa res omnes gerit, neque ullo modo ira afficitur, sed ejus auxilio tanquam instrumento utitur. Contra illi qui ob animi concitati impetum fortes appellantur, non honesti causa, sed dolore pressi omnia agunt: ritu ferarum, quæ quia sunt percussæ ab aliquo aut metuunt, ira non utuntur, sed ejus æstu potius abripiuntur: siquidem hi homines, antequam ab aliquo percutiantur aut metuant, nullum concitati animi impetum ostendunt, quum etiam belluæ, si in silva sint aut palude, neminem neque aggrediantur neque invadant. Quocirca non est fortis nominandus, qui dolore aut ira incitatus, aut alio quodam perturbati animi impetu tractus periculum adit, neque quidquam eorum quæ gravia et periculosa sunt providet: nam isto quidem modo etiam asinos merito fortes dicere licebit, quum esuriunt, quoniam ne verberibus quidem a pastu dimoventur: quin etiam adulteri cupiditate inflammati multa audacter faciunt: verum neque asini fortes sunt, neque homines, quos vel dolor vel ira vel alius denique affectus ad periculum rapit. Naturalis autem maximeque propria fortitudo est illa, quoties ira quidem incendimur, sed capto consilio et boni causa. At qui ista quæ memoravimus stomachantur non

* Καὶ τὸν θυμὸν ἐπὶ τὴν ἀνδρείαν ἐπιφέρουσιν

μενοι οὐκ ἀνδρεῖοί εἰσιν, ἀλλὰ μάχιμοι· οὐ γὰρ διὰ τὸ καλὸν ὁρμῶσι καὶ ὀργίζονται, ἀλλὰ διὰ τὸ πάθος· καὶ οὐχ ὡς δέον ἐστί, καὶ ὁ ὀρθὸς ἀπαιτεῖ λόγος, ἀλλ' ὡς ἂν κινήσειε τὸ πάθος.

* Δοκοῦσι δὲ καὶ οἱ εὐέλπιδες πάντες ἀνδρεῖοι εἶναι, οὐκ εἰσὶ [o] δὲ πάντες. Δυνατὸν γὰρ εὐέλπιδας [p] εἶναι, οὐ διὰ τὸ μὴ φοβεῖσθαι τὰ λυπηρὰ τοῦ ἀγαθοῦ ἕνεκα, ἀλλὰ διὰ τὸ πολλάκις καὶ πολλοὺς νενικηκέναι, καὶ διὰ τοῦτο θαῤῥεῖν, ὡς οὐ περιπεσοῦνται τοῖς κακοῖς· δοκοῦσι δὲ ἀνδρεῖοι, διὰ τὸ ἐοικέναι τοῖς ἀνδρείοις κατὰ τὸ θαῤῥεῖν. Ἀλλ' οἱ μὲν ἀνδρεῖοι θαῤῥοῦσι διὰ τὰ προειρημένα, οὗτοι δὲ διὰ τὸ οἴεσθαι μηδὲν πείσεσθαι λυπηρόν. Οὕτω δὲ καὶ οἱ μεθυσκόμενοι εὐέλπιδές εἰσιν, ὅτι οἴονται πάντα αὐτοῖς καθ' ἡδονὴν ἀπαντήσειν· διὰ τοῦτο καὶ ἐπειδὰν ἐναντίοις ἐντύχωσι τῶν προσδοκωμένων, ἀποπηδῶσιν. Ὁ δὲ ἀνδρεῖος ἐρχόμενα καὶ φαινόμενα τὰ λυπηρὰ ὑπομένει, ὅτι ἀγαθόν ἐστιν ὑπομένειν, ἢ αἰσχρὸν τὸ μὴ ὑπομένειν. Διὰ τοῦτο καὶ ἐν τοῖς ἀνδρείοις ἐκεῖνος μᾶλλον ἀνδρεῖός ἐστιν, ὃς ἐν τοῖς αἰφνιδίοις [q] ἀτάραχος καὶ ἄφοβός ἐστιν, ἢ ἐν τοῖς σφόδρα προδήλοις καὶ πρὸ ὀφθαλμῶν οὖσιν· ὁ μὲν [r] γὰρ προγινώσκων τὰ λυπηρά, λογισμῷ καὶ κρίσει προπαρασκευασάμενος, ὑπομείνειεν ἄν· ὁ δὲ μὴ προγινώσκων, εἶτα ἐπιόντα ὑπομένων, δῆλός ἐστιν εἰς ἕξιν ἀνδρείας ἐλθών.

** Λέγονται δὲ ἀνδρεῖοι καὶ οἱ δι' ἄγνοιαν τῶν ἀπαντησόντων κακῶν εἰς τοὺς κινδύνους ὁρμῶντες. Καὶ σχεδὸν τῶν εὐελπίδων οὐδὲν διαφέρουσι, πλὴν ὅσον οἱ μὲν εὐέλπιδες ὑπομένουσι τὰ δεινὰ χρόνον τινά· οἱ δὲ ἀγνοοῦντες, ἐπειδὰν γνῶσιν, φεύγουσιν· ὥσπερ οἱ Ἀργεῖοι ἔπαθον περιπεσόντες τοῖς Λάκωσιν, ὡς Σικυωνίοις.

fortes sunt, sed pugnaces : neque enim honestate inducti ruunt aut stomachantur, sed animi ardore abrepti : neque ut oportet aut recta ratio monet, sed prout perturbatione concitati sunt.

Videntur etiam qui bene sperant omnes esse fortes, quum tamen non sint omnes. Possunt enim nonnulli bene sperare, non quod honestatis causa res molestas non metuant, sed quod et sæpius et multos vicerunt, ideoque nunc quoque confidunt, fore ut non incidant in malum. Cæterum idcirco fortes videntur, quia quatenus fiduciam habent, fortibus similes sunt. Verum quemadmodum fortes propter eas quas diximus causas fidunt, sic hi quod a dolore et molestia tutos se fore arbitrantur. Ita ebrii quoque bene sperant, quia omnia ex animi sententia eventura sibi judicant; ideoque quum alia quam speraverant eis evenerint, aufugiunt. At vero vir fortis molestias venientes, quæ jam apparent, sustinet, quod vel sustinere eas honestum sit, vel quod non sustinere sit turpe. Quocirca etiam inter fortes ille fortior est, qui in rebus repentinis imperterritum se minimeque perturbatum præbet, quam in rebus manifestis et ante oculos positis : nam qui prænovi futura quæ molestiam afferre possunt, is ratione et judicio diu ante instructus facile ea sustinuerit : qui vero mala prius ignota tum quum ingruunt sustinet, eum fortitudinis habitum jam consecutum esse apparet.

Dicuntur et illi fortes, qui per ignorantiam malorum quæ accidere possunt, periculis se committunt. Atque hi quidem fere ab hominibus bene sperantibus nihil differunt, nisi quod hi pericula aliquamdiu sustinent : ii vero qui ignorant, simul atque cognoverunt, fugiunt : quod Argivis accidit, qui in Lacedæmonios pro Sicyoniis inciderunt.

(Scripsi : [a] ἀνδρείας] ex Aristotele, ut cæteris locis; cod. ἀνδρίας. — [b] Πουλυδάμας] ex Iliad. XXII, 100. Idem versus legitur in Magn. Moral lib. I, cap. 20 atque in Ethic. Eudem. lib. III, cap. 1. Ad Catonem vero hunc versum trahit Cicero ad Attic. II, 5 et VII, 1. — [c] Ἕκτωρ] Iliad. VIII, 148 sq. — [d] αἰδῶ] cod. αἰδῶ. [e] ὃν δέ κ' ἐγὼν] Iliad. II, 391 et 393. Utitur Aristoteles etiam Polit. III, 14 his versiculis, quos pronuntiat Agamemnon. Similia profert Hector Iliad. XV, 348-351. Nemo autem Stagiritæ in referendis versibus Homericis negligentiam carpet, quum memoria eum haud dubie fefellerit. — [f] χἀπὶ] cod. χαπὶ] — [g] Ἑρμαίῳ] Eustratius ad hunc locum ita scribit : « Horum utraque in Hermæo Coroneæ Bœotiæ urbis loco olim contigisse visa sunt. Nam quum arcem urbis per proditionem captam Onomarchus Phocensis occupasset, cives (τὰ πολιτικά) accitis e Bœotia auxiliaribus militibus, in campestri urbis loco, qui Hermæus appellabatur, cum Onomarchi copiis conflixere :)cclusisque portis, ut fugæ spes tolleretur, fortiter pro patria pugnarunt, omnesque ibi interfecti sunt; milites (οἱ στρατιῶται) vero statim a principio, ubi Charonem ex ducibus suis unum in prœlio cecidisse audiverunt, fugæ se mandarunt. « Ubi cives, patriæ defensores, (τὰ πολιτικά) opponuntur militibus mercenariis (τοῖς στρατιώταις). — [h] σθένος ἔμβαλε θυμῷ] Homeri verba Iliad. XVI, 529 μένος δέ οἱ ἔμβαλε θυμῷ *robur animo ejus injecit* mutare atque in alienam sententiam detorquere ausus est Aristoteles. Felicianus illud σθένος ἔμβαλε θυμῷ vertit *vires injicit ira*, quasi legerit θυμός. Similiter Lambinus interpretatur : *vires addidit ira*. — [i] μένος καὶ θυμὸν ἔγειρε] Hæc videntur referri ad Homeri locum Iliad. lib. V, vers. 509 seq. ὅς μιν ἀνώγει Τρωσὶν θυμὸν ἐγεῖραι, quem suo more interpola-

* Παραπλήσιον δ' ἔχουσί τι κτλ ** Ἀνδρεῖοι δὲ φαίνονται καὶ οἱ ἀγνοοῦντες κτλ.

vit Aristoteles. — [k] δριμὺ δ' ἀνὰ ῥῖνας μένος] Homerus Odyss. XXIV, 317 seq. τοῦ δ' ὠρίνετο θυμός, ἀνὰ ῥῖνας δέ οἱ ἤδη Δριμὺ μένος προὔτυψε, φίλον πατέρ' εἰσορόωντι. — [l] ἔζεσεν αἷμα] apud Theocritum XX, 15 hæc versus clausula occurrit ἐμοὶ δ' ἄφαρ ἔζεσεν αἷμα, sed Aristoteles ab alio poeta istud versiculi fragmentum mutuatus est. — [m] κἂν] cod. κᾆν] — [n] οὐκ εἰσὶν] vulgo οὔκ εἰσιν. — [o] οὐκ εἰσὶ] vulgo οὔκ εἰσι. — [p] εὐέλπιδας] cod. εὐέλπιδες. — [q] αἰφνιδίοις] cod. ἀφνιδίοις. — [r] ὁ μὲν] cod. ὃ μὲν. — [s] ἀνδρείας] cod. ἀνδρίας. —)

Κεφ. θ'.

Ἔτι περὶ ἀνδρείας· [a] ὅτι ὁ ἀνδρεῖος περὶ τὰ φοβερὰ καὶ λυπηρά ἐστι μᾶλλον, ἢ περὶ τὰ θαῤῥαλέα καὶ ἡδέα.

* Τίνες μὲν οὖν οἱ ἀληθῶς ἀνδρεῖοι, καὶ τίνες οἱ δοκοῦντες εἴρηται. Ἐπεὶ δὲ περὶ θάῤῥη καὶ φόβους ἐστὶν ἡ ἀνδρεία, οὐχ ὁμοίως περὶ ἄμφω ἐστίν· ἀλλὰ μᾶλλον περὶ τὰ φοβερά. Ὁ γὰρ περὶ τὰ φοβερὰ ἀτάραχος μᾶλλον ἀνδρεῖός ἐστιν, ἢ ὁ περὶ τὰ θαῤῥαλέα. Μείζων γὰρ ὁ ἀγὼν οὗτος, ἢ ἐκεῖνος· τὸ γὰρ ὑπομεῖναι λύπην χαλεπώτερόν ἐστιν, ἢ τῶν ἡδέων ἀπέχεσθαι. Διὰ τοῦτο καὶ λυπηρὸν ἡ ἀνδρεία, ὅτι ἀνδρεῖοί εἰσιν οἱ τὰ λυπηρὰ ὑπομένοντες· τούτου δὲ χάριν καὶ ἐπαινεῖται. Εἶ γὰρ καὶ ἡδονὴν ἔχει τινὰ ὁ ἀνδρεῖος διὰ τὸ τέλος, (τὸ γὰρ τέλος ἡδύ·) ἀλλ' ὅμως ὑπὸ τῶν λυπηρῶν οἷς παλαίει καὶ ταύτην ἀφανίζεσθαι συμβαίνει. Καθάπερ καὶ ἐπὶ τῶν γυμνικῶν ἀγώνων ἔχει· τοῖς γὰρ πύκταις τὸ μὲν τέλος ἡδύ· στέφανος γὰρ καὶ τιμαί· τὸ δὲ τύπτεσθαι ἀλγεινόν· σάρκινοι γάρ· τοῖς δὲ τοιούτοις λυπηρὸν πᾶς πόνος· ὅτι τοίνυν τὰ μὲν λυπηρὰ μεγάλα, τὸ δὲ ἡδὺ μικρόν, οὐδὲν ἡδὺ δοκοῦσιν ἔχειν· τοιοῦτον δή τι καὶ ἐπὶ τῶν ἀνδρείων συμβαίνει. Ὁ μὲν γὰρ θάνατος καὶ τὰ τραύματα λυπηρά ἐστιν αὐτοῖς, καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἀκούσια· ὑπομένουσι δὲ αὐτά, ὅτι καλὸν τὸ ὑπομένειν, ἢ ὅτι αἰσχρὸν μὴ ὑπομένειν. Καὶ τοσοῦτον μᾶλλον δοκοῦσιν, ὅσον ἂν εἶεν ἀγαθοὶ καὶ ἀνδρεῖοι, καὶ εὐδαίμονες, καὶ πᾶσαν μετελθόντες ἀρετήν· τοῖς γὰρ τοιούτοις μάλιστα ὁ θάνατος λυπηρόν, ὅτι τὸ ζῆν [b] πολλοῦ τινος ἄξιον ἦν, διὰ τὸ ἄριστα ζῆν, καὶ ὡς προσῆκεν ἀνθρώπῳ, καὶ ὁ θάνατος αὐτοὺς πολλῶν ἀποστερήσει τῶν ἀγαθῶν. Διὰ τὸ μέγεθος τοίνυν τῶν λυπηρῶν δοκεῖ τὸν ἀνδρεῖον μηδεμίαν ἡδονὴν ἔχειν· τὸ δὲ οὕτως ἀλγεῖν καὶ δάκνεσθαι ὑπὸ τῶν λυπηρῶν οὐδὲν κωλύει ἀνδρεῖον εἶναι. Τὸ μὲν γὰρ ἡττᾶσθαι τῶν λυπηρῶν καὶ ὑποχωρεῖν οὐκ ἀνδρείου, τὸ δὲ δάκνεσθαι καὶ λυπεῖσθαι οὐκ ἔτι· ὅσον γὰρ μᾶλλον λυπεῖται, καὶ λυπούμενος ὑπομένει διὰ τὸ ἀγαθόν, τοσοῦτον ἀνδρεῖος ἂν εἴη κυρίως. Ἐπεὶ καὶ ἐν πάσαις ταῖς ἄλλαις ἀρεταῖς οὐδεμία ἐνέργεια μεθ' ἡδονῆς ἐστι καθ' ἑαυτήν· ἀλλὰ μόνον διότι πρὸς τὸ τέλος ἀγαθὸν ἄγει, ἡδεῖα δοκεῖ τῷ ἐνεργοῦντι. Ἐν δὲ τοῖς στρατιώταις ἴσως οὐκ ἀνάγκη πᾶσα τὸν ἀκριβῆ τῆς ἀνδρείας ὅρον ζητεῖν· μᾶλλον δὲ χρησιμώτεροι ἂν εἶεν πρὸς τὸν πόλεμον οἱ ἀνδρείας μὲ οὐ πάνυ

* Cap. 9. περὶ θάῤῥη δὲ καὶ φόβους ἡ ἀνδρεία οὖσα κτλ.

Cap. IX.

Adhuc de fortitudine : fortem videlicet magis in iis quæ formidolosa sunt et molesta, quam quæ fiducia complent animos, aut quæ jucunda sunt versari.

Qui igitur vere fortes sint, et qui videantur esse, supra declaravimus. Sed quum in fiducia metuque versetur fortitudo, non tamen peræque in utroque, sed in rebus formidolosis magis cernitur. Nam qui in his intrepidus apparet, fortior est eo, qui in rebus quæ fiduciam afferunt constantiam suam retinet. Nimirum majus hoc est certamen, quam illud ; quia difficilius habetur molestiam sustinere, quam a jucundis se abstinere. Quocirca molesta quoque est fortitudo, quia fortes molestiam sustinent : atque hanc ob causam etiam laudatur. Quamvis enim etiam voluptate quadam fruatur fortis propter finem (nam finis ejus est jucundus) : nihilominus tamen molestiis quibus conflictatur, hanc obscurari atque adeo deleri constat. Cujusmodi quiddam et in ludis gymnicis accidit : quippe pugilibus finis ipse est jucundus, corona scilicet atque honores : at molestum est, verberibus cædi, quia ex carne constant : ideoque talibus omnem laborem molestum esse patet : quum igitur magnæ eorum sint molestiæ, parva voluptas, nulla frui voluptate videntur : hujusmodi quid etiam in viris fortibus animadvertimus. Nam mors et vulnera molesta sunt, ac propterea non voluntaria : et tamen ea perferunt, quia et perferre honestum et non perferre turpe est. Atque eo magis ista molesta videntur, quo magis vel boni vel fortes sunt, vel felices, omni denique virtutum genere præditi : nempe talibus molestissima mors est, quia ipsorum vita laudabilis fuit, quum et optime viverent et ut hominem decebat et quia mors eos plurimis bonis privatura est. Ob molestiarum igitur magnitudinem videtur vir fortis nulla frui voluptate : sed quamsi vita doleat et molestiis conflictetur, nihil tamen obstat, quominus sit fortis. Nimirum succumbere et cedere molestiis non est viri fortis, conflictari illis et dolere non item : quo enim magis dolet, ac tamen dolorem honestatis causa fert, eo magis proprie fortis est dicendus. Nam nec in reliquis virtutibus ulla inest munerum functio per se voluptaria, sed quia ad bonum finem adducit, idcirco tantum jucunda videtur homini qui eo munere fungitur. In militibus autem fortasse non est necesse, accuratam fortitudinis definitionem quærere : quin potius

μετέχοντες, τῶν ἄλλων δὲ ἀγαθῶν ἐστερημένοι· ἑτοιμότεροι γὰρ οὗτοι πρὸς τοὺς κινδύνους, καὶ τὸν βίον μικρῶν ἕνεκα κερδῶν προδιδόασιν. Οἱ γὰρ κυρίως ἀνδρεῖοι, φρόνιμοι ὄντες καὶ τὰ ἄλλα σπουδαῖοι, χαίρουσι μὲν τῷ βίῳ ἑαυτῶν ἀγαθῷ ὄντι, προΐενται δὲ αὐτὸν οὐ πάνυ ῥαδίως. Περὶ μὲν οὖν ἀνδρείας ἱκανῶς εἴρηται· ῥᾴδιον δὲ ἀπὸ τῶν εἰρημένων καὶ ὁρισμὸν αὐτῆς ἀποδοῦναι ὡς ἐν τύπῳ.

(Scripsi : [a] ἀνδρείας] ex Aristotele, ut aliis locis; cod. ἀνδρίας — [b] ζῆν] cod. ζῇν. —

Κεφ. ι΄.

Περὶ σωφροσύνης.

* Μετὰ δὲ ταῦτα περὶ σωφροσύνης λέγωμεν· ὁμοταγὴς γάρ ἐστι τρόπον τινὰ τῇ ἀνδρείᾳ, καθόσον τοῦ ἀλόγου μέρους εἰσὶν ἀμφότεραι. [a]

** Ὅτι μὲν οὖν ἡ σωφροσύνη μεσότης ἐστὶ περὶ ἡδονάς, εἴρηται ἡμῖν. Περὶ ἡδονὰς δὲ λέγω, ὅτι εἰ καὶ περὶ λύπας ἐστίν, ἀλλ' ἧττον, καὶ οὐχ ὁμοίως, ὡς περὶ τὰς ἡδονὰς ἔχει· ἐν τούτοις δὲ καὶ ἡ ἀκολασία φαίνεται.

*** Ὅτι μὲν οὖν περὶ ἡδονάς ἐστιν ἡ σωφροσύνη, εἴρηται· νῦν δὲ ἀφορίσωμεν περὶ ποίας ἐστὶ τῶν ἡδονῶν. Τῶν ἡδονῶν δὲ αἱ μέν εἰσι σωματικαί, αἱ δὲ ψυχικαί. Ἐν γὰρ φιλοτιμίᾳ καὶ φιλομαθείᾳ ἡδοναί εἰσι ψυχικαί· ἑκάτερος γὰρ ὅ τε φιλότιμος καὶ ὁ φιλομαθὴς ἥδεται ᾧ φιλεῖ, μηδὲν πάσχοντος τοῦ σώματος, ἀλλὰ μᾶλλον τῆς διανοίας· οἱ δὲ περὶ τὰς τοιαύτας ἡδονάς, οὔτε σώφρονες οὔτε ἀκόλαστοι λέγονται. Ὁμοίως δὲ οὐδὲ οἱ περὶ τὰς ἄλλας, ὅσαι οὐκ εἰσὶ σωματικαί· τοὺς γὰρ φιλομύθους καὶ διηγητικοὺς καὶ περὶ τὰ τυχόντα κατατρίβοντας τὰς ἡμέρας ἀδολέσχους ὀνομάζομεν, ἀκολάστους δὲ οὐδαμῶς· οὐδὲ τοὺς λυπουμένους ἐπὶ χρήμασιν ἢ φίλοις, ὅταν ἢ τούτους ἢ ἐκεῖνα ζημιωθῶσι.

**** Περὶ μὲν οὖν τὰς ψυχικὰς ἡδονὰς οὐκ ἔστιν ἡ σωφροσύνη· περὶ δὲ τὰς σωματικὰς εἴη ἄν· οὐ περὶ πάσας δὲ ταύτας. Οἱ γὰρ χαίροντες τοῖς ἥδεσι [b] τῶν ὁρατῶν, οἷον χρώμασι καὶ σχήμασι καὶ γραφῇ, οὔτε σώφρονες οὔτε ἀκόλαστοι λέγονται· οὐδ' ὅσοι ψόφων τινῶν καὶ μελῶν ἐρῶσιν· οὐδ' ὅσοι τῶν ἡδέων ὀσμῶν. Καίτοι ἐν τούτοις εἰσὶ καὶ μεσότητες, καὶ τὸ ὡς δεῖ, καὶ ὑπερβολαὶ καὶ ἐλλείψεις τοῦ δέοντος· ἀλλ' ὅμως οὔτε τοὺς μέσους σώφρονας λέγομεν, οὔτε τοὺς ὑπερβάλλοντας ἀκολάστους. Εἰ δὲ τῶν περὶ τὰς ὀσμὰς τοὺς μὲν μήλων ὀσμῆς ἐρῶντας, ἢ ῥόδων, ἢ θυμιαμάτων, οὐ λέγομεν ἀκολάστους, ἀλλὰ τοὺς μύρων καὶ ὄψων, ἀκολάστους καλοῦμεν· ἀλλὰ κατὰ συμβεβηκός· χαίρουσι γὰρ τούτοις οἱ ἀκόλαστοι, ὅτι διὰ τούτων ἀνάμνησις γίνεται αὐτοῖς τῶν ἐπιθυμητῶν. Ἴδοι δ' ἄν τις καὶ

ad bellum utiliores futuri sunt, qui fortitudinis vix participes, reliquis quoque virtutibus carent : quando tales ad pericula subeunda paratiores sunt, et exigui lucri causa vitam profundunt. Nam quos proprie fortes dicimus, quum prudentes sint ac cætera boni, illi vitam quoque amant suam, quod honesta sit, ideoque non facile eam profundunt. De fortitudine igitur satis dictum est : quare facile erit ex iis quæ dicta sunt rudem quandam illius definitionem depromere.

Cap. X.

De temperantia.

Post hæc de temperantia dicamus : ut quæ aliquo modo conjuncta sit cum fortitudine, quatenus utraque ejus partis est, quæ ratione caret.

Temperantiam igitur mediocritatem esse, quæ in voluptatibus versatur, jam a nobis dictum est. In voluptatibus dico, quia quamquam etiam in molestiis vertitur, minus tamen nec eodem modo vertitur, quo in voluptatibus consistit : in his vero etiam intemperantia comparet.

In voluptatibus ergo cerni temperantiam jam diximus : nunc in quibus voluptatibus versetur, definiamus. Voluptates aliæ corporis sunt, aliæ animi. Sic in honoris cupiditate et discendi studio animi voluptas consistit : uterque enim et ambitiosus et studiosus delectatur eo quod amat, quum tamen non corpus ejus illo afficiatur, sed potius mens : qui autem hujusmodi voluptatibus dediti sunt, nec temperantes nec intemperantes nominantur. Similiter neque ii qui alias consectantur voluptates, quæ ad corpus non pertinent : nam qui fabellarum cupiditate studioque rerum narrandarum ducuntur et qui in rebus fortuitis et vulgaribus totos dies conterunt, eos nugatores appellamus, intemperantes vero minime : ne eos quidem qui ex pecuniarum jactura vel amicorum morte, ubi vel his vel illis orbati sunt, majorem dolorem capiunt.

Quocirca in animi voluptatibus non cernitur temperantia : in iis vero quæ ad corpus pertinent eam versari necesse est : sed ne in his quidem omnibus. Etenim qui voluptatem capiunt e rebus quæ aspectu sentiuntur, ut coloribus, figuris, pictura, neque temperantes appellantur neque intemperantes : sicut neque qui sonitus amant aliquos aut cantus : nec qui odores jucundos. Quamquam in his quoque aliqua mediocritas, certusque et quatenus oportet, terminus est, itemque nimium illius quod oportet et parum : sed tamen neque eos qui medium quiddam tenent temperantes dicimus, neque qui modum excedunt intemperantes. Jam vero in odoris voluptate quod eos quidem, quos malorum aut rosarum aut suffimentorum odor delectat, non dicimus intemperantes, sed quos unguenta aut obsonia delectant sic vocamus, sciendum est illud fieri per accidens : si-

* Cap. 10. μετὰ δὲ ταύτην περὶ σωφροσύνης κτλ. — ** Ὅτι μὲν οὖν μεσότης ἐστὶ κτλ. — *** Περὶ ποίας οὖν τῶν ἡδονῶν, νῦν ἀφορίσωμεν κτλ. — **** Περὶ δὲ τὰς σωματικὰς εἴη ἂν σωφροσύνη κτλ.

τοὺς ἄλλους, ὅταν πεινῶσιν, ἡδομένους τῇ τῶν βρωμάτων ὀσμῇ. Ὅθεν δῆλον, ὅτι οἱ ταῖς τοιαύταις ὀσμαῖς ἡδόμενοι κατὰ συμβεβηκὸς ἥδονται· ὅτι ἀνάμνησις αὐτοῖς γίνεται τῶν βρωμάτων καὶ τῆς ἄλλης φλυαρίας, οἷς ἥδονται οἱ ἀκόλαστοι. Οὐκ ἔστι τοίνυν οὔτε τῷ ἀνθρώπῳ, οὔτε ἄλλῳ τινὶ ζώῳ κατὰ τὰς εἰρημένας αἰσθήσεις ἡδονή, εἰ μὴ κατὰ συμβεβηκός. Ἡδονὰς δὲ λέγω, περὶ ἃ ὁ ἀκόλαστός ἐστιν ἢ ὁ σώφρων. Καὶ γὰρ οἱ κύνες, εἰ καὶ χαίρουσι ταῖς ὀσμαῖς τῶν λαγωῶν, ἀλλ' οὐ δι' αὐτάς, ἀλλὰ διὰ τὴν βρῶσιν· ἀπὸ γὰρ τῆς ὀσμῆς αἴσθησιν λαμβάνοντες τῆς θήρας, διώκουσιν. Ὁμοίως δὲ καὶ ὁ λέων οὐχ ἥδεται τῇ ὀσμῇ τοῦ βοός, ἢ τῇ φωνῇ, ἀλλὰ τῇ βρώσει· ὅτι καὶ ἐγγύς ἐστι, διὰ τῆς φωνῆς ᾔσθετο· οὐδὲ χαίρει ὅτι εἶδεν, ἢ εὗρεν ἔλαφον, ἢ ἄγριον αἶγα, ὅτι βορὰν ἕξει.

* Περὶ τὰς ἡδονὰς τοίνυν, ὧν κοινωνοῦμεν καὶ τοῖς λοιποῖς ζώοις, ἡ σωφροσύνη καὶ ἡ ἀκολασία ἐστίν· αἱ δέ εἰσιν ἁφὴ καὶ γεῦσις. Διὰ τοῦτο θηριώδεις τινὲς καὶ ἀνδραποδώδεις οἱ ἀκόλαστοι φαίνονται, ὅτι οἷς ἥδονται τὰ θηρία, περὶ ταῦτά εἰσιν ἀκρατεῖς. Τούτων δὲ μᾶλλον τῇ ἁφῇ ἥδονται, ἢ τῇ γεύσει· μᾶλλον δὲ τῇ γεύσει μὲν οὐδαμῶς, ἀλλὰ τῇ ἁφῇ μόνον. Ὥστε [c] ἀκόλαστοι οὐ μόνον ἐν ταῖς ἄλλαις ἡδοναῖς, ἀλλὰ καὶ ἐν σιτίοις καὶ ἐν ποτοῖς. Καὶ τούτοις γὰρ οὐχ ὡς γευστοῖς μόνον χαίρουσι, (γεύσεως γάρ ἐστι τὸ κρῖναι τοὺς χυμούς, ὅπερ ποιοῦσιν οἱ τοὺς οἴνους δοκιμάζοντες καὶ σῖτα ὄψα ἀρτύοντες,) ἀλλὰ μᾶλλον ὡς ἁπτοῖς. Διὰ τοῦτο καί τις Φιλόξενος ὁ Ἐρύξιδος, [d] ὀψοφάγος ὤν, ηὔξατο τὸν φάρυγγα αὐτοῦ μακρότερον γεράνου γενέσθαι, ὡς ἡδόμενος τῇ ἁφῇ τῶν ὄψων. Κοινοτάτη [e] γάρ ἐστιν ἡ ἁφὴ ἐν πάσαις ταῖς αἰσθήσεσιν· ἐπεὶ καὶ ἁφῇ τινι πᾶσαι αἱ αἰσθήσεις αἰσθάνονται. Περὶ ταύτην δὴ τὴν ἁφὴν ἀκολασία ἐστί· καὶ δόξειεν ἂν δικαίως ἐπονείδιστος εἶναι, ὅτι συμβαίνει ἡμῖν, οὐ καθόσον ἐσμὲν ἄνθρωποι, ἀλλὰ καθὸ ζῷα· [f] τὸ δὲ τοῖς τοιούτοις χαίρειν καὶ τούτων μάλιστα ἐφίεσθαι, θηριῶδες. Καίτοι εἰσὶ καὶ κατὰ τὴν ἁφὴν ἐλευθέριοι ἡδοναί, ἃς ὁ ἀκόλαστος ἀφῄρηται· οἷον αἱ ἐν τοῖς γυμνασίοις διὰ τρίψεως καὶ θερμασίας γινόμεναι· οὐ γὰρ περὶ πᾶν τὸ σῶμα, ἀλλὰ περί τινα μέρη.

(Scripsi : [a] ἀμφότεραι] cod. ἀμφότεροι. — [b] ἥδεσι] codex ἥδεσι. — [c] ὥστε] cod. ὥσγε. — [d] Φιλόξενος ὁ Ἐρύξιδος] ex Ethic. Eudem. III, 2, quam scripturam agnoscunt etiam Athenæus I, p. 6. b. in verbis Φιλόξενον τὸν Ἐρύξιδος et Plutarchus Quæst. Symp. IV, 4, 2 Φιλοξένῳ τῷ Ἐρύξιδος; cod. Φιλόξενος Ἐρύξιος. De hoc Philoxeno, Eryxidis filio, vide Muretum in Comment. ad Aristot. Ethic. Nicom. lib. III, cap. 10 uberius disserentem et quos citat Wyttenbachius Opusc. Vol. II, p. 300 seq. — [e] κοινοτάτη] cod. κοινωτάτη. — [f] ζῷα] cod. ζῶα. —)

quidem his gaudent intemperantes, quia iis hæc ipsa rerum desiderabilium memoriam refricant. Cernere autem licet etiam alios, quum esuriunt, ex ciborum odore capere voluptatem. Unde apparet, eos qui ejusmodi odoribus gaudent, per accidens delectari : quia tum cibi et aliarum quibus capiuntur ineptiarum intemperantes recordari solent. Quare neque homini neque cæteris animalibus ullam sensus illi quos diximus voluptatem afferunt, nisi per accidens. Voluptates autem nomino, quibus aut intemperans servit aut temperans. Etenim canes, quamvis leporum odore delectentur, hoc tamen non odoris sed cibi causa fit : nimirum quum odor ille sensum feræ iis objiciat, eam persequuntur. Similiter etiam leo non bovis odore aut voce delectatur, sed pastu : ex voce autem eum in propinquo esse sentit : neque lætatur in hoc quod viderit invenerit ve cervum, aut capream, sed quod pastum habiturus est.

Quare in iis demum voluptatibus, quas cum reliquis animalibus communes habemus, temperantia cernitur et intemperantia : hæ autem tactus sunt et gustatus. Unde etiam bestiis similes et serviles quodammodo esse intemperantes videntur, quia quibus rebus delectantur bestiæ, earum cupiditatem illi refrenare non possunt. Ex his tactu magis quam gustatu gaudent : vel potius gustatu nequaquam, sed tactu tantum. Quamobrem intemperantes non solum in aliis voluptatibus, sed in cibo etiam et potu versantur. Etenim his non ut gustu duntaxat explorandis delectantur, (siquidem gustatus est proprie de saporibus judicare, quod faciunt ii qui vina explorant et obsonia condiunt,) sed potius ut tractabilibus. Quapropter et Philoxenus quidam, Euryxidis filius, obsoniorum gurges atque heluo, guttur sibi longius gruis gutture optavit, quippe qui ex obsoniorum tactu maximam caperet voluptatem. Omnium videlicet sensuum maxime communis est tactus, siquidem tactu quodam omnes sensus moventur. In hoc ergo tactu intemperantia cernitur : meritoque turpis et probrosa videatur, quia non qua homines, sed qua animalia sumus, nobis evenit : quocirca talibus delectari et ea maxime appetere belluarum est. Jam vero et liberales quædam voluptates sunt, quæ in tactu consistunt, sed quibus privatus est intemperans : verbi gratia quæ in gymnasiis fricatione et calefactione gignuntur : nec enim in toto corpore, sed in partibus quibusdam locum obtinent.

* Περὶ τὰς τοιαύτας δὲ ἡδονὰς ἡ σωφροσύνη κτλ.

Κεφ. ια'.

Περὶ ἐπιθυμίας.

* Ἐπεὶ δὲ περὶ ἐπιθυμιῶν ἀκόλουθον εἰπεῖν, ῥητέον ποσαχῶς ἡ ἐπιθυμία. Ἡ μὲν οὖν ἐστι κοινὴ καὶ φυσική· ἡ δὲ ἰδία καὶ ἐπίθετος. Κοινὴ μὲν οὖν ἐπιθυμία ἐστί, τὸ ὀρέγεσθαι τροφῆς ξηρᾶς ἢ ὑγρᾶς, ὅταν ἐν χρείᾳ τούτων γενώμεθα· ἰδία δὲ καὶ ἐπίθετος, τὸ τοιᾶσδε ὀρέγεσθαι ἢ τοιᾶσδε. Τοῦτο γὰρ οὐκέτι [a] φυσικὸν οὐδὲ κοινόν· οὐ γὰρ τῶν αὐτῶν πάντες ὀρέγονται, οὐδὲ ὁμοίως· ἀλλ' οἱ μὲν ταύτης, οἱ δὲ ἐκείνης· καὶ οἱ τῆς αὐτῆς ὀρεγόμενοι οὐχ ὁμοίως ὀρέγονται, ἀλλ' οἱ μὲν μᾶλλον, οἱ δὲ ἧττον. Ὥστε ἡ τοιαύτη ἐπιθυμία οὐκ ἔστι κοινὴ οὐδὲ φυσικὴ ἁπλῶς, ἀλλὰ ἐπίθετος, ὑφ' ἡμῶν ἐπινοηθεῖσα. Καίτοι κατά τινα τρόπον καὶ φυσική ἐστι, διὰ τὸ ἀκολούθως ἕκαστον τῇ ἑαυτοῦ φύσει καὶ τὴν ἐπιθυμίαν ἔχειν.

** Ἐν μὲν οὖν ταῖς φυσικαῖς ἐπιθυμίαις ὀλίγοι ἁμαρτάνουσι, καὶ καθ' ἕνα τρόπον· ὅταν χρῶνται ταῖς τοιαύταις ἐπιθυμίαις πλέον ἢ προσήκει· οἷον, ὅταν πλείω τῶν μετρίων ἐσθίωσιν, ὥσπερ οἱ γαστρίμαργοι, οἵτινες παρὰ τὸ δέον πληροῦσι τὴν φυσικὴν ἐπιθυμίαν. Τοιοῦτοι δὲ γίνονται οἱ λίαν ἀνδραποδώδεις. Ἐν δὲ ταῖς ἐπιθέτοις [b] καὶ ἰδίαις ἐπιθυμίαις πολλοὶ ἁμαρτάνουσι, καὶ κατὰ πολλοὺς τρόπους. Ἐπεὶ πολλαὶ ἰδέαι τῶν τοιούτων ἐπιθυμιῶν· πολλαὶ γὰρ ἰδέαι τροφῶν, καὶ πόσεων, καὶ ἐνδυμάτων, καὶ τῶν ἄλλων φυσικῶν ἐπιθυμητῶν· καὶ διὰ τοῦτο καὶ πολλαχῶς περὶ τὰς τοιαύτας ἐπιθυμίας ἁμαρτάνουσιν· ἢ χαίροντες οἷς μὴ δεῖ, ἢ πλέον ἢ κατὰ τοὺς πολλούς. Οἱ γὰρ ἀκόλαστοι κατὰ πάντα ὑπερβάλλουσι· χαίροντες γὰρ οἷς οὐ δεῖ, ἐάν ποτε καὶ τὰς δεούσας τῶν ἡδονῶν ἕλωνται, πλέον ἢ προσήκει, καὶ οὐχ ὡς οἱ πολλοί, χαίρουσιν αὐταῖς.

(Scripsi : [a] οὐκέτι] cod. οὐκ ἔτι. — [b] ἐπιθέτοις] codex ἐπιθέταις. —)

Cap. XI.

De cupiditate.

Quoniam superest, ut de cupiditatibus agamus, quot modis dicatur cupiditas, primum exponendum est. Alia igitur communis et naturalis est : alia propria et ascita. Et communis quidem cupiditas est appetitus alimenti vel sicci vel humidi, quum eo egemus : propria autem et ascita cupiditas, talis vel talis alimenti appetitus. Quippe ea res nec naturalis est neque communis, quia nec eadem omnes appetunt, nec eodem modo : sed alii hoc, alii illud : rursus qui idem alimentum appetunt, non eodem modo solent appetere, sed alii magis, alii minus. Quamobrem talis cupiditas neque communis est, neque simpliciter naturalis, sed ascita potius atque a nobis excogitata. Verum naturalis quodammodo etiam hæc est, quia suæ quisque naturæ convenienter cupiditate quadam trahitur.

In naturalibus igitur cupiditatibus pauci peccant, et uno quidem modo, quum hujusmodi cupiditatibus magis quam decet, ardent : verbi causa, quum justo plus edunt, ut helluones, qui ultra quam satis est naturalem cupiditatem explent. Tales autem evadunt ii qui admodum servili ingenio præditi sunt. At vero in ascitis et propriis cupiditatibus complures et multis modis peccant. Siquidem multæ ejusmodi cupiditatum sunt species, quoniam variæ quoque ciborum, potuum, indumentorum cæterarumque rerum, quas natura desiderat, formæ exstant : ideoque etiam in hujusmodi cupiditatibus multipliciter delinquunt homines, quum vel aliis atque oportet delectantur, vel magis quam plerique. Nempe intemperantes in omnibus rebus modum excedunt : quum enim aliis rebus atque oportet delectentur, si quando etiam iis quæ requiruntur voluptatibus serviunt, magis tamen quam decet, nec ut plerique iis delectantur.

Κεφ. ιβ'.

Τίνα τρόπον περὶ λύπας ἐστὶν ἡ σωφροσύνη καὶ ἡ ἀκολασία.

Ὅτι μὲν οὖν ἡ περὶ τὰς ἡδονὰς ὑπερβολή, ἡ ἀκολασία, ψεκτόν, δῆλον· ἐν δὲ ταῖς λύπαις, οὐ καθάπερ ἐπὶ τῆς ἀνδρείας [a] ἐλέγετο, ὅτι τὸ μὴ ὑπομένειν μηδὲ φέρειν δειλία ἐστίν, οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς σωφροσύνης τὸ μὴ ὑπομένειν ἀκολασία ἐστίν, ἢ τὸ φέρειν σωφροσύνη· ἀλλ' ἔστιν ἀκολασία περὶ τὰς λύπας, ὅταν τις λυπῆται τῶν ἡδέων οὐ τυγχάνων, πλέον ἢ δεῖ, καὶ οὐχ ὡς δεῖ· καὶ σωφροσύνη ὁμοίως, ὅταν τις ὅσον δεῖ λυπῆται, καὶ ὡς δεῖ, καὶ ἐφ' οἷς δεῖ, καὶ μηδεμίαν αὐτῷ λύπην ἐπάγῃ ἡ τῶν ἡδέων ἀπουσία. Ὁ γὰρ ἀκόλαστος ἐπιθυμεῖ τῶν ἡδέων πάντων ἢ τῶν μά-

Cap. XII.

Quomodo in doloribus temperantia et intemperantia cernatur.

Voluptatum ergo abundantiam, id est intemperantiam, vituperabilem esse apparet : in molestiis autem, non quemadmodum de fortitudine exponebamus, non sustinere aut non perferre illas timiditatem esse, sic etiam de temperantia dicendum, non sustinere eas intemperantiam esse, aut ferre temperantiam : sed est circa dolores intemperantia, quum aliquis plus quam oportet, aut non ut oportet, dolet se carere voluptatibus : similiterque temperantia, quum quantum oportet, aut ut oportet, aut ob quæ oportet tristatur aliquis, voluptatumque vacuitas nullam ei molestiam exhibet. Intemperans enim

* Cap. 11. τῶν δ' ἐπιθυμιῶν αἱ μὲν κοιναὶ δοκοῦσιν εἶναι κτλ. — ** Ἐν μὲν οὖν ταῖς φυσικαῖς ἐπιθυμίαις κτλ.

λιστα, καὶ ἄγεται ὑπὸ τῆς ἐπιθυμίας, ὥστε ἀντὶ πάντων τὰ ἡδέα αἱρεῖσθαι. Διὸ καὶ λυπεῖται ἀποτυγχάνων τῶν ἐπιθυμητῶν· μετὰ λύπης γὰρ ἡ ἐπιθυμία. Ὥστε καὶ ἄτοπόν τι δοκεῖ, τὸ δι' ἡδονὴν λυπεῖσθαι, καὶ αἰτίαν εἶναι τὴν ἡδονὴν τοῦ ἐναντίου. Ἡ μὲν οὖν περὶ τὰς ἡδονὰς ὑπερβολὴ ἀκολασία ἐστίν, ὡς εἴρηται.

* Ἡ δὲ ἔλλειψις ὄνομα οὐχ ἔχει διὰ τὸ μὴ πάνυ εὑρίσκεσθαι. Οἱ γὰρ περὶ τὰς ἡδονὰς ἐλλείποντες καὶ τοῦ δέοντος ἔλαττον ἐπιθυμοῦντες αὐτῶν οὐ πάνυ γίνονται· σχεδὸν γὰρ ἔξω τῆς ἀνθρωπίνης φύσεώς ἐστιν ἡ τοιαύτη ἀναισθησία. Καίτοι καὶ τὰ ἄλογα ζῷα [b] διακρίνει τὰ βρώματα, καὶ χαίρει μὲν τοῖς ἡδέσι, τοῖς δὲ μὴ τοιούτοις οὐδαμῶς. Εἰ δέ τις οὐδὲν ἡδὺ νομίζει εἶναι, οὐδὲ γινώσκει διαφορὰν τῶν ἡδέων καὶ τῶν ἐναντίων, πόῤῥω ἂν εἴη τοῦ ἄνθρωπος εἶναι. Ἡ μὲν οὖν περὶ τὰς ἡδονὰς ἢ λύπας ἔλλειψις ἢ ὑπερβολὴ κακία ἐστίν.

** Ἀρετὴ δὲ τὸ μέσον, ἡ σωφροσύνη. Ὁ γὰρ σώφρων οὔτε ἥδεται μάλιστα οἷς ὁ ἀκόλαστος, ἀλλὰ μᾶλλον δυσχεραίνει πᾶσιν, οἷς οὐ δέον ἐστὶ χαίρειν· οὔτε οἷς χαίρει, μᾶλλον χαίρει τοῦ δέοντος, οὔτε λυπεῖται τῶν ἡδέων ἀπόντων, οὐδ' ἐπιθυμεῖ τῶν ἡδέων, ἢ ἐπιθυμῶν μετρίως ἐπιθυμεῖ, καὶ οὐ πλέον ἢ δεῖ, οὐδὲ ὅτε μὴ δεῖ. Ὅσα μέντοι πρὸς ὑγίειάν ἐστιν ἢ πρὸς εὐεξίαν συντελοῦντα, ἡδέα ὄντα, ἢ τὸ ἐλάχιστον οὐχ ἐμποδὼν γινόμενα τῇ ὑγιείᾳ καὶ τῇ εὐεξίᾳ, τούτων ὀρέγεται μέν, μετρίως δὲ καὶ καθὼς δεῖ. Ὁ γὰρ ἡδονῶν ἐπιθυμῶν, αἵτινες αὐτῷ πρὸς τὸ εἶναι ἐμποδὼν γίνονται ἢ πρὸς τὸ εὖ εἶναι, παρὰ τὸ δέον ἐπιθυμεῖ. Ὁ δὲ σώφρων οὐ τοιοῦτος, ἀλλ' ὡς ὁ ὀρθὸς λόγος.

(Scripsi : [a] ἀνδρείας] cod. ἀνδρίας. — [b] ζῷα] cod. ζῶα. —)

omnia quæ jucunda sunt concupiscit, aut certe quæ jucundissima, atque ita cupiditate trahitur, ut reliquis omnibus ea quæ oblectationem habent anteponat. Quare etiam dolet, quoties voto non potitur : semper enim cum dolore cupiditas conjuncta est. Quamobrem absurdum videtur, propter voluptatem dolore affici ipsamque voluptatem contrarii causam esse. Est igitur voluptatum abundantia, ut diximus, intemperantia.

Defectus vero, quia raro reperitur, vacat nomine. Qui enim in expetendis voluptatibus modum deserant; minusque quam oportet eas concupiscant, raro exoriuntur : siquidem ejusmodi stupor fere in humanam naturam non convenit. Verum bruta quoque animalia pastum discernunt, ita ut jucundo pabulo delectentur, contrario non item. Quodsi quis nihil jucundum esse existimet, neque suavium contrariarumque rerum discrimen noverit, is profecto ab humanitate fuerit remotissimus. Quocirca voluptatum vel molestiarum defectus aut abundantia in vitiis numerantur.

Virtus autem mediocritas est, nimirum temperantia. Nam temperans neque iis maxime delectatur, quibus intemperans, sed potius iis omnibus offenditur, quibus gaudere non oportet : neque quibus gaudet, iis magis gaudet quam oportet, neque dolet quum jucunda absunt, neque voluptates concupiscit, aut si eas concupiscit, mediocriter certe, nec magis quam oportet, neque quum non oportet. Quæcunque vero ita jucunda sunt, ut ad bonam valetudinem vel optimum corporis habitum multum conferant, aut saltem neque huic obsint neque illi, ea quidem appetit, sed mediocriter et ut oportet. Qui enim voluptates concupiscit, quæ ipsum impediunt, ne vivat aut ne felicitate utatur, secus quam decet concupiscit. At homo temperans talis non est, sed ut recta ratio præcipit.

Κεφ. ιγ'.

Ὅτι ἡ ἀκολασία μᾶλλον ἑκούσιόν ἐστιν ἢ ἡ δειλία.

*** Ἐπεὶ δὲ καὶ ἡ ἀκολασία καὶ ἡ δειλία ἑκούσιά εἰσι, ζητητέον, εἰ ὁμοίως εἰσὶν ἑκούσια. Δοκεῖ δὲ μὴ ὁμοίως, ἀλλὰ τὴν ἀκολασίαν μᾶλλον ἑκούσιον εἶναι. Τῆς μὲν γὰρ δειλίας ἡ λύπη αἰτία· διὰ γὰρ τὸ φοβεῖσθαι τὴν λύπην δειλοὶ γινόμεθα. Τὴν δὲ ἀκολασίαν ἡ ἡδονὴ ποιεῖ· ὧν ἡ μὲν ἡδονὴ αἱρετόν, ἡ δὲ λύπη φευκτόν. Ὃ δὲ διὰ τὸ αἱρετὸν ποιοῦμεν, μᾶλλόν ἐστιν ἑκούσιον τοῦ διὰ τὸ φευκτὸν γινομένου. Καὶ ἡ μὲν λύπη ἐξίστησι καὶ φθείρει τὴν τοῦ ἔχοντος φύσιν, ἡ δὲ ἡδονὴ οὐδὲν τοιοῦτον ποιεῖ.

**** Διὰ τοῦτο καὶ ἐπονειδιστότερον ἡ ἀκολασία τῆς δειλίας. Ἐπεὶ γὰρ διὰ τὸ ἑκούσιον ἀγαθὸν ἢ κακὸν ἐπαινεῖταί τις ἢ ψέγεται, φανερὸν ὅτι τὸ κακόν, ἢ τὸ ἀγαθόν, καθόσον ἐστὶν ἑκούσιον, κατὰ τοσοῦτον

Cap. XIII.

Intemperantiam magis voluntariam esse quam timiditatem.

Quoniam ergo et intemperantia voluntaria est et timiditas, quærendum, sintne eodem modo voluntariæ. Quæ res tamen non ita videtur se habere, sed intemperantia magis voluntaria esse. Timiditatis enim causa dolor est : quum enim dolorem timeamus, timidi evadimus. At intemperantiam voluptas creat : e quibus voluptas expetenda, dolor fugiendus est. Quod vero rei expetendæ causa facimus, magis voluntarium est, quam quod rei fugiendæ gratia fit. Adde quod dolor naturam hominis mœrore afflicti corrumpit ac depravat, quum nihil tale faciat voluptas.

Quapropter intemperantia probrosior etiam quam timiditas est. Quum enim aliquis propter id quod sponte vel bene vel male facit aut laudetur aut vituperetur, patet malum aut bonum, quatenus e voluntate pendet, eatenus

* Ἐλλείποντες δὲ περὶ τὰς ἡδονὰς κτλ. — ** Ὁ δὲ σώφρων μέσως περὶ ταῦτ' ἔχει κτλ. — *** Cap. 12. ἑκουσίῳ δὲ μᾶλλον ἔοικεν ἡ ἀκολασία τῆς δειλίας κτλ. — **** Διὸ καὶ ἐπονειδιστότερον κτλ.

ἐπαινεῖται μᾶλλον, ἢ ψέγεται. Ἐπεὶ καὶ εὐκολώτερόν ἐστι τῆς ἀκολασίας ἀποστῆναι, ἢ τῆς δειλίας· οἱ γὰρ ἐθισμοί, δι' ὧν τὰ τοιαῦτα κατορθοῦνται, ἐπὶ μὲν τῆς δειλίας ἐπικίνδυνοί εἰσιν, (οἱ γὰρ ἐν τῷ πολέμῳ ἐθισμοί, καὶ ἐν ἄλλοις τισὶ φοβεροῖς, δι' ὧν τὴν δειλίαν ἐκβάλλομεν, οὐ πόρρω κινδύνων·) οἱ δὲ σώφρονες ἐθισμοὶ καθάπαξ εἰσὶν ἀκίνδυνοι· ὥστε καὶ διὰ τοῦτο μᾶλλον ἑκούσιόν ἐστιν ἡ ἀκολασία τῆς δειλίας.

* Δόξειε δ' ἂν οὐχ ὁμοίως ἑκούσιον εἶναι τὴν δειλίαν τοῖς καθ' ἕκαστον. Ἡ μὲν γὰρ δειλία, αὐτὴ δηλονότι ἡ ἕξις, ἄλυπός ἐστιν· οὐ γὰρ ἀναγκαζόμεθα παρ' οὐδενὸς λυπηροῦ δειλοὶ εἶναι· ὥστε μᾶλλον ἑκούσιόν ἐστι· τὰ δὲ κατὰ τὴν δειλίαν ἔργα, ἃ ποιοῦμεν διὰ λύπην καὶ φόβον, ἀνάγκῃ τινὶ ποιοῦμεν, ἥτις ἐξίστησιν ἡμᾶς, καὶ πείθει τὰ ὅπλα ῥίπτειν, καὶ τὰ ἄλλα ἀσχημονεῖν· καὶ τούτου χάριν ἧττον ἑκούσιά εἰσι τὰ καθ' ἕκαστον. Ἐπὶ δὲ τῆς ἀκολασίας τὸ ἀνάπαλιν ἔχει. Αὐτὴν μὲν τὴν ἀκολασίαν οὐδεὶς ἐπιθυμεῖ, οὐδὲ βούλεταί τις ἀκόλαστος εἶναι· τὰ δὲ κατὰ τὴν ἀκολασίαν ἔργα σφόδρα ὀρεγόμενοι ποιοῦσιν· ὥστε τὴν ἀκολασίαν ἧττον ἑκούσιον εἶναι τῶν καθ' ἕκαστα.

** Τοῦτο δὲ τὸ ὄνομα τῆς ἀκολασίας καὶ ἐπὶ τὰς παιδικὰς ἁμαρτίας φέρομεν, καὶ τοὺς ἁμαρτάνοντας τῶν παίδων ἀκολάστους καλοῦμεν. Ἔχουσι γὰρ αἱ τοιαῦται ἁμαρτίαι πρὸς τὴν εἰρημένην ἀκολασίαν ὁμοιότητά τινα· πότερον δὲ ἀπὸ ποτέρου καλεῖται, ζητεῖν, οὐδὲν πρὸς τὸν λόγον τὸν προκείμενον συντελεῖ· πλὴν ἐκεῖνο εἰπεῖν εἰκός, ὅτι τὸ ὕστερον ἀπὸ τοῦ προτέρου καλεῖσθαι μᾶλλον προσήκει, καὶ ἀπὸ τῶν παιδικῶν ἁμαρτιῶν ἐπὶ ταύτην τὴν ἀκολασίαν τὸ ὄνομα μετενεχθῆναι. Ἔοικε δὲ οὐ κακῶς, ἀλλὰ καὶ λίαν προσηκόντως μετενεχθῆναι τὸ ὄνομα· ὥσπερ γὰρ κολάζειν δεῖ τὸν παῖδα τῶν αἰσχρῶν ὀρεγόμενον, καὶ συστέλλειν εἴσω τοῦ μετρίου τὴν ὄρεξιν αὐτοῦ, οὕτω καὶ τὴν ἐπιθυμίαν κεκολάσθαι [a] δεῖ, πολλὴν αὔξησιν ἔχουσαν. Ὅ τε [b] γὰρ παῖς, εἰ μὴ παιδαγωγοῖτο, τὴν ὄρεξιν τοῦ ἡδέος ἄπληστον ἔχων, καὶ μάλιστα διὰ τὴν ἡλικίαν, ἔξω τοῦ δέοντος πεσεῖται· ἥ τε ἐπιθυμία, εἰ μὴ ὑπὸ λόγου κολάζοιτο, ἐπὶ πολὺ ἥξει· καὶ ὑπὸ τῶν κατ' ἐπιθυμίαν ἐνεργειῶν αὐξανομένη, καὶ τὸν λογισμὸν ἐκκρούει πολλάκις. Διὸ δεῖ μετρίας τὰς ἐπιθυμίας καὶ ὀλίγας εἶναι, καὶ τῷ λόγῳ μηδὲν ἐναντιοῦσθαι. Τὰς δὲ τοιαύτας εὐπειθεῖς λέγομεν καὶ κεκολασμένας· ὥστε εἰκότως τοὐναντίον ἐπί τε τῶν παίδων καὶ τῆς ἐπιθυμίας ἀκολασία καλεῖται. Ὥσπερ γὰρ τὸν παῖδα δεῖ κατὰ τὸ πρόσταγμα τοῦ παιδαγωγοῦ ζῆν, οὕτω καὶ τὸ ἐπιθυμητικὸν κατὰ τὸν λόγον· διὸ δεῖ τοῦ σώφρονος τὸ ἐπιθυμητικὸν συμφωνεῖν τῷ λόγῳ· σκοπὸς γὰρ ἀμφοῖν τὸ καλόν. Καὶ ἐπιθυμεῖ ὁ σώφρων ὧν δεῖ καὶ ὡς [c] δεῖ, καὶ ὅτε· οὕτω δὲ τάττει καὶ ὁ λόγος. Ταῦτ' οὖν ἡμῖν εἰρήσθω περὶ σωφροσύνης.

(Scripsi : [a] κεκολάσθαι] cod. κεκολᾶσθαι. — [b] ὅ τε] vulgo ὅ, τε. — [c] ὡς] cod. ὢς. —]

magis laudari aut vituperari. Nam etiam facilius est ab intemperantia desistere, quam a timiditate : quippe consuetudo, qua ejusmodi vitia emendantur, si timiditatem spectes, cum periculo conjuncta est, (nimirum abjiciendi timoris consuetudo, quam in bello aut alia re terribili asciscimus, non longe a periculo abest :) si temperantiæ rationem habeamus, omnino periculis vacat : quare ob hanc quoque causam intemperantia magis voluntaria est, quam timiditas.

Sed ut mea fert opinio, aliter timiditas sponte contrahitur, aliter res singulas sponte nostra extimescimus. Timiditas enim, ipse videlicet habitus, doloris expers est : neque enim ulla reperitur molestia quæ nos timidos esse cogat : itaque magis e nostra voluntate pendet : at vero timiditatis opera, quæ propter dolorem vel metum gerimus, necessitate coacti facimus, quæ nos stupefactos adducit, ut arma abjiciamus aliaque indecora committamus : ideoque res singulæ minus voluntariæ esse videntur. In intemperantia vero contrarium valet. Ipsam quidem intemperantiam nemo cupit, neque quisquam intemperans esse vult, sed intemperantiæ opera cupidissime faciunt, ita ut intemperantia minus e nostra voluntate pendeat, quam res singulæ.

Hoc autem intemperantiæ nomen ad puerilia etiam errata transferimus, puerosque qui peccant intemperantes vel lascivos nominamus. Namque hujusmodi errata ad ejus de qua agitur intemperantiæ similitudinem quandam accedunt : utrum vero ab utro appelletur, quum ad institutum nostrum non faciat, quærere nihil attinet : nisi forte posterius a priori potius denominari verisimile esse dicendum est, atque adeo a puerilibus erratis ad hanc intemperantiam translatum esse nomen. Nec sane male, sed admodum convenienter hæc translatio videtur esse facta : ut enim puerum turpia appetentem castigari oportet, ejusque libidinem quasi cancellis circumscriptam coerceri : ita appetitum longius evagantem castigare nos decet. Etenim puer, nisi educetur, insatiabili voluptatum cupiditate incensus, et quidem præcipue ob ætatem, facile officium deserat : et cupiditas nisi ratione castigetur, longissime processerit : quin etiam dum quotidie actionibus ex libidine susceptis latius serpit, sæpe etiam mentem ac rationem de sua sede detrudit ac deturbat. Quare et mediocres et paucas oportet esse cupiditates, et quæ cum recta ratione non pugnent. Tales autem obedientes et castigatas appellamus : unde non immerito contrarium tam in pueris quam in cupiditate intemperantiæ nomine notatur. Ut enim puer ex pædagogi præscripto vivere, sic et vis concupiscendi obtemperare rationi debet : quocirca debet in viro temperante cum ratione concinere ea pars animi quæ ad concupiscendum valet : quia utrique propositum est honestum. Quippe appetit temperans quæ oportet omnia, et quemadmodum et quo tempore oportet : hoc enim et ratio præscribit. Atque hæc quidem de temperantia nobis dicta sint.

* Δόξειέ τ' ἂν οὐχ ὁμοίως ἑκούσιον ἡ δειλία εἶναι κτλ. — ** Cap. XII. Τὸ δ' ὄνομα τῆς ἀκολασίας κτλ.

ΑΝΔΡΟΝΙΚΟΥ ΤΟΥ ΡΟΔΙΟΥ

ΗΘΙΚΩΝ ΤΩΝ ΝΙΚΟΜΑΧΕΙΩΝ

ΠΑΡΑΦΡΑΣΕΩΣ

ΒΙΒΛΙΟΝ ΤΕΤΑΡΤΟΝ.

Κεφ. α'.

Περὶ ἐλευθεριότητος.

* Καὶ ἡ ἐλευθεριότης δὲ τοῦ ἐπιθυμητικοῦ ἐστιν ἀρετή· καὶ διὰ τοῦτο μετὰ τὴν σωφροσύνην περὶ ἐλευθεριότητος λέγωμεν. [a] Ἔστι δὲ ἐλευθεριότης ἡ περὶ χρήματα μεσότης, ὅταν οὔτε πλέον τοῦ δέοντος, οὔτε ἔλαττον ἀναλίσκωμεν, ἀλλ' ὡς δεῖ, καὶ ἐφ' οἷς προσήκει, καὶ ὧν ἕνεκα· ἐπαινεῖται γὰρ ὁ ἐλευθέριος οὐχ ἐν τοῖς πολεμικοῖς οὐδ' ἐν οἷς ἐπαινεῖται ὁ σώφρων, οὐδ' αὖ ἐν ταῖς κρίσεσιν, ὥσπερ ὁ δίκαιος, ἀλλὰ περὶ δόσιν χρημάτων καὶ λῆψιν.

** Μᾶλλον δὲ ἐπαινεῖται ἐν τῇ δόσει.

*** Χρήματα δὲ λέγομεν πάντα, ὅσων ἡ ἀξία νομίσματι μετρεῖται. Ἡ μὲν οὖν περὶ χρήματα μεσότης ἡ ἐλευθεριότης ἐστίν· ἡ δὲ ὑπερβολὴ ἡ ἀσωτία· ἔλλειψις δὲ ἡ ἀνελευθεριότης.

**** Ἀσωτίαν δὲ οὐ μόνον τὴν περὶ τὰ χρήματα ὑπερβολὴν καλοῦμεν, ἀλλὰ ἐνίοτε καὶ τοὺς ἀκολάστους ἀσώτους καλοῦμεν, οἵτινες πολλὰ δι' ἀκολασίαν δαπανῶσι, καὶ ἀσωτίαν τὴν τοιαύτην κακίαν ὀνομάζομεν. Διὰ τοῦτο καὶ φαυλότατοί εἰσιν οἱ τοιοῦτοι, πολλὰς ἅμα κακίας ἔχοντες, καὶ περὶ χρήματα δὲ καὶ ἡδονὰς διεφθαρμένοι· διὰ τοῦτο οὐδὲ οἰκείως προσαγορεύονται ἑνὶ ὀνόματι μίαν κακίαν δηλοῦντι· βούλεται γὰρ ἄσωτος εἶναι ὁ ἕν τι κακὸν ἔχων, τὸ φθεῖρον τὴν οὐσίαν· ἄσωτος γὰρ ὁ δι' ἑαυτὸν ὀλλύμενος· δοκεῖ γὰρ ἀπώλειά τις αὐτοῦ εἶναι καὶ ἡ τῆς οὐσίας φθορά, ὡς τοῦ ζῆν [b] διὰ τῶν χρημάτων ὄντος.

***** Ἀσώτους μὲν οὖν καὶ τοὺς ἀκρατεῖς καὶ εἰς ἀκολασίαν δαπανηροὺς καλοῦμεν· ἀνελευθέρους δὲ μόνους τοὺς πλέον ἢ δεῖ τῶν χρημάτων ἀντεχομένους καὶ πρὸς τὴν ἐλευθεριότητα ἐλλείποντας.

****** Ἐπεὶ τοίνυν πᾶσιν, ὧν χρεία τίς ἐστιν, οἷον δόξης, ἢ τροφῆς, τούτοις δυνατὸν χρῆσθαι καὶ εὖ καὶ κακῶς· τοιοῦτον δὲ καὶ ὁ πλοῦτος, (καὶ τούτου γὰρ χρεία τίς ἐστιν ἐν τῷ βίῳ·) δυνατὸν ἄρα χρῆσθαι τῷ πλούτῳ καὶ εὖ καὶ κακῶς· ἐπεὶ δὲ ἑκάστῳ πράγματι ἐκεῖνος χρῆται καλῶς, ὁ ἔχων τὴν περὶ αὐτὸ ἀρετήν, καὶ τῷ πλούτῳ ἐκεῖνος χρήσεται ἄριστα, ὁ ἔχων τὴν περὶ αὐτὸν ἀρετήν· οὗτος δέ ἐστιν ὁ ἐλευθέριος.

ANDRONICI RHODII

ETHICORUM NICOMACHEORUM

PARAPHRASIS

LIBER IV.

Cap. I.

De liberalitate.

Est et liberalitas virtus, quæ ad eam animi partem pertinet, in qua regnat cupiditas : ac propterea, postquam de temperantia egimus, de liberalitate disseramus. Est autem liberalitas mediocritas quædam in erogandis pecuniis, quum neque plus quam oportet, neque minus, sed quemadmodum oportet et in quæ decet et quorum causa decet eas impendimus : laudatur enim homo liberalis neque in re bellica, neque in quibus temperans laude afficitur, neque rursus in judiciis, ut vir justus, sed in donatione et acceptione pecuniæ.

Veruntamen magis in donatione.

Pecunias autem appellamus omnia, quorum æstimationem nummo metimur. Mediocritas ergo in erogandis pecuniis liberalitas est : contra effusus sumtus profusio, defectus autem illiberalitas.

Jam vero profusionem non solum effusum sumtum vocamus, sed etiam intemperantes nonnunquam prodigos dicimus, qui per intemperantiam multa profundunt, ac tale vitium profusionis vocabulo nuncupamus. Quamobrem hujusmodi etiam homines pessimi sunt, utpote qui multis simul vitiis serviant, et quorum dignitati tum pecunia tum voluptates labem asperserint : ac propterea ne uno quidem ac proprio nomine unum vitium designante appellantur : videtur enim prodigus is esse, qui uno est vitio affectus, nimirum eo quod rem familiarem perdat et consumat : est vero prodigus qui sua ipsius culpa perit, quia videtur exitium quoddam sui ipsius esse etiam facultatum interitio, quasi ex his tota vivendi ratio pendeat.

Prodigos ergo simul incontinentes simul eos, qui in libidinem atque intemperantiam sumtus immensos faciunt, appellamus : illiberales vero eos tantum qui magis quam oportet pecuniis adhærent et liberalitatis officio desunt.

Quum igitur omnibus, quorum est usus aliquis, ut gloria vel cibo, aut bene quis uti possit aut male : talesque etiam divitiæ sint, (nam et harum aliquis in vita usus est :) sequitur, ut iis quoque aut bene aliquis uti possit aut male : quum autem rebus singulis bene utatur ille, qui propria cujusque rei virtute est præditus, etiam divitiis optime utetur, qui virtutem eam, quæ ad pecuniarum usum pertinet, consecutus erit : atque hic est liberalis.

* Lib. IV, Cap. 1 Λέγομεν δ' ἑξῆς περὶ ἐλευθεριότητος κτλ. — ** Μᾶλλον δ' ἐν κτλ. — *** Χρήματα δὲ λέγομεν κτλ. — **** Ἔστι δὲ καὶ ἡ ἀσωτία κτλ. — ***** Καὶ τὴν μὲν ἀνελευθερίαν κτλ. — ****** Ὧν δέ ἐστι χρεία κτλ.

* Ἡ δὲ χρῆσις τῶν χρημάτων οὐδὲν ἄλλο ἐστίν, ἢ δαπάνη καὶ δόσις. Ἡ δὲ λῆψις καὶ φυλακὴ οὐ χρῆσις δοκεῖ, ἀλλὰ μᾶλλον κτῆσις. Διὰ τοῦτο ὁ ἐλευθέριος περὶ τὴν δαπάνην ἐστὶ τῶν χρημάτων μᾶλλον ἢ περὶ τὴν λῆψιν· καὶ μᾶλλον αὐτῷ προσήκει τὸ εἰδέναι, ὅπως δεῖ δαπανᾶν, καὶ ὧν ἕνεκα, καὶ πρὸς οὕς, ἢ ὅπως δεῖ λαμβάνειν, καὶ ὧν ἕνεκα, καὶ παρ' ὧν δεῖ. Ἔστι μὲν γὰρ περὶ τὴν χρῆσιν τοῦ πλούτου, καθὼς εἴρηται· χρῆσις δὲ ἡ δόσις μᾶλλόν ἐστιν, [c] ἢ ἡ λῆψις. Καὶ ἔτι μᾶλλον δοκεῖ ἀρετὴ εἶναι, τὸ εὖ ποιεῖν ἢ τὸ εὖ πάσχειν, καὶ τὸ τὰ καλὰ πράττειν, ἢ τὸ τὰ αἰσχρὰ μὴ πράττειν· ἕπεται δὲ τῇ μὲν δόσει τὸ εὖ ποιεῖν καὶ τὸ τὰ καλὰ πράττειν, τῇ δὲ λήψει τὸ εὖ πάσχειν καὶ τὸ αἰσχρὰ μὴ πράττειν. Τὸ γὰρ λαβεῖν ὅθεν δεῖ εὖ πάσχειν ἐστίν, καὶ τὸ μὴ λαβεῖν ὅθεν οὐ δεῖ, τὸ μὴ αἰσχρὰ πράττειν ἐστίν. Ἔτι, ὃ μᾶλλον ἐπαινεῖται, τοῦτο μᾶλλον ἀρετῇ προσήκει, μᾶλλον δὲ ἐπαινεῖται τὸ ὡς δεῖ διδόναι, ἢ τὸ ὡς δεῖ λαμβάνειν· ἡ γὰρ χάρις, καὶ ὁ ἔπαινος τῷ διδόντι μᾶλλον, ἢ τῷ μὴ λαμβάνοντι. Ἔτι περὶ τὸ δυσχερέστερόν ἐστιν ἡ ἀρετή· δυσχερέστερον δέ ἐστι διδόναι καλῶς, ἢ λαμβάνειν, ἢ μὴ λαμβάνειν καλῶς· τὸ γὰρ οἰκεῖον προέσθαι πολλῷ δυσχερέστερον τοῦ τὸ ἀλλότριον ἀποπέμψασθαι· μᾶλλον ἄρα προσήκει τῷ ἐλευθερίῳ διδόναι καλῶς, ἢ οὐ λαμβάνειν, ἢ λαμβάνειν καλῶς. Ἐπεὶ καὶ ἐλευθερίους οὐ τούτους καλοῦμεν, ὅσοι οὐ λαμβάνουσιν ὅθεν οὐ δεῖ, ἀλλὰ ὅσοι διδόασιν οἷς δεῖ· ἐκεῖνοι γὰρ μᾶλλον δοκοῦσι δίκαιοι ἢ ἐλευθέριοι, καὶ διὰ τοῦτο ἐπαινοῦνται· οἱ δὲ λαμβάνοντες ὅθεν δεῖ οὐδὲ ἐπαινοῦνται· ἐπαινεῖται γὰρ ὁ δυσχερές τι ποιῶν διὰ τὸ ἀγαθόν, ὁ δὲ λαμβάνων ὅθεν δεῖ οὐδὲν δυσχερὲς ὑπομένει. Ἔτι φιλοῦνται οἱ ἐλευθέριοι μάλιστα τῶν σπουδαίων, ὅτι ὠφέλιμοί εἰσι· τὸ δὲ ὠφέλιμον οὐκ ἐν τῷ μὴ λαβεῖν κακῶς, ἀλλ' ἐν τῷ δοῦναι καλῶς. Ὁ ἄρα ἐλευθέριος περὶ τὴν δόσιν εἶναι δοκεῖ μᾶλλον, ἢ περὶ τὴν λῆψιν· ἔστι τοίνυν ἐλευθέριος ὁ διδοὺς οἷς δεῖ, καὶ τοῦ καλοῦ ἕνεκα.

** Πᾶσαι γὰρ αἱ κατ' ἀρετὴν πράξεις τοῦ καλοῦ ἕνεκα· καὶ οὐ μόνον τοῦ καλοῦ ἕνεκα καὶ οἷς δεῖ, καὶ ὅτε δεῖ, καὶ τἄλλα πάντα [d] ὅσα ἕπεται τῇ ὀρθῇ δόσει, ἀλλὰ καὶ ἡδέως καὶ ἀλύπως. Ὁ γὰρ μετὰ λύπης διδοὺς οὔπω ἐλευθέριος· ἐλευθερίου μὲν γὰρ ἔργον ποιεῖ, ἐλευθέριος δὲ οὔπω ἐστίν· οὔπω γὰρ εἰς ἕξιν ἦλθεν· οὐ γὰρ ἂν ἐλυπεῖτο. Τὰ γὰρ κατ' ἀρετὴν ἔργα ἢ ἡδέα ἐστίν, ἢ ἄλυπα· ὁ δὲ διδοὺς οἷς μὴ δεῖ, ἢ οὐ τοῦ καλοῦ ἕνεκα, ἀλλὰ διά τινα ἄλλην αἰτίαν, οὐκ ἐλευθέριος, ἀλλὰ ἄλλος τις [e] ῥηθήσεται· ὁμοίως δὲ οὐδὲ ὁ μετὰ τῆς λύπης διδούς, καθὼς εἴρηται. Ὁ γὰρ τοιοῦτος προτιμᾷ τὰ χρήματα τῆς καλῆς πράξεως· διὰ τοῦτο δὲ οὐκ ἐλευθέριος.

*** Ὁ γὰρ ἐλευθέριος δώσει μέν, ὡς ὁ ὀρθὸς τάττει λόγος, λήψεται δὲ οὐδαμῶς παρ' ὧν οὐ δεῖ λαβεῖν.

Usus autem pecuniarum nihil est aliud, quam sumtus et donatio. Acceptio vero et custodia non videtur esse usus, sed potius possessio. Quapropter liberalis magis in erogandis quam in accipiendis pecuniis versatur, magisque illum decet scire, quomodo sumtus faciendi sint, quorum causa et in quos, quam quomodo accipere debeat, quorum causa et a quibus. Disponit scilicet divitiarum usum, ut diximus: usus vero magis est donatio quam acceptio. Quin etiam magis videtur esse virtus, beneficio afficere quam affici, et quæ honesta sunt agere, quam quæ turpia sunt non facere: quemadmodum autem ejus est qui dat, beneficium conferre resque honestas agere, sic ejus qui accipit est, beneficio affici et turpiter non facere. Accipere nimirum unde oportet, est beneficio affici, sicut non accipere unde non oportet, est non turpia facere. Præterea id quod magis laudatur, magis etiam virtutem decet; dare autem ut oportet magis laudatur, quam accipere ut oportet: quippe gratia et laus magis ei tribuitur qui dat, quam qui non accipit. Præterea in eo quod difficilius est cernitur virtus: difficilius autem est commode dare, quam accipere, aut non commode accipere: suum enim ipsius profundere multo difficilius est, quam alienum repudiare: quocirca liberalem magis decet, dare honeste, quam aut non accipere, aut accipere honeste. Siquidem nec eos, qui unde non oportet non accipiunt, sed qui dant quibus oportet, liberales dicimus: quia isti justi magis quam liberales videntur, ac propterea laudantur: qui vero unde oportet accipiunt, ne laudantur quidem: laudatur videlicet qui rem difficilem honestatis causa gerit, at qui unde oportet accipit, nihil quod difficile sit sustinet. Adde quod ex hominibus honestis liberales maxime diliguntur, quia prosunt aliis: sed eorum utilitati serviunt non ita, ut non accipiant male, sed ut honeste dent. Quare in dando magis quam in accipiendo cernitur liberalis: qui ergo dat quibus oportet, idque honestatis causa, liberalis est.

Omnes enim actiones virtuti consent neæ honesti gratia suscipiuntur: neque solum honesti gratia et quibus oportet, et quo tempore oportet, et cætera omnia quæ rectam dandi rationem consequuntur, sed etiam libenter ac sine molestia. Nam qui cum animi ægritudine dat, nondum liberalis est: opus scilicet liberalis facit, nondum tamen est liberalis, quia nondum ad hanc animi affectionem pervenit: nimirum, si pervenisset, dolore non augeretur. Opera enim virtuti convenienter facta aut jucunda sunt aut non molesta: qui vero quibus non oportet aut non honesti gratia, sed alia quadam de causa dat, non liberalis, sed alio nomine appellabitur: ut neque qui cum molestia dat, quemadmodum diximus. Talis enim honestæ actioni pecuniam anteponit; ideoque liberalis esse non potest.

Quippe liberalis dabit quidem, quemadmodum recta ratio præscribit, sed a quibus non oportet nequaquam

* Χρῆσις δ' εἶναι δοκεῖ χρημάτων κτλ. — ** Αἱ γὰρ κατ' ἀρετὴν πράξεις κτλ. — *** Οὐδὲ λήψεται δέ, ὅθεν μὴ δεῖ κτλ.

Ὅ τε μὴ τιμῶν τὰ χρήματα οὔτε αἰτήσεται· οὐ γὰρ εὐχερῶς εὐεργετεῖται ὁ φιλῶν τὸ εὐεργετεῖν· λήψεται δὲ ἀφ' ὧν δεῖ, δηλονότι ἀπὸ τῶν οἰκείων κτημάτων, οὐχ ὅτι καλὸν ἡγεῖται τὸ χρηματίζεσθαι, ἀλλ' ὅτι ἀναγκαῖον πρὸς τὸ διδόναι· καὶ διὰ τοῦτο οὐδὲ τῶν ἰδίων ἀμελήσει χρημάτων, βουλόμενος διὰ τούτων τισὶν ἐπαρκεῖν.

* Οὐδὲ τοῖς τυχοῦσι δώσει, ἵνα ἔχῃ διδόναι οἷς δεῖ, καὶ ὅτε, καὶ οὗ καλόν· ἔστι δὲ σημεῖον τοῦ σφόδρα ἐλευθερίου καὶ τὸ ὑπερβάλλειν ἐν τῇ δόσει τοσοῦτον, ὥστε καταλείπειν ἑαυτῷ τὰ ἐλάττω. Τὸ γὰρ μὴ πρὸς τὴν οἰκείαν χρείαν ὁρᾷν τῆς μεγίστης ἐλευθεριότητος σημεῖόν ἐστιν. Οὐ γὰρ πρὸς τὸ μέγεθος ἢ τὸ πλῆθος τῶν διδομένων ἡ ἐλευθεριότης κρίνεται, ἀλλὰ κατὰ τὴν ἀναλογίαν, ἣν ἔχουσι τὰ διδόμενα πρὸς τὴν οὐσίαν τοῦ διδόντος· (ἀπὸ τούτου γὰρ ἡ ἕξις τῆς ἐλευθεριότητος δείκνυται·) ὥστε οὐδὲν κωλύει ἐλευθεριώτερον εἶναι τοῦ τὰ πολλὰ διδόντος τὸν ἐλάττω διδόντα, ἐὰν ἀπὸ ἐλάττονος οὐσίας διδῷ. Συμβαίνει δὲ τοὺς μὴ κτησαμένους οὐσίαν ἰδίοις πόνοις, ἀλλὰ διαδεξαμένους παρ' ἄλλων, ἐλευθεριωτέρους δοκεῖν· οἱ γὰρ τοιοῦτοι ἄπειροί εἰσι τῆς ἐνδείας· καὶ διὰ τοῦτο οὐ σφόδρα ἀγαπῶσι τὸν πλοῦτον· καὶ ὅτι, καθάπερ οἱ γονεῖς καὶ οἱ ποιηταί, μᾶλλον ἀγαπῶσι τὰ χρήματα οἱ κτησάμενοι. Οἱ δὲ ἐλευθέριοι οὐ δύνανται σφόδρα πλουτεῖν· οὔτε γὰρ εὐχερεῖς εἰς τὸ λαμβάνειν εἰσίν, οὔτε εἰς τὸ φυλάττειν τὴν οὐσίαν προνοητικοί· ἀλλὰ μᾶλλον προετικοὶ τῶν ὄντων· καὶ οὐ τιμῶντες δι' ἑαυτὰ τὰ χρήματα, ἀλλ' ἕνεκα τῆς δόσεως. Διὸ καὶ ἐγκαλοῦμεν τῇ τύχῃ, ὅτι μὴ πλουτοῦσιν οἱ ἐλευθέριοι, πλούτου καὶ χρημάτων ὄντες ἄξιοι. Τοῦτο δὲ οὐ συμβαίνει ἀλόγως· τὸν γὰρ μὴ ἐπιμελούμενον ὅπως ἔχῃ χρήματα, πῶς οἷόν τε πλουτεῖν; ὥσπερ οὐδ' ἄλλο τι [f] κτήσασθαι δυνατόν, τὸν μὴ ἐπιμελούμενον ὅπως κτήσηται. Διὰ τοῦτο οὐδὲ ὁ ἐλευθέριος δυνήσεται πλουτεῖν, μήτε ἑτέρωθεν χρήματα συλλέγων καὶ τὰ οἴκοι σκορπίζων.

** Ἔτι καὶ μὴ δίδωσιν οἷς οὐ δεῖ, καὶ ὅτε μὴ δεῖ· ἵνα μὴ εἰς τὰ μὴ δέοντα ἀναλώσας ἐνδεὴς εὑρεθῇ πρὸς τὰ δέοντα, καὶ μὴ δῷ οἷς δεῖ, καὶ ὅτε δεῖ. Ἐλευθέριος γάρ ἐστι, καθὼς εἴρηται, ὁ μὲν [g] κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς οὐσίας δαπανῶν εἰς ἃ δεῖ· ὁ δὲ [h] ὡς ἔτυχε διδούς, ἄσωτος. Διὰ τοῦτο τοὺς τυράννους οὐ λέγομεν ἀσώτους, καίτοι πολλὰ καὶ ἄμετρα διδόντας· τὸ γὰρ πλῆθος τῆς κτήσεως τὸ πλῆθος τῶν δόσεων ὑπερβάλλειν δοκεῖ, καὶ πλείω εἶναι τὴν οὐσίαν τῆς δαπάνης συμβαίνει.

*** Ἐπεὶ τοίνυν ἡ ἐλευθεριότης μεσότης ἐστὶ περὶ χρημάτων δόσιν καὶ λῆψιν, ὁ ἐλευθέριος καὶ δώσει καὶ δαπανήσει εἰς ἃ δεῖ, καὶ ὅσα δεῖ· καὶ ἐν μικροῖς καὶ ἐν μεγάλοις ὁμοίως, καὶ ἀμφότερα ἡδέως ποιήσει, τό

accipiet. Quum enim pecuniam despiciat, ne petet quidem : non enim hominis benefici est, facile beneficium accipere : faciet tamen, unde debebit, quæstum nimirum e possessionibus suis, non quod pulchrum statuat, pecuniam sibi facere, sed quia necesse est, ut donare possit : ideoque nec suas opes negliget, quippe qui per eas nonnullis prodesse velit.

Neque quibuslibet largietur, ut suppetat ei quod largiri possit quibus oportet, et quo tempore et ubi honestum est : cæterum viri valde liberalis est ita in dando modum excedere, ut sibi minora relinquat. Quippe suam utilitatem negligere maximæ liberalitatis est. Neque enim magnitudine aut multitudine eorum quæ dantur liberalitas judicatur, sed proportione et ratione, qua dona ad donantis facultates referuntur : (hinc enim animi liberalis affectio probatur :) quamobrem nihil prohibet eum esse liberaliorem, qui e parvis facultatibus pauciora donet, quam qui multa e majoribus. Evenit autem plerumque, ut qui suas facultates non proprio labore pepererunt, sed ab aliis partas acceperunt, liberaliores videantur : vel quia tales egestatis incommodum nunquam sunt experti, ideoque non magnopere divitiis adhærent : vel quia, ut parentes et opifices solent, magis amant pecunias qui eas quæsiverunt. At liberales non possunt admodum locupletari, quia neque ad accipiendum prompti sunt, neque ad conservandas opes suas satis providi, sed potius ad erogandum parati : quum non per se magni æstiment pecunias, sed beneficii conferendi causa. Quare hoc fortunæ etiam objicimus, quod liberales non sint divites, quamvis divitiis et opibus sint digni. Hoc autem non temere accidit : quomodo enim fieri potest, ut pecuniis abundet is qui operam non dat, ut pecuniosus sit? quemadmodum neque aliud quidquam sine studio ac diligentia comparatur. Quocirca nec liberalis ditari poterit, quum neque aliunde pecuniam quærat et opes suas prodigat.

Præterea nec quibus non debet nec quo tempore non debet, dat : ne postquam pecuniam in res inutiles impenderit, ita inops reperiatur, ut in res necessarias sumtus facere nequeat, ac neque quibus debet, nec quo tempore debet dare possit. Est enim is liberalis, ut diximus, qui pro facultatibus in res necessarias sumtum facit : qui vero temere largitur, prodigus est. Quamobrem reges non dicimus prodigos, licet multa et amplissima munera dent : quia facultatum amplitudo munerum amplitudinem superare videtur, semperque evenit, ut plura possideant, quam quæ impendunt.

Quoniam igitur liberalitas mediocritas est, quæ in dandis et accipiendis pecuniis vertitur, largietur et impendet liberalis in eas res in quas debet, et quantum debet, idque non aliter in parvis quam in magnis, sed

* Οὐδὲ τοῖς τυχοῦσι δώσει κτλ. — ** Οὐ μὴν δώσει γε οἷς οὐ δεῖ κτλ. — *** Τῆς ἐλευθεριότητος δὴ μεσότητος οὔσης κτλ.

τε δοῦναι καὶ τὸ λαβεῖν κατὰ τὸν προσήκοντα λόγον· μεσότης γάρ ἐστιν ἡ ἐλευθεριότης περί τε λῆψιν καὶ δόσιν. Ἕπεται δὲ τῷ διδόντι καλῶς καὶ λαμβάνειν καλῶς, καὶ ἄμφω μεθ' ἡδονῆς.

* Ὥστε λυπήσεται, ἐὰν μὴ δῷ, ἢ μὴ λάβῃ κατὰ τὸν προσήκοντα λόγον· καὶ τοῦτο δὲ μετρίως καὶ ὡς δεῖ. Ἔστι δὲ ὁ ἐλευθέριος καὶ εὐκοινώνητος ἐν τοῖς χρήμασι, καὶ ἡδύς ἐστιν ἐν ταῖς περὶ τὰ χρήματα κοινωνίαις, ὅτι χρημάτων καταφρονῶν οὐ πάνυ ἄχθεται ἀδικούμενος καὶ ζημιούμενος. Μᾶλλον γὰρ ἄχθεται εἴ τι προσῆκον ἀναλῶσαι οὐχ ἀνάλωσεν, ἢ εἴ τι προσῆκον μὴ ἀναλῶσαι, ἀνάλωσε. Τὸ μὲν γὰρ δαπανῆσαί ποτε παρὰ τὸ δέον περὶ χρήματά ἐστιν ἡ ζημία, καὶ οὐ τοσοῦτον λυπεῖ τὸν ἐλευθέριον· τὸ δὲ μὴ εἰς τὸ δέον δαπανῆσαι περὶ τὸ δέον καὶ τὴν ἀρετὴν ἡ ζημία γίνεται, καὶ διὰ τοῦτο μᾶλλον λυπεῖ· ὥστε οὐδὲ τὴν Σιμωνίδου δέχεται παραίνεσιν, τἀναντία ὑποτιθεμένου. Ὁ δὲ ἄσωτος περὶ τὴν ἡδονὴν ἀεὶ καὶ τὴν λύπην διαμαρτάνει· οὔτε γὰρ ἥδεται ἐφ' οἷς δεῖ, καὶ οὐχ ὡς δεῖ· φανερώτερον δὲ ἐν τοῖς ἑξῆς ῥηθήσεται.

(Scripsi : [a] λέγωμεν] ex melioribus Stagiritæ libris; codex λέγομεν cum parte membranarum Aristotelis. — [b] ζῆν] cod. ζῆν. — [c] μᾶλλόν ἐστιν] cod. μᾶλλόν ἐστι. — [d] τἄλλα πάντα] cod. τ' ἄλλα πάντα. — [e] ἄλλος τις] cod. ἄλλός τις. — [f] ἄλλο τι] vulgo ἀλλό τι. — [g] ὁ μὲν] cod. ὃ μέν. — [h] ὁ δὲ] cod. ὃ δὲ. — [i] τό τε] vulgo τό, τε. —)

et utrumque libenter faciet, ut vel det pro rata portione vel accipiat : quia mediocritas in dando et accipiendo liberalitas est. Contingit autem homini qui honeste dat, ut etiam honeste accipiat, et utrumque quidem cum voluptate.

Quare dolebit quoque, si vel non dederit pro rata portione, vel non acceperit : idque modice et ut oportet. Est autem liberalis tum in re nummaria facilis et tractabilis, tum in societate rei pecuniariæ jucundus, quia quum pecuniam contemnat non valde stomachatur, si injuria afficitur et detrimentum facit. Magis enim stomachatur, si ubi sumtus faciendi erant, non fecit, quam si ubi non erant faciendi, fecit. Nam erogare aliquando pecuniam secus ac decet, pecuniæ damnum est, quod tamen liberalem non vehementer angit; at omittere opportunam pecuniæ erogationem contra officium et virtutis damnum est, ideoque majore dolore eum angit. Quamobrem ne Simonidis quidem admittit consilium, qui contraria suadet.

Prodigus vero semper in voluptate et dolore peccat : neque enim gaudet quibus aut quomodo debet : quod ex iis quæ in sequentibus dicentur melius intelligetur.

Κεφ. β'.

Ὅτι χεῖρον κακὸν ἡ ἀνελευθεριότης τῆς ἀσωτίας..

καὶ ἐπιδεξιότης, ἧς παρ' ἑκάτερα ἡ βωμολοχία καὶ ἡ σκληρότης καὶ ἡ ἀγριότης ἐστίν· ἄμφω γὰρ ἡδονήν τινα ποιοῦσι τῷ βίῳ, ὅ τε [b] φίλος καὶ ὁ εὐτράπελος.

(Scripsi: [a] δοκοῦσι] cod. δοκοῦσιν. — [b] ὅ τε] cod. ὅ, τε. —)

(era urbanitas dexteritasque, quam utrinque scurrilitas asperitasque cingit, ac rusticitas: uterque enim voluptatem aliquam vitæ afferunt, et amicus et urbanus.

Κεφ. ια'.

Περὶ αἰδοῦς, ὅτι οὐκ ἔστιν ἀρετή.

* Ἡ δὲ αἰδὼς οὐκ ἔστιν ἀρετή· οὐ γάρ ἐστιν ἕξις, ἀλλὰ μᾶλλον πάθος· ὃ δῆλον ἀπὸ τοῦ ὁρισμοῦ· ὁρίζεται γὰρ φόβος ἀδοξίας. Συμβαίνει γὰρ τῷ αἰδουμένῳ παραπλήσιον τῷ περὶ τὰ δεινὰ φοβουμένῳ· ἐρυθραίνεται γάρ, ὥσπερ ὠχριᾷ ὁ φοβούμενος τὸν θάνατον· ἄμφω δὲ σωματικά πως φαίνονται εἶναι, ἥ τε αἰσχύνη καὶ ὁ φόβος τῶν δεινῶν· τὰ τοιαῦτα δὲ πάθη μᾶλλον δοκοῦσιν, οὐχ ἕξεις λέγονται. Τοῦτο δὲ τὸ πάθος οὐ πάσῃ ἡλικίᾳ ἁρμόζει, ἀλλὰ τῇ νέᾳ μόνον· δεῖ γὰρ τοὺς νέους αἰδήμονας εἶναι διὰ τὸ πολλὰ ἁμαρτάνειν· πολλὰ γὰρ ἁμαρτάνουσιν οἱ νέοι, διὰ τὸ πάθει μᾶλλον ἄγεσθαι ἢ λόγῳ· συστελλόμενοι γὰρ ὑπὸ τῆς αἰδοῦς ἀμείνους γίνονται. Διὰ τοῦτο τῶν μὲν νέων ὅσοι αἰδήμονες, ἐπαινετοί, πρεσβύτερον δὲ οὐδεὶς ἂν ἐπαινέσειεν, ὅτι αἰσχυντηλός· οὐ δεῖ γὰρ τὸν πρεσβύτερον ἐκεῖνα πράττειν ἐφ' οἷς αἰσχύνη ἐστίν· οὐ γάρ ἐστιν ἡ αἰσχύνη τοῦ ἐπιεικοῦς, εἴπερ ἐστὶν ἐπὶ τοῖς φαύλοις.

** Ἐπεὶ γὰρ τὰ μέν εἰσι κατὰ ἀλήθειαν αἰσχρά, τὰ δὲ οὐκ εἰσὶ μέν, δοκοῦσι δέ, δέον ἐστὶ φεύγειν ἀμφότερα τὸν ἐπιεικῆ· φεύγων δὲ τὰ αἰσχρὰ οὐδέποτε αἰσχυνθήσεται.

*** Τὸ γὰρ οἴεσθαι αὐτὸ τοῦτο ἐπιεικοῦς εἶναι τὸ αἰσχύνεσθαι, εἰ πράξειέ τι τῶν αἰσχρῶν, καὶ τὸν οὕτως ἔχοντα ἐπιεικῆ νομίζειν, ἄτοπον· ἡ γὰρ αἰδὼς ἐπὶ τῶν ἑκουσίων αἰσχρῶν γίνεται· ὁ δὲ ἐπιεικὴς οὐδὲν αἰσχρὸν οὐδέποτε πράξειεν ἂν ἑκουσίως.

**** Φαίνεται δὴ μὴ εἶναι τὴν αἰδῶ [a] ἀρετήν τινα, ἀλλὰ μᾶλλον πάθος· οὐ γὰρ ἀεὶ ἐπαινετόν ἐστιν, οὐδὲ ἁπλῶς καὶ καθ' ἑαυτὸ ἐπιεικὲς ἂν λέγοιτο, ἀλλ' ἐξ ὑποθέσεως· οἷον, εἰ γένοιτο ἁμαρτεῖν τινα, ἐπιεικές ἐστιν αἰδεῖσθαι· οὐχ οὕτω δὲ ἔχουσιν αἱ ἀρεταί· ἕξεις γάρ εἰσι διὰ παντὸς ἐγκείμεναι τῇ ψυχῇ.

***** Εἰ δὲ καὶ μεσότης τις εἶναι δοκεῖ καὶ ἔστι μεταξὺ τῆς τε καταπλήξεως καὶ τῆς ἀναισχυντίας, καὶ ἐπαινεῖται μὲν ὁ αἰδήμων, κακίζονται δὲ οἵ τε ἀναίσχυντοι περὶ τὰ αἰσχρά, καὶ οἱ πλέον τοῦ δέοντος αἰδήμονες, οἱ λεγόμενοι καταπλῆγες, οὐδὲν μᾶλλον διὰ τοῦτο ἀρετή ἐστιν ἡ αἰδώς· ἡ μὲν γὰρ ἀρετὴ μεσότης, ἡ δὲ μεσότης οὐ πᾶσα ἀρετή· οὐ γὰρ ἀντιστρέφει.

Cap. XI.

Verecundiam virtutem non esse.

Verecundia autem non est virtus: nec enim habitus, sed potius perturbatio est, quod vel ex definitione patet: definitur enim, metus infamiæ. Quippe idem fere accidit verecundo, quod ei qui res formidolosas metuit: erubescit enim ille, sicut pallet qui mortem extimescit: quare utrumque quodammodo apparet ad corpus pertinere, tum verecundiam, tum periculorum metum: talia autem quum perturbationes potius videantur esse, non dicuntur habitus. Et hæc quidem perturbatio non omni ætati, sed adolescentiæ tantum convenit: nam qui hac ætate sunt, eos pudentes et verecundos esse oportet propterea quod multa peccant: nimirum multa peccant adolescentes, quia perturbatione magis incitantur, quam rationi obtemperant: quare quoties verecundia reprimuntur, meliores evadunt. Quæ quum ita sint, verecundos laudamus adolescentulos; at nemo senem ideo laudaverit, quod pudibundus sit: neque enim ea agere oportet senem, in quibus erubescere debet: nam nec viri boni est pudor, siquidem ex rebus malis nascitur.

Quum autem alia revera sint turpia, alia non sint, sed videantur tantum, utraque viro bono fugienda sunt: turpia vero fugiendo nunquam erubescet.

Etenim existimare, hoc ipsum viri boni esse, ut pudore afficiatur, si quid turpiter fecerit, atque eum qui sic animatus sit, virum bonum judicare, absurdum est: eorum enim quæ sponte nostra flagitiose facimus, nos pudet: at vir bonus nullum unquam flagitium sponte admittet.

Unde apparet non virtutem, sed perturbationem potius esse verecundiam: nec enim semper laudanda, nec simpliciter aut per se res proba dicenda est, sed sub conditione tantum: verbi causa, ubi acciderit, ut aliquis per errorem labatur, pudore affici decet: atqui non ita se virtutes habent: illæ enim sunt habitus animo semper inhærentes.

Quamvis autem aliqua videatur esse, et sit revera, inter consternationem atque impudentiam mediocritas, laudeturque verecundus, sicut contra qui in rebus turpibus impudentes et qui nimis verecundi sunt, quos consternatos dicunt, reprehendi solent, nihilo magis propterea virtus est verecundia: quippe virtus est mediocritas, mediocritas vero non omnis est virtus: neque enim hæc reciprocantur.

---

* Περὶ δὲ αἰδοῦς ὥς τινος ἀρετῆς οὐ προσήκει λέγειν κτλ. — ** Εἰ δ' ἐστὶ τὰ μὲν κατ' ἀλήθειαν αἰσχρά, τὰ δὲ κατὰ δόξαν κτλ. — *** Τὸ δὲ οὕτως ἔχειν κτλ. — **** Εἴη δ' ἂν ἡ αἰδὼς κτλ. — ***** Εἰ δὲ ἡ ἀναισχυντία φαῦλον, κτλ.

* Οὐκ ἔστι δὲ οὐδὲ ἡ ἐγκράτεια ἀρετή, ἀλλά τις μικτή· δειχθήσεται δὲ περὶ αὐτῆς ἐν τοῖς ὕστερον. Νῦν δὲ περὶ δικαιοσύνης εἴπωμεν.

(Scripsi : [a] αἰδῶ] cod. αἰδὼ. —)

Jam vero ne continentia quidem virtus est, sed aliquid ex ea admixtum habet : de qua posterius agemus. Nunc vero de justitia dicamus.

* Οὐκ ἔστι δὲ οὐδ' ἡ ἐγκράτεια κτλ.

ΑΝΔΡΟΝΙΚΟΥ ΤΟΥ ΡΟΔΙΟΥ

ΗΘΙΚΩΝ ΤΩΝ ΝΙΚΟΜΑΧΕΙΩΝ

ΠΑΡΑΦΡΑΣΕΩΣ

ΒΙΒΛΙΟΝ ΠΕΜΠΤΟΝ.

Κεφ. α'.

Περὶ δικαιοσύνης.

* Ἤδη δὲ σκεπτέον περὶ δικαιοσύνης καὶ ἀδικίας, περὶ ποίας πράξεις εὑρίσκονται, καὶ ποία μεσότης ἐστὶν ἡ δικαιοσύνη, καὶ τὸ δίκαιον τίνων μέσον, καὶ τίνα τὰ παρ' ἑκάτερα τοῦ δικαίου.

** Σκεψώμεθα δὲ κατὰ τὴν αὐτὴν μέθοδον μεθ' ἧς καὶ περὶ τῶν ἄλλων ἀρετῶν ἐσκεψάμεθα.

*** Ὁρῶμεν δὴ πάντας δικαιοσύνην ὀνομάζοντας ἕξιν τινά, ἣν ἔχοντες πρακτικοὶ τῶν δικαίων ἐσμέν, καὶ δικαιοπραγοῦμεν, καὶ βουλόμεθα τὰ δίκαια. Τὸν δὲ αὐτὸν τρόπον καὶ περὶ τῆς ἀδικίας· ἀδικίαν γὰρ ὀνομάζουσι, καθ' ἣν ἀδικοῦμεν, καὶ τὰ ἄδικα βουλόμεθα. Ταύτας δὴ τὰς κοινὰς περὶ δικαιοσύνης καὶ ἀδικίας δόξας ὑποθώμεθα· καὶ ἔστω δικαιοσύνη καὶ ἀδικία ὡς ἐν τύπῳ, ἕξις ἀφ' ἧς βουλόμεθα τὰ δίκαια, καὶ ἕξις ἀφ' ἧς οὐ βουλόμεθα. Δεῖ γὰρ προσκεῖσθαι ἀεὶ ταῖς ἀρεταῖς ταῖς ἠθικαῖς τὸ βούλεσθαι· καὶ ἀδύνατον ἄλλως αὐτὰς ὁρισθῆναι· διὰ τὸ βούλεσθαι γὰρ σωφρονεῖν καὶ δικαιοπραγεῖν ὁ δίκαιος καὶ ὁ σώφρων γίνεται. Ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν ἐπιστημῶν καὶ δυνάμεων τὸ δύνασθαι μὲν ἀναγκαῖον, τὸ βούλεσθαι δὲ οὐκ ἀναγκαῖον· εἰ γάρ τις δύναιτο ὑγιάζειν, ἀρκοίη ἂν τοῦτο αὐτῷ· τὴν γὰρ ἕξιν τῆς ἰατρικῆς οὐδὲν κωλύει τὸ μὴ βούλεσθαι· ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. Ἐπὶ δὲ τῶν ἠθικῶν ἀρετῶν ἀνάπαλιν ἔχει. Τὸ μὲν γὰρ δύνασθαι δίκαια πράττειν, δυνατόν ἐστι καὶ τῷ ἀδίκῳ πολλάκις· τὸ δὲ βούλεσθαι μόνον ἐστὶ τοῦ δικαίου. Ὅθεν δίκαιός ἐστι καὶ ὁ μὴ δυνάμενος μὲν πράττειν τὰ δίκαια, βουλόμενος δὲ καὶ ἕξιν ἔχων δικαιοσύνης· τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ ὁ ἄδικος ἔχει. Ἔτι δὲ πᾶσα δύναμις καὶ ἐπιστήμη τῶν ἐναντίων ἐστί· μιᾷ γὰρ ἐπιστήμῃ δυνατὸν τὰ ἐναντία εἰδέναι· μία γὰρ γνῶσίς ἐστι τοῦ ὑγιεινοῦ καὶ νοσώδους ἡ ἰατρική, καὶ μιᾷ δυνάμει τὰ ἐναντία γίνονται, μία δὲ ἕξις οὐκ ἔστι τῶν ἐναντίων πρακτική· οὐ γὰρ ἀπὸ τῆς δικαιοσύνης τὰ ἄδικα πράττομεν καὶ δίκαια, ὥσπερ οὐδὲ αἱ νοσώδεις κινήσεις ταῖς ὑγιειναῖς αἱ αὐταί· γινώσκονται μέντοι αἱ ἐναντίαι ἕξεις ἀπὸ τῶν ἐναντίων. Εἰ γάρ τις γινώσκει τὴν εὐεξίαν εἶναι πυκνότητα σαρκός, εἴσεται τὴν

ANDRONICI RHODII

ETHICORUM NICOMACHEORUM

PARAPHRASIS

LIBER QUINTUS.

Cap. I.

De justitia.

Jam vero de justitia et injustitia videndum est, tum cujusmodi in actionibus versentur, tum cujusmodi mediocritas justitia, et jus quarum rerum medium sit, quæ denique utrinque illud cingant.

In his autem rebus exquirendis eandem viam rationemque teneamus, quam in superiori de reliquis virtutibus disputatione secuti sumus.

Videmus igitur omnes justitiam ejusmodi quendam habitum vocare, quo præditi homines ad ea quæ justa sunt agenda inclinamus, quoque ea et agimus et volumus. Eodemque modo et de injustitia judicant : ita enim nominant habitum, quo res injustas et agimus et volumus. Quare communes has de utraque opiniones principio ponamus : sitque justitia et injustitia, ut pingui Minerva dicam, ejusmodi habitus, quo justa tum volumus, tum nolumus. Semper enim ad morales virtutes voluntas accedat oportet : neque aliter definiri possunt : nimirum quia temperans vult esse aliquis justeque agere, idcirco temperans etiam est et justus. Quippe in scientiis et facultatibus posse res necessaria est, velle non item : nam si quis possit sanare, hoc ei suffecerit : nec enim medicinæ habitum impedit, quod aliquis nolit : similiter vero etiam in reliquis. In virtutibus autem moralibus contra se res habet. Nam facultatem juste agendi sæpe injusto quoque esse apparet : at voluntas solius est justi. Unde is etiam qui juste vult agere, habitumque habet justitiæ, licet non possit, justus tamen est : similiterque et injustus se habet. Adde quod omnis facultas ac scientia contrariorum est : unius enim scientiæ ope contraria nosse possumus : quia una cognitio sanitatis et morbi medicina est, eademque facultate fiunt contraria : unus vero habitus non efficit contraria : nimirum per justitiam non agimus justa et injusta, neque motus ægri corporis iidem sunt qui bene constituti : ex contrariis vero contrarii cognoscuntur habitus. Si quis enim norit bonam corporis habitudinem carnis soliditatem esse, malam sciet carnis esse raritatem. Cognoscuntur vero habitus etiam ex iis quæ habentur : habitus videlicet, exempli causa, sanitas est : id autem, quod habetur, sa-

* Lib V, cap. 1. περὶ δὲ δικαιοσύνης καὶ ἀδικίας κτλ. — ** Ἡ δὲ σκέψις ἡμῖν ἔστω κτλ. — *** Ὁρῶμεν δὴ πάντας κτλ.

καχεξίαν εἶναι μανότητα σαρκός. Γινώσκονται δὲ αἱ ἕξεις καὶ ἀπὸ τῶν ἐκτῶν· ἕξις μὲν γάρ, φέρε εἰπεῖν, ἡ ὑγίεια· ἐκτὸν δὲ τὸ ὑγιεινόν, ὃ πρὸς ὑγίειαν φέρει· εἰ γὰρ γινώσκομεν ὑγιεινὸν εἶναι τὸ ποιητικὸν πυκνότητος ἐν σαρκί, γινώσκομεν εὐεξίαν εἶναι τὴν ἐν σαρκὶ πυκνότητα. Ἀκολουθεῖ δὲ κἀκεῖνο ταῖς ἕξεσιν ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον· καὶ γὰρ ἐὰν πλεοναχῶς λέγηται [b] ἡ ἑτέρα τῶν ἐναντίων ἕξεων, καὶ ἡ ἑτέρα πλεοναχῶς λέγεται· οἷον, εἰ ἡ σωφροσύνη πολυσήμαντόν ἐστιν, καὶ ἡ ἀκολασία πολυσήμαντον ἔσται· καὶ εἰ ἡ δικαιοσύνη ὁμώνυμός ἐστι καὶ ἐπὶ πλειόνων λέγεται, καὶ ἡ ἀδικία τοῦτον ἕξει τὸν τρόπον. Ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον δὲ εἴρηται, ὅτι καὶ ἔστιν ἐν αἷς τῶν ἕξεων τὸ τοιοῦτον οὐ συμβαίνει· οἷον, τὸ φιλεῖν τῷ μισεῖν ἐναντίον ἐστίν· ἀλλὰ τὸ μὲν φιλεῖν οὐχ ἁπλοῦν ἐστι, σημαίνει γὰρ τό τε ἀγαπᾷν καὶ τὸ τοῖς χείλεσιν ἀσπάζεσθαι· τὸ δὲ μισεῖν ἓν μόνον σημαίνει, τὴν ἔχθραν. Τοιοῦτο δὲ ἐλάχιστα συμβαίνει· μάλιστα δὲ καὶ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ τὸ πλεοναχῶς λέγεσθαι τὴν ἕξιν, τῆς ἐναντίας πλεοναχῶς λεγομένης. Ἐπεὶ τοίνυν καὶ ἡ δικαιοσύνη πλεοναχῶς λεγομένη ἐστί, καὶ ἡ ἀδικία τῶν πλεοναχῶς λεγομένων ἂν εἴη. Δοκεῖ δὲ ἕν τι σημαίνειν τὴν δικαιοσύνην καὶ τὴν ἀδικίαν, διὰ τὸ τὰ σημαινόμενα μὴ σφόδρα διαφέρειν ἀλλήλων· τότε γὰρ ἡ ὁμωνυμία καὶ τὸ πολυσήμαντον γίνεται δῆλα, ὅτε τὰ σημαινόμενα πράγματα πολλὴν ἔχουσι πρὸς ἄλληλα τὴν διαφοράν· οἷον, κλεὶς λέγεται ἥ τε ὑπὸ τὸν αὐχένα τοῦ ζῴου, καὶ ᾗ τὰς θύρας κλείομεν· ἐνταῦθα γὰρ διὰ τὸ πολλὴν εἶναι τῶν πραγμάτων τὴν διαφοράν, [c] φανερά ἐστιν ἡ ὁμωνυμία καὶ τὸ πολυσήμαντον. Ἐπεὶ τοίνυν πολλαχῶς ἡ δικαιοσύνη λέγεται καὶ ἡ ἀδικία, εἰλήφθω ποσαχῶς λέγεται ὁ ἄδικος· ἐντεῦθεν γὰρ ληψόμεθα καὶ τὰ σημαινόμενα τῆς δικαιοσύνης.

* Λέγεται τοίνυν ἄδικος, ὅ τε παράνομος, καὶ ὁ πλεονέκτης, καὶ ὁ ἄνισος· ὥστε καὶ δίκαιος ἂν εἴη ὅ τε νόμιμος καὶ ὁ ἴσος· καὶ δίκαιον μὲν τὸ νόμιμον καὶ τὸ ἴσον, ἄδικον δὲ τὸ παράνομον καὶ τὸ ἄνισον.

** Ἐπεὶ δὲ καὶ πλεονέκτης ἐστὶν ὁ ἄδικος, ἡ δὲ πλεονεξία περί τί ἐστιν ἀγαθόν, εἴη ἂν καὶ αὐτὸς περί τι πλεονεκτῶν ἀγαθόν. Ἀγαθὸν δὲ ζητεῖ οὐ τὸ αὐτῷ ἀγαθόν, καὶ ὅπερ ἂν αὐτὸν ἀμείνω ποιήσειεν· οὐ γὰρ ζητεῖ τῶν ἄλλων σωφρονέστερος εἶναι, οὐδὲ τῶν ἰατρῶν ἰατρικώτερος, οὐδὲ τῶν ἐλευθερίων ἐλευθεριώτερος, οὐδὲ ἄλλο οὐδὲν τῶν ἀγαθῶν, ὅσα αὐτά τε ἁπλῶς καὶ καθ' ἑαυτά εἰσιν ἀγαθά, καὶ αὐτὸν ἀγαθὸν ποιεῖ· ἀλλὰ περὶ ἐκεῖνα τῶν ἀγαθῶν ζητεῖ τοὺς ἄλλους ὑπερνικᾷν, ὅσα ἁπλῶς καὶ καθ' αὑτά εἰσιν ἀγαθά, αὐτὸν δὲ οὐ ποιεῖ ἑαυτοῦ βελτίονα, ἀλλὰ καὶ χείρω πολλάκις· οἷον, χρήματα καὶ δυναστείαν καὶ σώματος εὐεξίαν· ταῦτα γὰρ ὕλη κακίας τῷ φαύλῳ γίνεται χείρονος· καὶ τὰ ἄλλα, ὅσα περὶ εὐτυχίαν ἢ ἀτυχίαν ἐστίν, ἅπερ οἱ πλεῖστοι τῶν ἀνθρώπων ἑαυτοῖς εὔχονται καὶ διώ-

lubre, quod quidem ad sanitatem prodest : si enim noverimus salubre esse, id quod soliditatem efficit in carne, sciemus quoque, bonam corporis habitudinem esse carnis soliditatem. Sequitur autem et hoc plerumque habitus : nam si pluribus modis alter contrariorum habituum dicatur, etiam pluribus modis alter dicitur : verbi causa, si temperantia multa significat, intemperantia quoque multa significabit : ac si justitia ambiguum vocabulum est et de pluribus usurpatur, eodem modo et injustitia se habebit. Plerumque autem diximus, quia nonnullis in habitibus tale quid non inest : verbi causa, amplexari et odisse inter se sunt contraria : atqui amplexari non est simplex, siquidem duo significat, tum amare, tum commissis aliquem labris osculari : at vero odisse unum tantum significat, scilicet odium. Verum tale quid rarissime evenit : sæpissime vero ac plerumque contra, ut quum pluribus modis alter habitus dicatur, multimodis quoque contrarius significetur. Quoniam igitur multis modis justitia dicitur, injustitiam quoque pluribus modis significari consentaneum est. Videtur autem unum aliquid designare justitiam et injustitiam, propterea quod significata non multum inter se differant : quia tum demum nominis communitas et diversæ apparent significationes, quum res significatæ multum inter se differunt : exempli gratia *clavis* apud Græcos uno et communi nomine appellatur simul ea pars corporis quæ cervicibus animalium subest, latine *jugulum*, simul id instrumentum quo ostia claudimus : hic enim, quia res multum inter se differunt, manifesta est nominis communitas et significationis diversitas. Quum ergo pluribus qua justitia, qua injustitia dicatur modis, statutum sit, quot modis dicatur injustus : hinc enim etiam justitiæ significationes mutuabimur.

Injustus ergo appellatur et violator legum, et qui plus quam par est sibi vindicat, et iniquus : quamobrem justus fuerit tum qui legi obtemperat, tum homo æquus : justum autem erit simul legitimum, simul æquum, injustum contra legibus repugnans et iniquum.

Quando igitur injustus plus quam oportet sibi vindicat, hæc autem injusta vindicatio in bono aliquo cernitur, sequitur ipsum quoque boni alicujus justo majorem partem sibi vindicare. Bonum vero non desiderat, quod sibi bonum sit, et quo ipse melior possit evadere : neque enim cæteris temperantior esse, aut medicina medicos, aut liberalitate liberales vincere studet, aut ullum aliud consequi ejus bonorum generis, quæ et simpliciter et per se bona sunt ipsumque bonum possunt efficere : sed cæteros iis bonis longe superare tentat, quæ simpliciter quidem et per se bona sunt, sed tantum abest ut ipsum meliorem faciant, ut sæpe etiam deteriorem reddant : quales sunt pecuniæ ac potentia bonaque corporis habitudo : hæc enim homini improbo majoris nequitiæ fomenta sunt, ut et alia, quæ secundæ aut adversæ for-

* Δοκεῖ δὲ ὅ τε παράνομος ἄδικος εἶναι κτλ. — ** Ἐπεὶ δὲ καὶ πλεονέκτης ὁ ἄδικος κτλ.

κουσι. Δεῖ δὲ οὐχ οὕτω ποιεῖν, ἀλλ' εὔχεσθαι μὲν ταῦτα τὰ ἁπλῶς ἀγαθά, καὶ αὐτοὺς ἀγαθῦναι καὶ ὠφελῆσαι, καὶ μὴ χείρους ποιῆσαι. Αἱρέσεως δὲ προσκειμένης, προκρίνειν οὐ τὰ ἁπλῶς ἀγαθά, ἀλλὰ τὰ αὐτοῖς ἀγαθά, καὶ ὅσα αὐτοὺς δυνήσεται βελτίους ποιεῖν. Ὁ δὲ ἄδικος εὔχεται μὲν αὐτῷ τὰ περὶ εὐτυχίαν ἀγαθά, καὶ ἐν τούτοις ἀεὶ ζητεῖ τὸ πλέον ἔχειν· αἱρεῖται δὲ καὶ τὰ ἐλάττονα τῶν περὶ δυστυχίαν κακῶν· νομίζει γὰρ τὸ ἔλαττον κακὸν ἀγαθὸν εἶναι. Καὶ διότι ὁ πλεονέκτης ἀεὶ καὶ ἡ πλεονεξία περὶ τὸ ἀγαθόν ἐστι, διὰ τοῦτο δοκεῖ πλεονέκτης εἶναι. Ἔστι δὲ ὁ ἄδικος ἄνισος· τοῦτο γὰρ περιεκτικὸν ὄνομα καὶ κοινόν ἐστι πᾶσι τοῖς εἴδεσι τῆς ἀδικίας, ἡ ἀνισότης· καὶ γὰρ καὶ ὁ παράνομος ἄνισός τίς ἐστι, καὶ ὁ πλεονέκτης.

tunæ tribuuntur, quæque plerique homines sibi optant ac persequuntur. At non ita oportet facere, sed optare, ut ea quæ simpliciter bona sunt, nobis quoque utilitatem afferant ac prosint, moribus nequaquam corruptis. Et quum eligendum est, præferenda non ea quæ simpliciter, sed quæ nobis bona sunt et quæ meliores nos efficere possunt. Jam vero injustus sicut secundæ quidem fortunæ dona optat, in iisque maximam sibi partem semper vindicare nititur : ita minima mala ex rebus adversis nata expetit : minus enim malum bonum esse judicat. Præterea quia is qui plus quam oportet sibi vindicat, et injusta hæc pluris cupiditas in bono cernitur, idcirco pluris quoque cupidus videtur esse. Est vero injustus etiam iniquus : nam generale et commune omnium injustitiæ formarum hoc iniquitatis nomen habetur : siquidem et violator legum iniquus est et qui plus quam oportet sibi vindicat.

* Ἐπεὶ δὲ ὁ παράνομος ἄδικός τίς ἐστι, καὶ ὁ νόμιμος δίκαιος, φανερὸν ὅτι πάντα τὰ νόμιμα δίκαιά πώς ἐστι· [d] τὰ γὰρ ὡρισμένα ὑπὸ τῆς νομοθετικῆς νόμιμά τέ ἐστι, καὶ δίκαια λέγονται· ἕκαστον γὰρ τῶν νομίμων καὶ δίκαιον εἶναί φαμεν· ὥστε περὶ ὅσα εἰσὶν οἱ νόμοι, περὶ ταῦτα καὶ τὴν δικαιοσύνην εἶναι συμβαίνει.

Quum autem legum violator injustus et juris cultor justus sit, perspicuum est, omnia legitima justa quodammodo esse : nam et ea quæ a legum ferendarum scientia definita sunt, legitima habentur et justa appellantur : eorum enim quæ legitima sunt unumquidque justum esse dicimus : ut in quibuscunque leges, in iis quoque justitiam esse constet.

** Ἀλλ' οἱ νόμοι περὶ ἁπάντων ἀγορεύουσι, στοχαζόμενοι τοῦ συμφέροντος ταῖς πολιτείαις ἁπάσαις, εἴτε δημοκρατίαν, εἴτε ἀριστοκρατίαν, εἴτε ἄλλην τινὰ τάττουσι πολιτείαν· προστάττοντες δὲ πάντα τὰ κατὰ πᾶσαν ἀρετὴν ἔργα, οἷον, σώφρονα, καὶ δίκαια, καὶ ἀνδρεῖα.

At vero leges de omnibus rebus publice loquuntur, spectantes id quod omni reipublicæ conducit, sive rationem popularem, sive optimatium civitatem, sive aliam disciplinam publicam constituunt : simul etiam imperantes quamlibet actionem omni virtuti consentaneam, exempli gratia, res aut temperanter et juste factas aut fortiter gestas.

*** Προστάττουσι γὰρ μὴ λείπειν τὴν τάξιν μηδὲ φεύγειν, ὅπερ ἐστὶ [a] τοῦ ἀνδρείου, καὶ μὴ μοιχεύειν μηδὲ ὑβρίζειν, ὅπερ ἐστὶ τοῦ σώφρονος ἔργον, καὶ μὴ τύπτειν μηδὲ κακουργεῖν, ὃ πρᾳότητός ἐστιν· ὁμοίως δὲ καὶ τὰ τῶν ἄλλων ἀρετῶν καὶ κακιῶν τὰ μὲν κελεύει, τὰ δὲ ἀπαγορεύει. Καὶ ὁ μὲν ἀκριβὴς νόμος καὶ ὀρθὸς κατὰ τὸν ὀρθὸν καὶ ἀκριβῆ λόγον, ὁ δὲ αὐτοσχεδίως καὶ ἀβασανίστως τεθεὶς οὐ πάνυ ἀκριβῶς καὶ ὡς προσῆκεν, ἀλλὰ χεῖρον καὶ κελεύει καὶ ἀποτρέπει· κελεύει δ' οὖν ὅμως καὶ ἀποτρέπει τὰ ἀγαθὰ καὶ τὰ φαῦλα· παντὸς γὰρ νόμου τόδε σκοπός ἐστιν.

Imperant enim, ne quis ordinem deserat neve fugiat, quod est viri fortis, porro ne quis adulterium faciat neve alienæ pudicitiæ illudat, quod est temperantis, item ne quis percutiat alios aut vexet, quod est mansuetudinis : similiter vero et quæ ad reliquas virtutes aut vitia spectant, vel jubent vel prohibent. Atque illa quidem lex quæ accurate recteque constituta est, rectæ accuratæque rationi convenienter, sed quæ temere inconsiderateque lata est, non valde accurate, neque ut decet, sed deterius et jubet et vetat : quæ bona sunt nihilominus quæque mala, tum jubet tum vetat : omnium enim legum finis hic est.

**** Εἰ τοίνυν ὅσα νόμιμα, τοσαῦτα καὶ δίκαια, καὶ περὶ ἃ ὁ νόμος, περὶ ταῦτα καὶ τὴν δικαιοσύνην εἶναι συμβαίνει, πᾶσαν ἀρετὴν ἡ δικαιοσύνη περιέχει, καὶ ἔστι τις ἀρετὴ τελεία διὰ τὸ πάσας τὰς ἀρετὰς περιέχειν, καὶ αὐτὴν εἶναι τὴν ὅλην ἀρετήν. Τούτῳ γὰρ μόνῳ τῆς καθόλου ἀρετῆς ἡ δικαιοσύνη διαφέρει, ὅτι ἡ μὲν ἕξις ἐστὶ καθ' ἑαυτὴν μόνον, ἡ δὲ δικαιοσύνη τελεία ἐστὶν ἕξις, οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ πρὸς ἕτερον ἀναφερομένη· τὸ γὰρ χρῆσθαι πάσαις ἀρεταῖς πρὸς τὸ συμφέρον τῶν πέλας, τοῦτό ἐστιν ἡ δικαιοσύνη.

Si igitur quæcunque sunt legitima, etiam justa sunt, et in quibus lex cernitur, in iis justitiam versari constat, omnem virtutem justitia continet, et quia ad omnes virtutes pertinet, ipsaque tota virtus est, perfecta quoque est virtus. Hoc enim solo ab universali virtute differt justitia, quod altera per se tantum habitus est, justitia vero perfectus est habitus, non tamen simpliciter, sed ad alium relatus : quoties enim aliquis omnes virtutes ad alterius utilitatem refert, hoc est quod justitia appellatur.

***** Καὶ διὰ τοῦτο κρατίστη δοκεῖ πασῶν ἀρετῶν, καὶ οὔθ' ἕσπερος, οὔθ' ἑῷος ἀστὴρ οὕτω λαμπρός ἐστι καὶ θαυμαστός, ὥσπερ ἡ δικαιοσύνη· καὶ παροιμιαζόμενοί φαμεν·

Quocirca omnium virtutum præstantissima esse videtur, ac neque Hesperus neque Lucifer ita clarus et admirabilis est, ut justitia : ideoque proverbii loco dicimus :

* Ἐπεὶ δ' ὁ παράνομος ἄδικος ἦν κτλ. — ** Οἱ δὲ νόμοι ἀγορεύουσι κτλ. — *** Προστάττει δὲ ὁ νόμος κτλ. — **** Αὕτη μὲν οὖν ἡ δικαιοσύνη κτλ. — ***** Καὶ διὰ τοῦτο πολλάκις κρατίστη κτλ.

Ἐν δὲ δικαιοσύνῃ συλλήβδην πᾶσ' ἀρετή 'στι.

Καὶ τελεία μάλιστα ἀρετή, ὅτι τῆς τελείας ἀρετῆς χρῆσίς ἐστιν. Ὁ γὰρ ἔχων αὐτὴν καὶ πρὸς ἕτερον δύναται τῇ ἀρετῇ χρῆσθαι, ἀλλ' οὐ μόνον καθ' αὑτόν. Πολλοὶ γὰρ ἑαυτοὺς μὲν ταῖς ἀρεταῖς ὠφελοῦσιν, ἄλλοις δὲ δι' αὐτῶν οὐ δύνανται βοηθεῖν· καὶ διὰ τοῦτο καλῶς ὁ τοῦ Βίαντος ἔχει λόγος, ἀρχὰ δείξει ἄνδρα· οὐδὲν γὰρ ἄλλο ἐστὶν ἡ ἀρχή, ἢ ἡ πρὸς ἄλλους τῶν ἀρετῶν κοινωνία. Καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἀλλότριον ἀγαθὸν εἶναι δοκεῖ ἡ δικαιοσύνη μόνη τῶν ἄλλων ἀρετῶν, ὅτι οὐχ ἑαυτῷ τὸ συμφέρον ἀλλὰ τοῖς ἄλλοις ζητεῖ, ἢ τῷ κοινῷ, ἢ τῷ ἄρχοντι. Ὁ μὲν οὖν ἑαυτόν τε βλάπτων τῇ μοχθηρίᾳ, καὶ τοὺς φίλους, κάκιστος· ὁ δὲ ταῖς ἀρεταῖς οὐ πρὸς τὸ οἰκεῖον κεχρημένος συμφέρον, ἀλλὰ πρὸς τοὺς ἄλλους, ἄριστός ἐστι· τοῦτο γὰρ ἔργον χαλεπόν.

* Αὕτη μὲν οὖν ἡ δικαιοσύνη οὐ μέρος ἀρετῆς, ἀλλ' ὅλη ἐστὶν ἡ ἀρετή· καὶ ἀδικία ὁμοίως οὐ μέρος ἐστὶ κακίας, ἀλλ' ὅλη κακία.

** Τίνι δὲ διαφέρει ἡ καθόλου ἀρετὴ τῆς δικαιοσύνης ταύτης, εἴρηται.

(Scripsi: [a] εἰ γάρ τις δύναιτο ὑγιάζειν, ἀρκοίη ἂν τοῦτο αὐτῷ] cod. εἰ γάρ τις δύναιτο ὑγιάζειν omissa apodosi. — [b] ἐὰν πλεοναχῶς λέγηται] cod. ἐὰν πλεοναχῶς λέγεται. — [c] τῶν πραγμάτων τὴν διαφοράν] cod. τῶν πραγμάτων διαφοράν. — [d] δίκαιά πώς ἐστι] vulgo δίκαιά πως ἐστί. — [e] ὅπερ ἐστὶ] vulgo ὅπέρ ἐστι. — [f] τεθεὶς] cod. τιθεὶς. —)

Justitia in sese virtutem amplectitur omnem.

Eo etiam maxime perfecta virtus, quoniam perfectæ virtutis usus est. Siquidem qui ea præditus est, etiam in alium virtute uti potest, non tantum ipse secum. Multi enim suis sibi virtutibus prosunt, alios vero iis juvare non possunt, ideoque recte a Biante dictum est, *magistratus virum patefaciet* : nimirum nihil aliud est magistratus, quam virtutum cum aliis communicatio. Atque ob eam ipsam causam sola ex virtutibus alienum esse bonum videtur justitia, quia non quod sibi, sed quod aliis conducit, ut reipublicæ aut principi, spectare solet. Ut ergo qui sibi amicisque suis improbitate nocet, pessimus est : ita qui virtutes non ad suam, sed ad aliorum utilitatem refert, optimus habetur : hoc enim difficile est.

Hæc igitur justitia non pars virtutis, sed tota est virtus : similiterque injustitia non est pars vitiositatis, sed tota vitiositas.

Quid autem universa virtus et hæc justitia inter se differant, dictum est.

Κεφ. β'.

Περὶ τῆς μερικῆς δικαιοσύνης.

*** Ἔστι δὲ ἄλλη τις δικαιοσύνη, ἥτις ἐστὶ [a] μερικὴ ἀρετή· ὥσπερ καὶ ἀδικία, ἥτις ἐστὶ μερικὴ κακία.

**** Σημεῖον δὲ τοῦ καὶ μερικὴν εἶναι δικαιοσύνην καὶ ἀδικίαν, ἐκεῖνο ἂν εἴη· ὁ γὰρ ἐνεργῶν κατὰ τὰς ἄλλας μοχθηρίας ἄδικος μὲν λέγοιτο ἄν, πλεονέκτης δὲ οὐδαμῶς· οἷός ἐστιν ὁ ῥίψας τὴν ἀσπίδα διὰ δειλίαν, ἢ ὁ λοιδορησάμενος τὸν πέλας διὰ χαλεπότητα καὶ τὸ μὴ δύνασθαι θυμοῦ κρατεῖν καὶ ὀργῆς, ἢ ὁ μὴ βοηθήσας χρήμασι δι' ἀνελευθεριότητα· οὗτοι γὰρ πάντες ἄδικοι μέν εἰσι, πλεονέκται δὲ οὐδαμῶς. Ὥστε ὁ πλεονέκτης περὶ ἄλλην τινά ἐστι πονηρίαν, ὅτι μήτε περὶ μίαν τούτων ἐστίν, οὔτε περὶ πάσας· ψέγεται δὲ ὡς ἄδικος· ἔστιν ἄρα ἄλλη τις ἀδικία μερική, ὡς μέρος οὖσα τῆς ὅλης ἀδικίας· καὶ ἄδικόν τι μερικόν, μέρος τοῦ ὅλου ἀδίκου τοῦ παρὰ τὸν νόμον. Ἔτι εἰ ὁ μὲν κέρδους ἕνεκα μοιχεύει καὶ προσλαμβάνει, ὁ δὲ ἡδονῆς ἕνεκα, καὶ διὰ τοῦτο ζημιοῦται καὶ ἀναλίσκει τὰ ὄντα· ὁ μὲν ἀκόλαστος ἂν λέγοιτο καὶ οὐ πλεονέκτης, ὁ δὲ πλεονέκτης καὶ ἄδικος, ἀκόλαστος δὲ οὐδαμῶς· ὥστε ἀδικία

Cap. II.

De particulari justitia.

Est et alia justitia, quæ particularis est virtus : sicut et injustitia, quæ particulare vitium.

Porro et justitiam particularem esse et injustitiam, argumento vel illud fuerit, quod qui agit aliquid eorum quæ ad cætera vitia pertinent, injustus quidem vocatur, sed non plus quam oportet sibi vindicare dicitur : qualis est qui clypeum propter ignaviam abjecit aut qui vel asperitate ductus alteri maledixit vel quod ira incensus moderari animo non posset, aut qui pecunia non est alicui opitulatus ob illiberalitatem : hi enim omnes sunt injusti, nequaquam vero plus quam oportet sibi vindicant. Quare qui plus quam oportet sibi vindicat, alia improbitate insignis est, quia neque in uno aliquo eorum quæ memoravimus peccat, neque in omnibus, sed tamen ut injustus reprehenditur : unde apparet aliam quamdam esse injustitiam particularem, tanquam totius injustitiæ partem : sicut aliud injustum particulare est, tanquam totius injusti pars quædam, quo quidquid fit contra leges continetur. Præterea si duorum unus quidem lucri causa adulteret atque insuper mercedis aliquid accipiat, alter delectationis causa, ideoque etiam aliquid de suo det jacturamque rei suæ faciat, hic quidem intemperans potius quam pluris cupidus, ille autem

* Αὕτη μὲν οὖν ἡ δικαιοσύνη κτλ. — ** Τί δὲ διαφέρει κτλ. — *** Cap. 2. ζητοῦμεν δὲ κτλ — **** Σημεῖον δὲ ὅτι ἔστι κτλ.

τίς ἐστι μὴ περιέχουσα τὴν ἀκολασίαν· καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἔστιν ἡ αὐτὴ τῇ καθόλου ἀδικίᾳ, ἀλλὰ μερική. Ἔτι πᾶσα μὲν πονηρὰ πρᾶξις ἐπί τινα κακίαν ἀναφέρεται, οἷον τὸ μὲν μοιχεύειν εἰς ἀκολασίαν ἀνάγεται, τὸ δὲ φυγεῖν καὶ ῥῖψαι[b] τὴν ἀσπίδα, ἐπὶ δειλίαν, τὸ δὲ λοιδορήσασθαι καὶ πατάξαι, ἐπὶ ὀργήν, τὸ δὲ κερδᾶναι[c] τὰ ἑτέρων καὶ οὐδαμόθεν ἑαυτῷ προσήκοντα, εἰς οὐδὲν ἕτερον ἀναφέρεται, ἢ ἐπὶ τὴν ἀδικίαν.

pluris cupidus et injustus, intemperans vero neutiquam appelletur : quamobrem est quædam injustitia, quæ non continet intemperantiam : ac propterea non eadem cum universa injustitia est, sed particularis. Præterea omne malum facinus ad vitium aliquod refertur, verbi causa si quis adulterium fecit, ad intemperantiam trahitur, si ex prœlio fugit et clypeum abjecit, ad timiditatem, si alteri maledixit eumque verberavit, ad iram, sin autem alienum lucratus aliorum spoliis minimeque ad se pertinentibus suas facultates auxit, ad nullum aliud vitium nisi ad injustitiam refertur.

* Ὥστε φανερόν, ὅτι ἔστι τις[d] ἀδικία ἄλλη μερικὴ συνώνυμος τῇ καθόλου· καὶ γὰρ ὁ ὁρισμὸς ἑκατέρας ἐν τῷ αὐτῷ ἐστι γένει· ἄμφω γὰρ ἐν τῷ πρὸς ἕτερον χρῆσθαι τῷ ἀγαθῷ τὸ εἶναι ἔχουσι· διαφέρει δὲ ἡ μερικὴ τῆς καθόλου, ὅτι ἡ μὲν μερικὴ περὶ χρήματα ἢ σωτηρίαν, ἢ περὶ ἡδονὴν τὴν ἀπὸ τοῦ κέρδους, ἢ εἴ τί ἐστιν ὄνομα κοινὸν τούτων ἁπάντων· ἡ δὲ καθόλου περὶ ἅπαντά ἐστι, περὶ ὅσα ὁ σπουδαῖος καταγίνεται.

Unde apparet, præter universam illam injustitiam aliam esse particularem quandam, uno eodemque nomine appellatam, quoniam utriusque definitio eodem genere continetur : ambæ enim in eo versantur, ut boni usum ad alterum referant : ab universa rursus differt particularis, quod hæc quidem in pecuniis aut salute, aut ea voluptate quam e lucro capimus, aut si quo uno nomine hæc omnia complecti licet, cernitur : universa vero in omnibus in quibus vir bonus occupatus est.

** Ὅτι μὲν οὖν πολλαχῶς ἡ δικαιοσύνη λέγεται, καὶ ὅτι ἔστι τις[e] ἄλλη μερικὴ δικαιοσύνη παρὰ τὴν καθόλου ἀρετήν, δῆλον ἀπὸ τῶν εἰρημένων· τίς δέ ἐστιν αὕτη ἡ μερικὴ δικαιοσύνη, τοῦτο ἤδη ῥητέον. Διωρισάμεθα μὲν οὖν, ὅτι τὸ ἄνισον καὶ τὸ παράνομόν ἐστι τὸ ἄδικον, δίκαιον δέ ἐστι τὸ νόμιμον καὶ τὸ ἴσον· ἡ μὲν οὖν καθόλου δικαιοσύνη ἐστὶ περὶ τὸ νόμιμον, καὶ ἡ καθόλου ἀδικία περὶ τὸ παράνομον καὶ τὸ ἄνισον.

Multimodis igitur justitiæ nomen usurpari, et esse præter universam illam virtutem particularem quandam justitiam patet ex iis quæ diximus : quæ autem sit particularis hæc justitia, jam exponendum est. Ostendimus igitur, injustum esse tum iniquum tum legibus repugnans, justum vero simul legitimum simul æquum : quapropter universa justitia in eo quod ex lege fit, at universa injustitia in eo quod contra legem fit et iniquum est, consistit.

*** Ἐπεὶ δὲ τὸ πλέον οὐ ταὐτόν ἐστι τῷ ἀνίσῳ, ἀλλ' ἔστι τὸ μὲν ἄνισον ὥσπερ ὅλον, τὸ δὲ πλέον ὡς μέρος· (τὸ γὰρ πλέον καὶ ἄνισον, οὐ πᾶν δὲ τὸ ἄνισον πλέον·) ἔστι τις ἀδικία καὶ περὶ τὸ ἄνισον ἄλλη· αἱ οὐχ ἂν εἶεν αἱ αὐταὶ ἀδικίαι· ἀλλ' ἡ μὲν περὶ τὸ πλέον μερικὴ ἔσται ἀδικία, ἡ δὲ περὶ τὸ ἄνισον ἀδικία, καθόλου. Ἡ ἄρα μερικὴ ἀδικία, ἥτις ἔχει πρὸς τὴν τελείαν ἀδικίαν ὡς μέρος πρὸς ὅλον, περὶ τὸ πλέον ἐστί· καὶ αὕτη ἐστὶν[f] ἡ λεγομένη πλεονεξία. Ἀπὸ τούτων δὲ γινώσκεται καὶ ἡ μερικὴ δικαιοσύνη τί ἐστιν, ὡς ἐν τύπῳ· λεκτέον δὲ ἔτι περὶ αὐτῶν ἀκριβέστερον.

Quum vero non idem sit plus quod iniquum, sed iniquum pro toto, plus pro parte habeatur : (nam plus etiam iniquum, nec tamen omne iniquum plus est :) alia quoque injustitia in iniquitate posita est : quæ quidem duæ eædem esse non possint : quin ea quæ ad plus spectat, particularis, quæ ad iniquum refertur, universa injustitia est. Quare particularis illa injustitia, quæ ad summam injustitiam eandem habet rationem, quam pars ad totum, circa id quod plus est versatur : et hæc est, quæ injusta pluris cupiditas dicitur. Atque ex his quidem quid sit particularis justitia, tanquam e quibusdam extremis lineamentis intelligitur : verum de iis accuratius etiam disputandum erit.

(Scripsi : [a] ἥτις ἐστὶ] vulgo ἤ τίς ἐστι. — [b] ῥῖψαι] cod. ῥίψαι. — [c] κερδᾶναι] cod. κερδάναι. — [d] ἔστι τις] vulgo ἐστί τις. — [e] ἔστι τις] vulgo ἐστί τις. — [f] αὕτη ἐστὶν] cod. αὐτή ἐστιν —).

Κεφ. γ'.

Περὶ τῶν εἰδῶν τῆς μερικῆς δικαιοσύνης.

**** Ἡ μὲν οὖν καθόλου δικαιοσύνη, καθὼς εἴρηται, τελεία ἐστὶν ἀρετὴ καὶ χρῆσις τῆς ὅλης ἀρετῆς· (ὥσπερ καὶ ἡ ἀδικία παντελὴς κακία ἐστί·) καὶ γὰρ νόμιμός ἐστιν. Ὁ δὲ νόμος οὐ μόνον τὰς πράξεις ἁπάσης ἀρετῆς κελεύει ποιεῖν, ὡς ἐν τοῖς εἰρημένοις ἐδείχθη, ἀλλὰ καὶ παιδεύει σπουδαίους τοὺς πολίτας γενέσθαι, καὶ εἰς ἕξιν τῆς ὅλης ἐλθεῖν ἀρετῆς. Οὐ γὰρ ταὐτὸν πράξεις ποιεῖν ἀρετῆς, καὶ ἀρετῆς ἕξιν ἔχειν· καὶ διὰ

Cap. III.

De formis justitiæ particularis.

Universa ergo justitia, ut dictum est, perfecta virtus totiusque virtutis usus est : (quemadmodum et injustitia, mera est improbitas :) nam legibus obtemperat. Lex autem non tantum actiones omni virtuti consentaneas suscipere nos jubet, ut supra ostendimus, sed etiam cives viros bonos esse docet et ad totius virtutis habitum perducit. Non enim idem est honestas actiones suscipere et virtutis habitum habere : atque ideirco aliud est ci-

* Ὥστε φανερόν, ὅτι ἔστι τις ἀδικία κτλ. — ** Ὅτι μὲν οὖν εἰσὶ δικαιοσύναι πλείους κτλ. — *** Ἐπεὶ δὲ τὸ ἄνισον καὶ τὸ πλέον κτλ. — **** Ἡ μὲν οὖν κατὰ τὴν ὅλην ἀρετὴν κτλ.

τοῦτο ἄλλο ἐστὶ[a] τὸ πολίτην εἶναί τινα ἀγαθόν, καὶ ἕτερον τὸ ἄνδρα εἶναι ἀγαθόν. Ἀνὴρ μὲν γὰρ ἀγαθός ἐστιν ὁ ἕξιν ἀρετῆς ἔχων, πολίτης δὲ ἀγαθὸς ὁ πράττων ἀρετῆς ἔργα, δι' ὧν τοὺς ἑαυτοῦ πολίτας ὠφελήσει κοινῇ, καὶ ὅλως ὁ πρὸς τοὺς πολίτας ὢν ἀγαθός.

* Ὅθεν ἀπορήσειεν ἄν τις, πῶς τῆς πολιτικῆς ἐστιν ἡ παιδεία, καθ' ἣν γίνεταί τις ἀνὴρ ἀγαθός· περὶ οὗ ὕστερον ἐροῦμεν. Ἡ μὲν οὖν καθόλου δικαιοσύνη καὶ ἀδικία τοιαύτη. Τῆς δὲ κατὰ μέρος δικαιοσύνης καὶ τοῦ κατ' αὐτὴν δικαίου ἓν μέν ἐστιν εἶδος τὸ ἐν ταῖς διανομαῖς, ὅταν διανέμειν δεήσῃ χρήματα, ἢ τιμήν, ἢ ἄλλο τι[b] τῶν, ὅσα μερίζονται πρὸς τοὺς ἐν ταῖς πολιτείαις· ἐν τούτοις γάρ ἐστι καὶ τὸ ἴσον καὶ τὸ ἄνισον, καὶ τὸ ἔλαττον καὶ τὸ μεῖζον· καὶ διὰ τοῦτο τὸ ὡς δεῖ μερίζειν καὶ διανέμειν δικαιοσύνης εἶδός ἐστιν. Ἕτερον δὲ τὸ ἐν τοῖς συναλλάγμασι διορθωτικόν. Τούτου δὲ μέρη δύο διὰ τὸ καὶ τὰ συναλλάγματα εἰς δύο μέρη διαιρεῖσθαι. Τῶν γὰρ συναλλαγμάτων τὰ μέν εἰσιν ἑκούσια, τὰ δὲ ἀκούσια. Ἑκούσια μὲν πρᾶσις, ὠνή, δανεισμός, ἐγγύη, χρῆσις, (ὅταν τις ἐπὶ μισθῷ τὴν ἰδίαν οἰκίαν, ἢ τὸ ζῷον δώσῃ[c] τινὶ χρήσασθαι,) παρακαταθήκη, μίσθωσις ἢ δούλου ἢ τεχνίτου· ἑκούσια δὲ λέγεται ταῦτα, ὅτι λαβὼν μέν τις ἢ χρησάμενος καὶ ἑκουσίως ἀποδώσει, καταρχὰς μέντοι ἑκουσίως ἔλαβε καὶ παρ' ἑκόντος καὶ βουλομένου τοῦ διδόντος· καὶ διὰ τοῦτο ἑκούσια λέγονται· ἀκούσια δὲ τὰ μὲν λαθραῖα λέγονται, τὰ δὲ βίαια· λαθραῖα μέν, οἷον, κλοπή, μοιχεία, φαρμακεία, προαγωγεία,[d] τὸ δοῦλον ἀπατῆσαί τινος, δολοφονία, ψευδομαρτυρία· βίαια δέ, οἷον, πληγαί, δεσμός, θάνατος, ἁρπαγή, πήρωσις, κακηγορία, προπηλακισμός. Συναλλάγματα δὲ τὰ τοιαῦτα βίαια λέγονται, ὅτι ὁ περὶ ταῦτα ἀδικῶν λαμβάνει μὲν λάθρα καὶ βιαίως ἢ χρήματα, ἢ ἡδονήν· ἀποδίδωσι δὲ ἐν τῷ δικαστηρίῳ, ἤτοι ζημίαν,[e] ἢ θάνατον, ἢ τὸ αἰκισθῆναι, ἢ τὸ ἀτιμασθῆναι. Εἰσὶ τοίνυν δικαιοσύνης εἴδη δύο, τό τε[f] περὶ τὴν διανομὴν καὶ τὸ περὶ τὰ συναλλάγματα· τοῦ δὲ περὶ τὰ συναλλάγματα τὸ μὲν περὶ τὰ ἑκούσιά ἐστι συναλλάγματα, τὸ δὲ περὶ τὰ ἀκούσια. Ἐροῦμεν δὲ ἀκριβέστερον περὶ ἑκάστου.

(Scripsi : [a] ἄλλο ἐστὶ] vulgo ἄλλό ἐστι. — [b] ἄλλο τι] vulgo ἄλλό τι. — [c] δώσῃ] cum codd; vid. supra ad lib. IV cap. 7 — [d] προαγωγεία] ex Aristotele; cod. προαγωγία, quod etiam in parte membranarum Stagiritæ legitur. — [e] ἤτοι ζημίαν] cod. ἢ διὰ ζημίαν. — [f] τό τε] vulgo τό, τε. —)

vem bonum, aliud virum bonum esse. Qui enim virtutis habitu est præditus, vir bonus est; qui vero res virtuti consentaneas gerit, quibus prodesse publice civibus possit, quique omnino ut dignum est viro bono cum civibus vivit, civis bonus est.

Quamobrem quærat aliquis, quomodo ad prudentiam civilem ea disciplina pertineat, qua vir bonus efficitur : de quo posterius disseremus. Talis ergo universa et justitia et injustitia est. Porro justitiæ particularis jurisque in quo versatur illa, una quidem in distributione cernitur species, quoties nimirum vel pecunias vel honores, vel aliud quid quod dividi inter cives solet, distribuere debemus : in his enim æquum et iniquum, minus et majus est : ideoque dividere aliquid, ut oportet, ac distribuere justitiæ species est. Altera vero illa habetur, qua negotia, quæ cum aliis contrahimus, diriguntur. Hujus rursus duæ sunt partes propterea quod et negotia contracta in duas partes dividuntur. Contractus enim alii sponte nostra, alii nobis invitis fiunt. Sponte fiunt venditio, emtio, fœneratio, sponsio, locatio, (ut quum aliquis domum suam aut animal mercede locat,) depositum, famuli denique alicujus vel operarii conductio : et sponte quidem contracta hæc negotia dicuntur, quoniam qui accepit talia aut iis usus est, sponte etiam reddet, utpote qui initio etiam volens a volente qui dederat acceperit : atque idcirco hæc voluntaria appellantur : contra non voluntaria dicuntur partim clandestina, partim violenta : et clandestina quidem, ut furtum, adulterium, veneficium, lenocinium, servi alieni fraudatio, cædes per dolum atque insidias commissa, falsum testimonium; violenta vero, ut verbera, vincula, mors, rapina, debilitatio, maledicentia, contumelia. Talia vero negotia violenta dicuntur, propterea quod qui hæc injuste facit furtim et per vim vel pecunias vel voluptatem rapit : pro quibus postea in judicio mulctam aut mortem, aut tormenta aut infamiam subit. Duæ ergo justitiæ sunt species, tum quæ in distributione, tum quæ in contractis negotiis cernitur : ejus autem quæ in hisce negotiis consistit alia forma circa voluntaria, alia circa non voluntaria negotia versatur. De singulis autem accuratius disputabimus.

Κεφ. δ'.

Περὶ τῆς ἐν δικαιοσύνῃ ἰσότητος καὶ ἀναλογίας, καὶ περὶ τοῦ διανεμητικοῦ εἴδους τοῦ δικαίου.

** Ἔστι τοίνυν τὸ δίκαιον, καὶ μέσον, καὶ ἴσον, καὶ

Cap. IV

De justitiæ æqualitate et proportione, item de ea juris specie, quæ in distribuendo cernitur.

Est ergo justum et medium, et æquum, et propor-

* Περὶ δὲ τῆς καθ' ἕκαστον παιδείας κτλ — ** Cap. 3. ἐπεὶ δὲ ὅ τ' ἄδικος ἄνισος, καὶ τὸ ἄδικον ἄνισον κτλ.

ἀνάλογον, καὶ ἡ δικαιοσύνη, μεσότητος, καὶ ἰσότητος, καὶ ἀναλογίας ποιητική. Καὶ μέσον μέν ἐστι τὸ δίκαιον, ὅτι μεταξύ ἐστι τοῦ τε πλείονος καὶ ἐλάττονος καὶ τοῦ ὑπὲρ τὸ δέον καὶ παρὰ τὸ δέον· ὥσπερ καὶ πᾶσαι αἱ ἀρεταί. Καὶ τοῦτο κοινόν ἐστι τῇ δικαιοσύνῃ πρὸς τὰς ἄλλας ἀρετάς· τὸ δὲ ἴσον ἴδιόν ἐστι τῆς δικαιοσύνης, ὅτι ἑκάστῳ τὸ ἁρμόζον καὶ τὸ προσῆκον ἀποδίδωσι· καὶ ὃ δίδωσι τῷ λαμβάνοντι ἴσον ἐστί· τὰ γὰρ ἐφαρμόζοντα ἴσα. Τὸ δὲ προσῆκον τρόπον τινὰ ἐφαρμόζει. Ἄλλως τε, ἐπεὶ ἡ ἀδικία ἀνισότης ἐστί, καὶ τὸ ἄδικον ἄνισον, εἰκὸς ἂν εἴη τὴν δικαιοσύνην ἰσότητα εἶναι, καὶ τὸ δίκαιον ἴσον, μέσον γάρ ἐστι τοῦ πλείονος καὶ τοῦ ἐλάττονος· ἐν ὁποίᾳ γὰρ πράξει τὸ πλέον ἐστὶ καὶ τὸ ἔλαττον, ἀνάγκη καὶ τὸ ἴσον εἶναι· καὶ χωρὶς δὲ λόγου τινὸς οὕτω πᾶσι δοκεῖ τὸ δίκαιον ἴσον εἶναι.

* Ἀνάλογον δέ ἐστιν, ὅτι κατὰ τὴν διανομὴν ἀνάλογα τίθησι τὰ διανεμόμενα τοῖς λαμβάνουσι. Καὶ τοῦτον τὸν λόγον ἔχει τὰ διδόμενα πρὸς ἄλληλα, ὃν οἱ λαμβάνοντες πρὸς ἀλλήλους· εἰ γὰρ ὁ Ἀχιλλεὺς τοῦ Αἴαντος διπλασίων, φέρε εἰπεῖν, κατὰ τὴν ἀρετήν, ἡ πρὸς τὸν Ἀχιλλέα τιμὴ τῆς πρὸς τὸν Αἴαντα διπλασίων δοθήσεται παρὰ τοῦ δικαίου. Καὶ καθόσον μέν ἐστι μέσον, πολλῶν ἐστι, τὰ γὰρ ἔξω τοῦ μέσου, ἐγγὺς ὄντα καὶ πόῤῥω μᾶλλον καὶ ἧττον, πολλά.

Καθόσον δὲ ἴσον, δύο τινῶν ἐστι, [a] τοῦ τε [b] λαμβάνοντος, καὶ τοῦ δώρου· τὸ γὰρ ἴσον τῶν πρός τι ὂν ἀεὶ δύο τινῶν ἐστι. [c] Καθόσον δὲ ἀνάλογόν ἐστι τὸ δίκαιον, τὸ ἐλάχιστον τεσσάρων ἐστίν· ἡ γὰρ ἀναλογία ἀεὶ τεσσάρων· ἡ γὰρ ἀναλογία δύο λόγων ἐστὶν ἰσότης, ὁ δὲ λόγος ἐν δυσίν ἐστιν ὅροις· ὥστε ἀνάγκην εἶναι τὴν ἀναλογίαν τεσσάρων εἶναι. Οἷον, λόγος ἐστὶν ὁ διπλάσιος, φέρε εἰπεῖν, ἢ ὁ τριπλάσιος· δύο τινῶν ἐστι [d] σχέσις τοῦ μὲν ὄντος διπλασίου, τοῦ δὲ ἡμίσεως, ὥσπερ ὁ εἴκοσι τοῦ δέκα· ὥστε δύο ἀνάγκη ὅρους τῷ ἑνὶ εἶναι λόγῳ· εἰ δὲ λάβοιμεν καὶ τὸν αὐτὸν λόγον ἐν ἄλλοις δυσὶν ὅροις, οἷον τῷ ιβ′ καὶ ϛ′, ἀναλογίαν ποιήσομεν, καὶ ἔσται ὡς ὁ κ′ πρὸς ι′, ὁ ιβ′ πρὸς ϛ′· καὶ οὕτως ἀεὶ ἔσται ἡ ἀναλογία, ἐν τέσσαρσι τὸ ἐλάχιστον· δυνατὸν γὰρ καὶ ἐν πλείοσιν εἶναι.

Εἰ δὲ τρεῖς συμβαίνει πολλάκις ὅρους λαβεῖν καὶ ἀναλογίαν ποιῆσαι· ὥσπερ γὰρ ὁ κ′ πρὸς ι′, ὁ ι′ πρὸς ε′· ἀλλ' ὅτι τὸν δέκα δὶς λαμβάνομεν, τέσσαρες γίνονται πάλιν. Καλεῖται δὲ ἡ μὲν τοιαύτη ἀναλογία συνεχής, ἡ δὲ διὰ τεσσάρων ὅρων, διῃρημένη. Ἑκατέραν δὲ γεωμετρικὴν ἀναλογίαν οἱ μαθηματικοὶ καλοῦσι, διὰ τὸ καὶ ἄλλην ἀναλογίαν εἶναι, ἥτις ἀριθμητικὴ ἀναλογία καλεῖται.

Ἔστι δὲ ἀριθμητικὴ ἀναλογία, ὅταν τὸ α ὑπερέχῃ τοῦ β τοσοῦτον, ὅσον τὸ γ ὑπερέχει τοῦ δ. Τὸ δὲ διανεμητικὸν δίκαιον ἀνάλογόν ἐστι κατὰ τὴν γεωμετρικὴν ἀναλογίαν· τὸ δὲ αἴτιον ἐροῦμεν. Ὑποκείσθω δὴ τὸ μὲν διανεμόμενον τιμή, πρὸς οὓς διανέμεται, ὁ

tione respondens, et mediocritatis, æquitatis ac proportionis effectrix justitia. Ac medium quidem est justum, quia tum inter id quod plus et minus, tum inter id quod supra fas et contra officium est intercedit : haud secus atque omnes virtutes. Et hoc quidem justitiæ cum reliquis virtutibus commune est : proprium vero ejus habetur æquum, quia singulis quod convenit ac debetur persolvit : et quod accipienti nescio cui tradit, æquum est : æqua enim sunt quæ conveniunt. Quæ autem debentur, aliquo modo conveniunt. Præterea, quum injustitia sit iniquitas, injustum vero iniquum, verisimile quoque est justitiam æquitatem et quod justum est esse æquum, quia medium est ejus quod plus est et quod minus : in quacunque enim actione plus est et minus, in ea æquum quoque inesse necesse est : sed et nulla ratione allata quod justum est omnibus videtur esse æquum.

Proportione autem respondet, quia in distributione rerum proportione similia efficit ea quæ accipientibus distribuuntur. Eandemque quæ dantur inter se rationem habent, quam accipientes inter se habent : si enim, exempli gratia, Achilles duplo majore virtute Ajacem vincit, duplo majorem etiam honorem Achilli quam Ajaci vir justus tribuet. Quatenus autem medium est, multorum est : quæ enim extra medium sunt, quum alia propius absint ab eo, alia longius, alia minus longe, multa quoque sunt.

Quatenus vero æquum sive æquale habetur, duorum est, simul accipientis, simul ejus quod datur : quum enim eorum quæ ad aliud quid referuntur sit æquale, duorum semper esse oportet. Quatenus vero æqua proportione respondet id quod est justum, minimum quatuor est; siquidem proportio semper ad quatuor pertinet : nam proportio duarum rationum æqualitas est, in duobus vero terminis est ratio : unde sequitur necessario, proportionem ad quatuor pertinere. Verbi causa ratio est dupli aut tripli : hic duplex est relatio, tum ipsius duplicis, tum ejus quod dimidium est, sicut viginti ad decem : ut necesse sit duos esse in una ratione terminos : sin autem eandem rationem in aliis duobus terminis sumamus, exempli gratia in duodecim et sex, proportionem efficiemus, eruntque sicut viginti ad decem, ita duodecim ad sex : atque ita semper in quatuor minimum erit proportio : nam et potest esse in pluribus. Quin etiam ad proportionem efficiendam tres sæpe terminos nos sumere constat : ut quum dico, sicut viginti ad decem, sic decem ad quinque se habent; sed tamen quia bis sumimus decem, rursus fiunt quatuor. Vocaturque hujusmodi proportio continua; at quæ e quatuor terminis constat, disjuncta. Utramque vero geometricam proportionem mathematici dicunt, distinguentes eam ab altera, quæ arithmetica proportio nominatur.

Erit autem arithmetica, ubi A tantum superet B, quantum G superat D. Jus vero, quod in distributione versatur, geometrica proportione constat, cujus rei causam afferemus. Sit enim quasi materiæ loco id quod distribuitur, honor, item quibus distribuitur, Achilles et

* Ἔστι δὲ τὸ ἴσον ἐν ἐλαχίστοις δυσίν, κτλ.

Ἀχιλλεὺς καὶ ὁ Αἴας· δεῖ δὴ λόγον ἔχειν τὴν τιμὴν πρὸς τὴν τιμήν, ὃν ὁ Ἀχιλλεὺς πρὸς τὸν Αἴαντα· καὶ ἐναλλάξ, ὃν ἡ τιμὴ τοῦ Ἀχιλλέως πρὸς τὸν Ἀχιλλέα, ἡ τιμὴ τοῦ Αἴαντος πρὸς τὸν Αἴαντα· καὶ συνθέντι, ὃν ἔχει λόγον ὁ τετιμημένος Ἀχιλλεὺς πρὸς τὸν Ἀχιλλέα, τοῦτον ὁ τετιμημένος Αἴας πρὸς τὸν Αἴαντα· καὶ ἐναλλάξ, ὃν λόγον ἔχει ὁ τετιμημένος Ἀχιλλεὺς πρὸς τὸν τετιμημένον Αἴαντα, τοῦτον ἔχει τὸν λόγον ὁ Ἀχιλλεὺς πρὸς τὸν Αἴαντα· αὕτη δὴ πᾶσα ἡ ἀναλογία τῷ διανεμητικῷ δικαίῳ προσήκει, ἥτις εὑρεθῆναι οὐ δύναται ἐν τῇ ἀριθμητικῇ ἀναλογίᾳ, ἀλλ' ἐν τῇ γεωμετρικῇ μόνον. Καὶ ὅτι μὲν ἐν τῇ γεωμετρικῇ ἀναλογίᾳ ταῦτα τὰ εἴδη πάντα τῶν ἀναλογιῶν εὑρίσκονται, δείκνυσιν ὁ γεωμέτρης. Ὅτι δὲ ἐν τῇ ἀριθμητικῇ οὐ δύναται εὑρεθῆναι, δῆλον ἐκεῖθεν· ἔστωσαν γὰρ ἀριθμοὶ τέσσαρες ἐν ἀριθμητικῇ ἀναλογίᾳ, ὁ δ' καὶ ὁ γ', καὶ ὁ ϛ' καὶ ὁ ε'· ὑπερέχει δὴ ὁ δ' τοῦ γ', ὅσον ὑπερέχει ὁ ϛ' τοῦ ε'· ἀλλὰ συνθέντι οὐχ ἔσται ἀνάλογον ἀριθμητικῶς· συντεθέντα γὰρ ὁ ϛ' καὶ ὁ ε' ὑπερέξει τοῦ ε' τῷ ϛ'· ὁ δὲ δ' καὶ γ' συντεθέντα ὑπερέξει τοῦ γ' τῷ δ'· καὶ οὕτω διῃρημένα μὲν ἀνάλογον ἔχει ἀριθμητικῶς· ἡ αὐτὴ γὰρ ὑπεροχὴ τοῦ δ' πρὸς γ', ἥτις ἐστὶ τοῦ ϛ' πρὸς ε'· συντεθέντα δὲ οὐκέτι [e] ἀνάλογόν ἐστι· μᾶλλον γὰρ ὑπερέχει ὁ ια' τοῦ ε', ἢ ὁ ζ' τοῦ γ'.

Διὰ ταῦτα δὴ τὸ διανεμητικὸν δίκαιον ἀνάλογόν ἐστι κατὰ τὴν γεωμετρικὴν ἀναλογίαν, καὶ οὐ κατὰ τὴν συνημμένην ἀλλὰ κατὰ τὴν διῃρημένην· τέσσαρας γὰρ εἶναι δεῖ τοὺς ὅρους τῷ ἀριθμῷ· οὐ γὰρ δυνατὸν τὸ διδόμενον καὶ τὸν λαμβάνοντα ἓν εἶναι τῷ ἀριθμῷ. Καὶ τὸ δίκαιον ἐκεῖνο ἀνάλογόν ἐστιν, [f] ὅσον ἐστὶν ἐν ταῖς διανομαῖς, ὅταν ἕκαστος λάβῃ τὸ κατ' ἀξίαν, ἢ τιμήν, ἢ χρήματα, ἢ ἄλλο τι [g] τῶν μεριζομένων· ὅθεν εἰρήνη γίνεται καὶ τάξις πολιτείαις· ἀπὸ γὰρ τῶν ἐναντίων αἱ στάσεις, καὶ αἱ μάχαι, καὶ τὰ ἐγκλήματα, ὅταν ἢ οἱ ἴσοι μὴ ἴσα λάβωσιν, ἢ μὴ ἴσοι ἴσα. Ὅτι δὲ ἀναλογίαν ζητεῖ ὁ μετὰ δικαιοσύνης ποιούμενος τὴν διανομήν, καὶ ἀπὸ τούτου δῆλον· τὸ γὰρ κατ' ἀξίαν ἑκάστου, τοῦτο πάντες νομίζουσι δίκαιον· τὴν ἀξίαν δέ, δι' ἣν τις τιμᾶται, οὐ τὴν αὐτὴν πάντες λέγουσιν· ἀλλ' οἱ μὲν δημοκρατικοὶ τὴν ἐλευθερίαν λέγουσιν, οἱ δὲ ὀλιγαρχικοὶ τὸν πλοῦτον, οἱ δ' ἀριστοκρατικοὶ ἀρετήν· ἐπεὶ τοίνυν διάφοροί εἰσιν αἱ ἀξίαι, εἴ τις μετὰ δικαιοσύνης βουληθείη τιμὴν διανεῖμαι κατὰ τὴν ἀξίαν ἑκάστῳ, οὐχ ἴσην ποιήσεται τὴν διανομήν, ἀλλὰ ἀνάλογον.

* Τὸ μὲν οὖν δίκαιον τὸ ἀνάλογον, καθὼς εἴρηται· τὸ ἄδικον δὲ τὸ ἔξω τοῦ ἀναλόγου· ὅταν ἡ διανομὴ κατὰ τὸ πλεῖον τῆς ἀξίας καὶ τὸ ἔλαττον γίνηται, ὅπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἔργων τῶν ἄλλων τῆς ἀδικίας συμβαίνει. Καὶ γὰρ ὁ ἀδικῶν τοῦ ἀδικουμένου πλεῖον ἀγαθὸν ἔχειν ζητεῖ, ὁ δὲ ἀδικούμενος ἔλαττον ἔχει·

Ajax : debet igitur eandem rationem ad honorem habere honor, quam ad Ajacem Achilles : et vicissim, quam rationem honor Achillis ad Achillem, eandem honor Ajacis ad Ajacem : aut si malis conjungere, quam rationem habet Achilles honoratus ad Achillem, eandem Ajax honoratus ad Ajacem : et vicissim, quam rationem habet honoratus Achilles ad honoratum Ajacem, eandem habet Achilles ad Ajacem : atque hæc sane omnis proportio pertinet ad jus in distributionibus positum, quam in arithmetica non invenias, sed in geometrica tantum analogia. Nam in geometrica analogia has omnes proportionum species reperiri geometræ ostendunt : in arithmetica autem non inveniri vel illinc manifestum est : ponamus enim in arithmetica proportione numeros esse quatuor, 4. 3. 6. 5 : hic igitur 4. superat 3. quantum 6. superat 5 : quodsi conjungas, non tamen proportio erit arithmetica : si enim conjungas 6. et 5, superabit 5. illis 6 : sin autem 4. et 3. conjungas, superabit 3. illis 4 : itaque disjuncta quidem proportionem habent arithmeticam, eodem enim modo 4. superat 3. quo 6. superat 5 : si vero conjungas, non manebit proportio : nam magis superat 11. 5. quam 7. 3.

Quapropter jus in distributionibus positum proportionem habet geometricam, et quidem non continuatam, sed disjunctam : quatuor enim oportet numero esse terminos, quia quod datur et qui accipit unum idemque numero esse non potest. Habet autem proportionem jus illud, quatenus in distributionibus versatur, quum singuli vel honorem vel pecunias, vel aliud quid eorum quæ dividuntur, pro dignitate sua accipiunt : unde pax et firma rerum publicarum constitutio nascitur : e contrariis enim seditiones, jurgia et querelæ nascuntur, quando aut æquales inæqualia, aut non æquales æqualia accipiunt. Porro proportionem ab eo spectari, qui ni exercenda justitia distributionem instituit, vel hinc planum est : quod videlicet secundum singulorum dignationem fit, id omnes justum esse arbitrantur : dignitatem vero illam, ob quam aliquis honoratur, non eandem esse omnes præ se ferunt; sed qui populari civitati favent, libertatem; qui paucorum dominatione gaudent, divitias; qui denique optimatium fautores sunt, virtutem dicunt : quum ergo diversæ sint dignitates, si quis juste velit pro dignitate honores singulis distribuere, non æqualitatem in distribuendo respiciet, sed proportionem.

Justum igitur est, quod proportione constat, ut diximus : injustum vero, quod nullam habet proportionem : quando nimirum plus minusve, quam dignitas requirit, in distributione datur, quod etiam in cæteris quæ injuste fiunt contingit. Nam qui infert injuriam plus boni habere studet, quam is cui infertur : at qui injuria afficitur,

* Τὸ δ' ἄδικον, τὸ παρὰ τὸ ἀνάλογον κτλ.

καὶ ἐπὶ τοῦ κακοῦ δὲ τὸ ἀνάπαλιν, ὁ μὲν ἀδικῶν ἔλαττον κακὸν ἔχει, ὁ δὲ ἀδικούμενος μεῖζον· διότι τὸ ἔλαττον κακὸν μᾶλλον αἱρετὸν τοῦ μείζονος, καὶ ὡς μεῖζον ἀγαθὸν τὸ ἔλαττον κακὸν ζητεῖται. Τὸ μὲν οὖν διανεμητικὸν εἶδος τοῦ δικαίου τοῦτό ἐστι. Λέγωμεν δὲ ἤδη περὶ θατέρου.

Scripsi : [a] τινῶν ἐστι] cod. τινών ἐστι.. — [b] τοῦ τε] vulgo τοῦτε. — [c] τινῶν ἐστι] cod. τινών ἐστι. — [d] τινῶν ἐστι] cod. τινών ἐστι. — [e] οὐκέτι] vulgo οὐκ ἔτι. — [f] ἐστιν] cod. ἐστι. — [g] ἄλλο τι] vulgo ἄλλό τι. —]

Κεφ. ε'.

Περὶ τοῦ διορθωτικοῦ εἴδους τῆς δικαιοσύνης καὶ περὶ τῆς κατ' αὐτὸ ἀναλογίας.

* Τὸ δὲ δεύτερον εἶδος τοῦ δικαίου τὸ διορθωτικόν, ἢ περὶ τὰ συναλλάγματά ἐστι, τά τε ἑκούσια καὶ τὰ ἀκούσια καὶ τὰ λαθραῖα, καὶ τὰ βίαια. Ἔστι μὲν καὶ αὐτὸ κατὰ ἀναλογίαν τινά, ἀλλ' οὐ κατὰ τὴν γεωμετρικήν, καθ' ἣν ὑπῆρχε τὸ πρῶτον εἶδος, τὸ διανεμητικόν, ἀλλὰ κατὰ ἀριθμητικήν. Τὸ μὲν γὰρ διανεμητικὸν δίκαιον ἀπὸ τῶν κοινῶν εἰς τοὺς πολίτας ποιούμενον τὴν διανομήν, ἀναλόγως ἑκάστῳ δίδωσι κατὰ τὴν ἀξίαν ἑκάστου καὶ τὴν εἰσφοράν, ἣν εἰς τὸ κοινὸν συνετέλεσεν· ἐπεὶ οὐ πάντες ὅμοιοι, οὐδὲ πάντες ὁμοίως εἰσφέρουσιν· ὅθεν οὐ τὰ ἴσα, ἀλλὰ τὰ ἀνάλογα δέχονται· τὸ δὲ διορθωτικὸν τῶν συναλλαγμάτων δίκαιον ὅρους μὲν ἔχει τὸν ἠδικηκότα καὶ τὸν ἠδικημένον. Δίδωσι δὲ ἑκάστῳ οὐ τὸ ἀνάλογον, ἀλλὰ τὸ ἴσον· τὴν γὰρ ἰσότητα, ἣν ὁ ἀδικῶν διαφθείρει, ἀφαιρούμενος ἀγαθόν τι τοῦ ἠδικημένου καὶ προστιθεὶς ἑαυτῷ, ταύτην ὁ δίκαιος ἀνακαλεῖται ζημιῶν τὸν ἀδικήσαντα τοσοῦτον, ὅσον ἠδίκησε· καὶ οὕτως ἑκατέρῳ τὸ ἴσον δίδωσιν. Οὕτω δὲ τεσσάρων γινομένων τῶν ὅρων, τοῦ τε [a] ἀδικηθέντος καὶ τοῦ ἠδικηκότος, καὶ ὃ πέπονθεν ὁ ἀδικηθεὶς παρὰ τοῦ ἀδικήσαντος, καὶ ὃ πέπονθεν ὁ ἀδικήσας παρὰ τοῦ δικαστοῦ, συμβαίνει ἀναλογίαν [b] εἶναι ἀριθμητικήν. Ὧι γὰρ ὑπερέσχεν ὁ ἀδικήσας τοῦ ἠδικημένου, τούτῳ ὑπερέχειν ποιεῖ ὁ δικαστὴς τοῦ ἀδικήσαντος τὸν ἠδικημένον· καὶ οὕτω συμβαίνει εἰκόνα τινὰ τῆς τοιαύτης ἀναλογίας τὸ διορθωτικὸν δίκαιον εἶναι. Καὶ γὰρ εἰ καὶ ἐπιεικὴς μὲν ὁ ἀποστερῶν, φαῦλος δὲ ὁ ἀποστερηθείς, οὐδὲν πρὸς τὸ τοιοῦτον δίκαιον διαφέρει, οὐδὲ εἰ ὁ μὲν μοιχεύσας φαῦλος, ὁ δὲ ἀδικηθεὶς ἐπιεικής, ἀλλ' ἀεὶ τὴν ἰσότητα ζητητέον τῷ διορθωτῇ· ὡς ἀδικηθεὶς γὰρ μόνον καὶ ὡς ἀδικούμενος ἑκάτερος λαμβάνεται· καὶ ὃ ἐκέρδανεν ὁ ἀδικήσας, ἢ ἡδονῆς, ἢ χρημάτων, ἢ δόξης παρὰ τοῦ ἠδικημένου, καὶ διὰ τοῦτο ὑπερέσχεν αὐτοῦ, τοῦτο ἀποδίδωσιν ὁ δικαστὴς τῷ ἠδικημένῳ, ἢ ζημιώσας τὸν ἠδικηκότα, ἢ ἀτιμάσας, ἢ αἰκισάμενος, ἢ ἀποκτείνας. Δυνατὸν

minus habet : atque in malo contra tum injuriæ auctor minus habet mali, tum injuria affectus plus habet : siquidem minus malum optabilius est majore, quia tanquam majus bonum minus quæritur malum. Hæc igitur juris species in distributionibus posita est. Quare jam de altera dicamus.

Cap. V.

De justitiæ specie in corrigendo sita ac de ejus proportione.

* Τινὲς δὲ νομίζουσι, μηδὲν δίκαιον εἶναι φύσει, ἀλλὰ πάντα νομικά. Πάντα μὲν γὰρ τὰ φυσικὰ ἀμετάβλητα· τὸ γὰρ πῦρ πανταχοῦ καὶ ἑκάστοτε θερμαίνει, καὶ παρ' ἡμῖν καὶ ἐν Αἰγύπτῳ ὁμοίως· τὰ δὲ δίκαια πάντα μεταβάλλονται· τὸ γὰρ δανείζεσθαι καὶ μὴ ἀποδιδόναι παρά τισι δίκαιον δοκεῖ· καὶ τἄλλα ὁμοίως ἔχει, καὶ οὐ πᾶσι δίκαια δοκεῖ τὰ αὐτά· ὥστε πάντα τὰ δίκαια νομικὰ εἶναι, καὶ οὐδὲν φυσικόν. Πρὸς δὴ ταῦτα ἐκεῖνο λέγομεν, ὅτι οὐ καθάπαξ κινεῖται πᾶν δίκαιον καὶ μεταπίπτει· εἰ γὰρ καὶ παρ' ἀνθρώποις πάντα ἦν τὰ δίκαια μεταβλητά, παρά γε [b] τοῖς θεοῖς ἀνάγκη δίκαιον εἶναι ἀμετάβλητον, ὥστε εἶναί τι φυσικὸν δίκαιον· νῦν δὲ καὶ παρ' ἀνθρώποις, τοῖς τε ὀρθῶς καὶ ὑγιῶς ἔχουσιν, ἔστι [c] δίκαιον ἀκίνητον, ὃ φυσικὸν λέγεται. Εἰ δὲ τοῖς νοσοῦσι τὰς φρένας καὶ διεστραμμένοις οὐ δοκεῖ δίκαιον, οὐδὲν διαφέρει, οὐδὲ γὰρ ὁ λέγων τὸ μέλι γλυκὺ εἶναι ψεύδεται, διότι τοῖς νοσοῦσιν οὐ τοιοῦτον δοκεῖ· τὸ τοίνυν δίκαιον τὸ φυσικὸν δοκεῖ μέν τισι δίκαιον, δοκεῖ δὲ ἄλλοις μὴ δίκαιον εἶναι.

** Ἀλλὰ τὸ μὲν πρῶτον φυσικόν ἐστι καὶ ὑγιεινῶν ἀνθρώπων, [d] τὸ δὲ δεύτερον παρὰ φύσιν καὶ μαινομένων ἀνθρώπων· ὅτι μὲν οὖν οὐδὲν κωλύει φυσικὸν εἶναι δίκαιον, ὅτι ἔνιοι δίκαιον οὐ νομίζουσιν αὐτό, δῆλον. Ἐπεὶ δὲ καὶ τὸ νομικὸν δίκαιον κινητόν ἐστι καὶ τὸ φυσικὸν ὃν εἴρηται τρόπον, τίνι διακριθήσονται καὶ ἀμφότερα κινούμενα; καὶ ἔστιν ἡ διάκρισις φανερά. Αὐτὸ γὰρ ἐξετασθήσεται τὸ δίκαιον καθ' ἑαυτό, εἰ συμφέρει πᾶσιν ἀκίνητον ὄν, καὶ εἰ καταλυθὲν βλάβην ἐπενεγκεῖν δύναται. Καὶ εἰ οὕτως ἔχει, φυσικὸν δίκαιόν ἐστιν, εἰ δὲ μὴ τοιοῦτον, νομικόν· καὶ γὰρ ἐνδέχεται μὲν πάντας τῇ ἀριστερᾷ χειρί, ὡς δεξιᾷ, χρήσασθαι, ἡ μέντοι [e] δεξιὰ φύσει φαίνεται κρείττων εἶναι τῆς ἀριστερᾶς· τὰ δὲ νομικὰ δίκαια κατὰ συνθήκην τηρούμενα, ὅμοιά ἐστι τοῖς μέτροις, ἅπερ ἄλλα ἀλλαχοῦ γίνονται· τὰ γὰρ οἰνηρὰ καὶ σιτηρὰ μέτρα οὐ πανταχοῦ [f] εἰσιν ἴσα, ἀλλ' οὗ μὲν ὠνοῦνται τὸν οἶνον ἢ τὸν σῖτον, μείζω τὰ μέτρα ποιοῦσιν, οὗ δὲ πωλοῦσιν, ἐλάττω· τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον ἔχει καὶ τὰ μὴ φυσικά, ἀλλὰ ἀνθρώπινα, καὶ κατὰ συνθήκην γινόμενα δίκαια. Οὐ γὰρ τὰ αὐτὰ πανταχοῦ· ἐπεὶ οὐδὲ πολιτεία μία πᾶσιν, ἀλλὰ μία πανταχοῦ πολιτεία, ἡ κατὰ φύσιν ἀρίστη· ὥσπερ καὶ τὸ φυσικὸν δίκαιον ἓν πανταχοῦ ἐν ταῖς εὐνομουμέναις πολιτείαις.

*** Καὶ οὕτως ἔχει πρὸς τὰς ἐν αὐταῖς πράξεις, ὡς τὸ καθόλου πρὸς τὰ καθ' ἕκαστα· [g] τὰ μὲν γὰρ πραττόμενα πολλά, τὸ δὲ δίκαιον, ἢ τὸ νόμιμον, ἕν· καθόλου γάρ ἐστιν· οὐ γὰρ τόνδε τὸν ἀριστέα κελεύει τιμᾶσθαι, καὶ τοιάνδε τιμήν, ἀλλὰ καθόλου πάντα ἀριστέα ἁπλῶς τιμᾶσθαι.

Themistoclem Olympium nominare : hæc enim priusquam decreta essent, arbitraria erant : postquam autem decreta sunt, justa videntur.

Quidam vero existimant, nullum natura jus esse, sed legitima omnia. Naturalia enim cuncta immutabilia sunt : quippe ignis ubique et semper calefacit, tam apud nos quam in Ægypto : jura autem omnia mutantur : siquidem mutuo aliquid sumere, nec tamen acceptum reddere, jus apud quosdam habetur : eademque cæterorum ratio est, sed non omnibus eadem videntur justa : ex quo sequitur, legitima esse jura omnia neque ullum naturale. Ad hoc respondemus, non omnino moveri jus omne et mutari : quamvis enim apud homines jura omnia mutarentur, apud deos tamen necesse foret jus esse immutabile, ex quo efficeretur, naturale aliquod jus esse : nunc vero etiam inter homines sapientes et bonæ frugi est jus aliquod immobile, quod naturale dicitur. Quodsi hominibus insanis et mente captis non videtur esse jus, nihil interest ; neque enim qui mel dulce esse dicit, mentitur, quia insanientibus non tale videtur : quare jus naturale quibusdam jus, aliis non videtur esse jus.

Sed prius illud naturæ congruit et sanorum hominum est, posterius naturæ repugnat et desipientium hominum proprium habetur : quod igitur nonnulli illud jus non esse existimant, id non obstare, quominus jus naturale sit, manifestum est. Quum vero jus utrumque et legitimum et naturale eo quo diximus modo sit mobile, quo pacto distinguetur, si utrumque sit mobile? Est vero manifesta distinctio. Ipsum enim per se jus explorabitur, utrum immobile manens omnibus conducat, an mutatum nocere possit. Jam vero si ita se habet, jus naturale est ; si non est tale, legitimum existimandum : nam evenire quidem potest, ut omnes homines sinistra manu æque ac dextra utantur, sed natura tamen dextera manus videtur esse fortior quam sinistra : legitima vero jura, quæ ex communi consensu servantur, mensuris sunt similia, quæ aliæ alibi sunt : neque enim omnibus locis æquales sunt vini et frumenti mensuræ, sed ubi quidem emunt vinum aut frumentum, majores etiam faciunt mensuras, ubi vero vendunt, minores : eodem quoque modo se habent ea, quæ non naturalia, sed humana et ex communi hominum consensu descripta jura sunt. Neque enim eadem ubique sunt, quando ne reipublicæ quidem status unus omnibus est, sed unus ubique natura optimus : sicut jus naturale unum ubique in omni republica bonis legibus temperata est.

Quin etiam ita ad res quæ in illis civitatibus geruntur se habet, ut universa ad singula : licet enim actiones sint multæ, unum tamen est idemque id quod justum aut legitimum vocamus : quippe universale est : neque enim hunc militem fortem aut illum certo quodam honore affici, sed universe quemvis fortem militem utique honorari jubebit.

* Δοκεῖ δὲ ἐνίοις πάντα εἶναι τοιαῦτα κτλ. — ** Ποῖον δὲ φύσει τῶν ἐνδεχομένων κτλ — *** Τῶν δὲ δικαίων καὶ νομίμων ἕκαστον, ὡς τὰ καθόλου κτλ.

(Scripsi : [a] οὐκέτι] cod. οὐκ ἔτι. — [b] παρά γε] cod. παράγε. — [c] ἔστι] cod. ἐστὶ. — [d] καὶ ὑγιεινῶν ἀνθρώπων] cod. καὶ ὑγιεινὸν τῶν ἀνθρώπων, cujus loco Heinsius καὶ ὑγιεινῶν τῶν ἀνθρώπων scribi voluerat. — [e] μέντοι] cod. μέν τοι. — [f] πανταχοῦ εἰσιν] cod. πανταχοῦ εἰσὶν. — [g] καθ' ἕκαστα] cod. καθέκαστα. —)

Κεφ. ια'.

Τί ἐστι δικαίωμα, καὶ δικαιοπράγημα, καὶ ἀδικοπράγημα.

Διαφέρει δὲ δικαίωμα τοῦ δικαίου καὶ τὸ ἀδίκημα τοῦ ἀδίκου· δίκαιον μὲν γάρ ἐστιν, ὅπερ ἁπλῶς θεωρεῖται καὶ καθόλου, ἢ νομικὸν ἢ φυσικόν, οἷον τὸ τὸν ἀνδροφόνον ἀποθνήσκειν· ὅταν δὲ τὸ τοιοῦτο δίκαιον ἐν τοῖς καθ' ἕκαστα [a] γένηται, καὶ ὅδε ὁ ἀνδροφόνος τόνδε τὸν τρόπον ἀποθάνῃ, τότε δικαίωμα καλεῖται· ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ ἀδίκου καὶ ἀδικήματος ἔχει. Καλεῖται δὲ δικαιοπράγημα μὲν πᾶσα πρᾶξις δικαία, κἄντε [b] ἀδικίας ἔκτισις ᾖ, κἄντε ἀρετῆς [c] ἀνταπόδοσις· δικαίωμα δὲ ἰδίως ἡ τῆς ἀδικίας τιμωρία. Ὁποῖα δὲ καὶ πόσα εἴδη δικαιοπραγημάτων καὶ δικαιωμάτων εἰσίν, ὕστερον ἐπισκεψόμεθα.

* Νῦν δὲ ἐκεῖνο λέγωμεν. Οὕτως οὖν ἐχόντων τῶν δικαίων καὶ τῶν ἀδίκων, ὡς εἴρηται, ἀδικεῖ μὲν ἢ δικαιοπραγεῖ, ὅταν ἑκών τις αὐτὰ πράττῃ, ὅταν δὲ ἄκων, οὔτε ἀδικεῖ οὔτε δικαιοπραγεῖ [d] καθ' αὐτόν, ἀλλὰ κατὰ συμβεβηκός. Αἱ γὰρ πράξεις καθ' ἑαυτὰς οὐκ εἰσὶν ἄδικοι οὔτε δίκαιαι, οὐ γὰρ ἐφαρμόσει αὐταῖς ὁ ὁρισμὸς τοῦ ἀδικοπραγήματος, ὃς συνίσταται ἐν τῷ ἑκουσίῳ, ἀκούσιοι γάρ εἰσιν· ἀλλ' ὅτι συμβέβηκεν αὐταῖς ἡ ἰσότης τῆς δικαιοσύνης, ἢ ἡ ἀνισότης τῆς ἀδικίας, διὰ τοῦτο ἄδικοι ἢ δίκαιαι λέγονται [e] κατὰ συμβεβηκός, καὶ οἱ πράττοντες αὐτὰς ἀδικοπραγεῖν ἢ δικαιοπραγεῖν. Καθ' αὑτὸ δέ, ὅταν ἑκούσιον ᾖ τὸ ἔργον, τότε καὶ ἀδίκημα ἔσται καὶ ἀδικοπράγημα· χωρὶς δὲ τοῦ ἑκουσίου ἄδικον μὲν ἔσται πεποιηκώς, ἡ πρᾶξις δὲ οὐκ ἔσται ἀδίκημα· αὐτὸς γὰρ οὐκ ἔστιν ἄδικος, εἰ καὶ ἄδικα ποιεῖ· ὡς γὰρ ἐν τοῖς προειρημένοις ἐδείχθη, δυνατὸν εἶναι ἄδικα μὲν ποιεῖν, ἄδικον δὲ μὴ εἶναι. Τότε γὰρ ἄδικός ἐστιν, ὅταν ἡ πρᾶξις ἐπ' αὐτῷ ᾖ, καὶ μηδεὶς βιάζηται, καὶ εἰδὼς καὶ μὴ ἀγνοῶν τὰ περιστατικὰ πάντα. Οἷον, τίνα τύπτει, καὶ τίνος ἕνεκα· ταῦτα δὲ ἐν τῷ περὶ ἑκουσίου καὶ ἀκουσίου διωρισάμεθα. Ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν δίκαια ποιούντων ἐστί· τότε γάρ τις δίκαιός ἐστι, καὶ τὸ ἔργον δικαιοπράγημα καθ' αὑτό, ὅταν ἑκουσίως γίνηται· ὁ γὰρ τὴν παρακαταθήκην ἀποδοὺς διὰ φόβον οὔτε δικαιοπραγεῖ, οὔτε δίκαιός ἐστιν, ἀλλὰ κατὰ συμβεβηκὸς λέγεται. Ταῦτα δὲ ἔτι διαιρετέον ἀκριβέστερον.

Cap. XI.

Quid sit juste factum et justa actio, nec non injusta actio.

Differt autem juste factum a justo, ut injusta actio ab injusto : siquidem justum et æquum est illud, quod simpliciter et universe consideratur, quoniam aut legibus aut naturæ convenit, verbi causa homicidam mori : quando vero hujusmodi jus in singulis cernitur, exempli gratia, ut hic homicida hac morte multetur, tum juste factum vocatur : similiterque in injusto et injuria se res habet. Nominatur autem justa actio omne recte factum, sive injuriæ executio est, sive virtutis remuneratio : juste factum vero proprie injustitiæ ultio. Sed quales et quot tam justarum actionum quam juste factorum species sint, posthac videbimus. Nunc illud quoque dicamus. Quum justa et injusta eo quo diximus modo se habeant, injuste justeque aliquis agit, quando ea sponte facit ; quando vero invitus, nec injuste nec juste per se facit, sed per accidens. Etenim actiones per se nec injustæ sunt nec justæ, quoniam in eas non quadrat injustæ actionis definitio, quæ in re voluntaria consistit, quum illæ invite suscipiantur : sed quia vel justitiæ æquitas vel injustitiæ iniquitas iis accidit, idcirco injustæ aut justæ dicuntur per accidens, et qui eas suscipiunt, hi injuste aut juste agere dicuntur. At quum per se voluntarium erit facinus, tunc injuria vocabitur et injusta actio : nimirum si quis alienæ tantum voluntati morem gesserit, injuste quidem egisse dicetur, sed actio non erit injuria : ipse enim non est injustus, quamvis injuste agat : quippe fieri potest, quemadmodum in superioribus ostendimus, ut injuste faciat aliquis, nec tamen injustus sit. Etenim tum injustus est, quum ipse agendi potestatem habet, nec a quoquam cogitur, aut tempora ignorat, sed cognitis rebus omnibus agit. Verbi gratia, quem feriat et qua de causa : hæc autem in superiori de rebus tum voluntariis tum non voluntariis disputatione definivimus. Eadem vero etiam hominum juste agentium ratio est : tum enim justus est aliquis et res quæ agitur per se justa actio, quando sponte suscipitur : nam qui propter metum reddit depositum, neque juste facit, neque justus est, sed tantum per accidens ita vocatur. Verum hæc etiam accuratius sunt distinguenda.

* Cap. 8. ὄντων δὲ τῶν δικαίων καὶ ἀδίκων τῶν εἰρημένων κτλ.

(Scripsi : [a] καθ' ἕκαστα] cod. καθέκαστα. — [b] κἄντε ἀδικίας] cod. κᾆντε ἀδικίας. — [c] κἄντε ἀρετῆς] cod. κᾆντε ἀρετῆς. — [d] δικαιοπραγεῖ καθ' αὑτόν] cod. δικαιοπραγεῖ καθ' αὑτό. — [e] ἄδικοι ἢ δίκαιαι λέγονται] cod. ἄδικοι λέγονται. —)

Κεφ. ιβʹ.

Περὶ ἀδικημάτων καὶ ἀτυχημάτων, καὶ συγγνωστῶν καὶ ἀσυγγνώστων.

* Αἱ γὰρ ἐν ταῖς κοινωνίαις βλάβαι αἱ μὲν ἑκούσιοί εἰσιν, αἱ δὲ ἀκούσιοι. Καὶ τῶν ἀκουσίων αἱ μὲν ἁμαρτήματα λέγονται, αἱ δὲ ἀτυχήματα. Καὶ ἁμάρτημα μέν ἐστιν, ὅταν τις βλάψῃ τινὰ ἀκουσίως μέν, παρασχὼν δέ τινα τῆς βλάβης αἰτίαν· οἷον, εἴ τις [a] ἐν ὁδῷ τοξεύων, ἐν ᾗ ἐνεδέχετο ἄνθρωπον παριέναι, ἐφόνευσέ τινα· οὗτος γὰρ ἄκων μὲν ἀπέκτεινε τὸν ἄνθρωπον, παρέσχε δὲ αἰτίαν τοῦ φόνου τὸ ἐν τοιούτῳ τόπῳ τοξεύειν. Ἀτύχημα δέ ἐστιν, ὅταν παρὰ πᾶσαν προσδοκίαν ἡ βλάβη συμβῇ· οἷον εἴ τις τοξεύων ἐπ' ἐρημίας, οὕτω συμβάν, παριόντα τινὰ ἀπέκτεινεν· ἐνταῦθα γὰρ παράλογός τις ἡ βλάβη συνέβη καὶ παράδοξος, καὶ οὐδὲν ἐς αὐτὸ συνετέλεσεν ὁ βλάψας, εἰ μὴ κατὰ συμβεβηκός, ἀλλ' ἔξωθεν ἡ αἰτία πᾶσα τοῦ φόνου.

** Τῶν δὲ ἑκουσίων τὰ μὲν ἐκ προαιρέσεως λέγονται, τὰ δὲ οὐκ ἐκ προαιρέσεως ἀδικήματα. Καὶ ἐκ προαιρέσεως μὲν τὰ προβεβουλευμένα, ὅταν τις σκεψάμενος καὶ βουλευσάμενος τὴν βλάβην ποιήσῃ δι' αὐτὸ τοῦτο, ἵνα βλάψῃ· οὐκ ἐκ προαιρέσεως δέ, τὰ ἐκ πάθους τινὸς γινόμενα, καὶ μὴ προβεβουλευμένως· οἷον, ὅταν τις βλάψῃ τὸν πέλας ἀθρόον τῷ θυμῷ συσχεθείς, ἢ ὑπὸ ἐνδείας τυραννούμενος κλέψῃ, οὐκ αὐτὸ τοῦτο, βουλόμενος κακουργεῖν, ἀλλὰ τὴν ἔνδειαν παραμυθήσασθαι. Ταῦτα δὲ ἑκάτερα, τά τε ἐκ προαιρέσεως, καὶ οὐκ ἐκ προαιρέσεως, ἀδικήματα λέγονται.

*** Τῶν δὲ πραττόντων αὐτὰ ὁ μὲν ἐκ προνοίας βλάπτων ἄδικός ἐστι καὶ πονηρός· ὁ δὲ ὑπὸ πάθους κινηθείς, ἢ φυσικοῦ, οἷον, ὀργῆς ἢ λύπης, ἢ ἀναγκαίου, ὥσπερ, πείνης ἢ φόβου, ὁ τοιοῦτος οὐκ ἔστιν ἄδικος οὐδὲ πονηρός.

**** Διὰ τοῦτο καὶ διακρίνεται παρὰ τοῖς δικασταῖς ὁ ἀμυνόμενος τοῦ προκατάρξαντος. Ἄρχει δὲ οὐχ ὁ θυμῷ ποιῶν, ἀλλ' ὁ κινήσας αὐτὸν εἰς ὀργήν· ὃς καὶ ἐγκαλεῖται ὡς ἄδικος· οὗτος γὰρ ἐγένετο τῆς βλάβης αἴτιος. Καὶ τούτου χάριν ὁ μὲν προκατάρξας ἀπαρνεῖται μὴ προκατάρξαι, ὁ δὲ ἀμυνάμενος τὴν βλάβην μὲν ὁμολογεῖ ἣν ἔβλαψε τὸν ἄρξαντα, ἄμυναν δὲ καὶ ἀνταπόδοσιν ὀνομάζει, διὰ τὸ μὴ οἴκοθεν, ἀλλὰ παρὰ τοῦ βλάψαντος [b] εἰς τὴν ὀργὴν κινηθῆναι. Οὐ γάρ, ὥσπερ ἐν τοῖς ἑκουσίοις συναλλάγμασιν ἔχει, οὕτω κἀνταῦθα [c] ἡ ἀμφισβήτησις γίνεται· ἐν ἐκείναις μὲν γὰρ ἡ πρᾶξις ἀμφισβητεῖται· οἷον, εἰ ἔλαβε τὴν πα-

Cap. XII.

De injuriis et rebus adversis, tum venia dignis, tum non ignoscendis.

Quæ enim in societatibus alicui importantur detrimenta, partim voluntaria sunt, partim non voluntaria. Eorum autem quæ non voluntaria sunt, alia errata dicuntur, alia mala divinitus invecta. Et erratum quidem est, quum aliquis alium lædit invitus quidem, sed ita ut aliquam lædendi causam afferat : verbi gratia, si quis in via, in qua fieri poterat, ut homo transiret, jaculatus fuerit, hominemque necarit : hic enim invitus quidem hominem interfecit, sed tamen cædis culpam sustinuit, propterea quod in tali loco sagittavit. Contra malum divinitus invectum est, quum præter omnem exspectationem damnum contrahitur, ut si quis in solitudine jaculatus forte fortuna prætereuntem hominem interfecit : hic enim præter rationem atque opinionem omnium damnum illatum est, neque quidquam, nisi per accidens, attulit qui læsit, sed extra est omnis causa cædis.

Earum autem quæ sponte fiunt, aliæ capto consilio, aliæ non capto illatæ dicuntur injuriæ. Et capto quidem consilio fiunt, quæ antegressa deliberatione inferuntur, quoties aliquis re prius perpensa ac deliberata alii detrimentum importat, idque ob hoc ipsum, ut noceat : contra non capto consilio inferuntur, quæ cum aliqua perturbatione fiunt nullaque antegressa deliberatione, ut quum quis alium ira magna inflammatus lædit, aut rerum necessariarum inopia conflictatus furatur, nec tamen hoc ipsum studet, ut lædat alios, sed ut suam inopiam sublevet. Utriusque igitur generis res, tam quæ capto consilio, quam quæ non capto fiunt, injuriæ appellantur.

Eorum autem qui injurias faciunt, is qui consulto et cogitate nocet, injustus est et improbus : qui vero affectu, sive naturali, ut ira aut dolore, sive necessario, ut fame vel metu perturbatus, is nec injustus est nec improbus.

Quamobrem etiam de judicum sententia distinguitur qui propulsat injuriam ab eo qui inchoat. Inchoare autem dicitur non qui per iram aliquid facit, sed qui illum ad iram acuit : qui et accusatur ut injustus : hic enim damni fuit auctor. Ideoque qui incipit, negat se incepisse, qui vero propulsat, damnum quidem quod apportat ei qui incipit fatetur, sed tum ultionem, tum gratiam a se relatam appellat, quod non sponte, sed ab eo qui prius nocuit, irasci sit coactus. Neque enim, quemadmodum in iis quæ sponte fiunt contractibus, sic et hic in controversiam res venit : quippe ibi de facto dubitatur, exempli gratia, num depositum aliquis accepe-

* Τῶν δὲ ἑκουσίων τὰ μὲν προελόμενοι κτλ. — ** Ὅταν δὲ εἰδὼς κτλ. — *** Ὅταν δὲ ἐκ προαιρέσεως κτλ. — **** Διὸ καλῶς τὰ ἐκ θυμοῦ, κτλ.

ρακαταθήκην ἢ τὸ δάνειον, καὶ λαβὼν οὐκ ἀπέδωκε, κἂν [d] τοῦτο δειχθῇ, πονηρὸς εὐθὺς καὶ ἄδικός ἐστιν, εἰ μὴ ἐπιλαθόμενος ἀρνεῖται· ἐνταῦθα δὲ ἡ μὲν πρᾶξις ὁμολογεῖται καὶ φανερά ἐστιν· (ὃ γάρ τις ὀργῇ ποιεῖ, φανερῶς ποιεῖ·) ἀμφισβητεῖται δέ, εἰ δικαίως ἐπάταξεν, ἢ ἀδίκως. Ὥστε ὁ μὲν προκατάρξας καὶ ἐπιβουλεύσας ἄδικος οἴεται εἶναι, καὶ διὰ τοῦτο οὐχ ὁμολογεῖ προκατάρξαι· ὁ δὲ ὀργισθεὶς παρ' ἐκείνου μὴ ἄδικος εἶναι νομίζει, καὶ διὰ τοῦτο τὴν βλάβην ὁμολογεῖ.

* Φαίνεται δὴ καὶ ἀπὸ τούτου, ὅτι ὅσα διὰ θυμὸν ἢ ἄλλα πάθη καὶ οὐ διὰ μοχθηρίαν ἀδικεῖ τις, κατ' ἐκεῖνα οὐκ ἔστιν ἄδικος, ὁ δὲ ἐκ προνοίας ἄδικός ἐστι καὶ πονηρός, οὐ μόνον ἐν τῷ διορθωτικῷ δικαίῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ διανεμητικῷ, ἐάν τις μὴ κατὰ τὸ ἴσον καὶ ἀνάλογον διανέμῃ. Ὁμοίως δὲ καὶ δίκαιός ἐστιν ἐν ἑκατέρῳ τῶν δικαίων ὁ μὴ διὰ πάθος, ἀλλὰ τοῦ ἀγαθοῦ ἕνεκα τὸ δίκαιον ποιῶν· ὁ γὰρ ὑπὸ πάθους κινηθείς, ἢ λύπης, ἢ ἔρωτος, καὶ δικαιοπραγήσας δίκαια μὲν ἐποίησε, δίκαιος δὲ οὐκ ἔστιν.

** Ἐπεὶ δὲ τῶν ἀκουσίων ἀδικημάτων τὰ μὲν συγγνώμης τυγχάνει, τὰ δ' οὔ· ῥητέον τίνα τὰ συγγνωστά, καὶ τίνα τὰ ἀσύγγνωστα. Ὅσα μὲν οὖν τις ἁμαρτάνει καὶ ἀγνοῶν καὶ δι' ἄγνοιαν, συγγνωστά· ὅσα δὲ ἀγνοῶν μέν, οὐ δι' ἄγνοιαν δέ, ἀλλὰ διὰ πάθος, ὃ μήτε φυσικόν ἐστι μήτε ἀνθρωπικόν, οἷον, φόβον, ἢ λύπην, ἢ πεῖναν, ἢ ἄλλην ἀνάγκην, ἀλλὰ τροφήν τινα, οἷον, διὰ τὸ ὀρέγεσθαι πιεῖν ἀνθοσμίου, καὶ φαγεῖν πέρδικος, τὰ τοιαῦτ' ἀσύγγνωστά ἐστι. Ἔστι δὲ τὸ μὲν δι' ἄγνοιαν καὶ ἀγνοοῦντα ἁμαρτάνειν· οἷον, ὅταν τις ἀγνοῶν, ὅτι κακὸν τὸ τὸν πατέρα ἀπελαύνειν, νυκτὸς ἀγνοήσας τὸν πατέρα ἀπελαύνῃ τῆς οἰκίας· ὁ μὲν γὰρ μὴ εἰδὼς τὸ καθόλου ἀγνοῶν λέγεται ποιεῖν· ὁ δὲ μὴ εἰδὼς τὸ μερικόν, δι' ἄγνοιαν· ὁ δὲ ἄμφω μὴ γινώσκων καὶ ἀγνοῶν καὶ δι' ἄγνοιαν λέγεται ἁμαρτάνειν, ὃς καὶ συγγινώσκεται· ἀγνοῶν δὲ καὶ οὐ δι' ἄγνοιαν, ὅταν τις ἀγνοῇ [e] μὲν καθόλου, ὅτι κακὸν τὸ κλέπτειν, κλέπτῃ [f] δέ, οὐ διότι ἀγνοεῖ, ἀλλὰ διὰ μοχθηρίαν καὶ πάθος, ὃ οὔτε ἀναγκαῖόν ἐστιν, οὔτε φυσικόν, καθὼς εἴρηται.

(Scripsi : [a] εἴ τις] cod. εἴτις. — [b] βλάψαντος] cod. βλαβέντος. — [c] κἀνταῦθα] cod. κἀνταῦθα. — [d] κἂν] cod. κἂν. — [e] ἀγνοῇ] cod. ἀγνοῆ. — [f] κλέπτῃ] cod. κλέπτει. —)

Κεφ. ιγ'.

Ὅτι οὐ δυνατὸν ἑκόντα ἀδικεῖσθαι.

*** Δόξειε δ' ἂν μὴ ἱκανῶς διωρίσθαι περὶ δικαίου καὶ ἀδίκου. Ἐπεὶ γὰρ τὸ ἀδικεῖν τῷ ἀδικεῖσθαι ἀντίκειται, διείλομεν δὲ τὸ ἀδικεῖν εἴς τε τὸ ἑκούσιον καὶ ἀκούσιον, διαιρετέον ἂν εἴη τὸ ἀδικεῖσθαι εἰς ἑκούσιον καὶ

rit aut mutuam pecuniam, atque ita quod accepit non reddiderit, ac si hoc ostendatur, improbus statim erit et injustus, nisi per oblivionem negaverit: hic vero factum conceditur et manifestum est: (nimirum quod per iram aliquis facit, manifesto facit:) sed quæritur tantum, num juste percusserit, an injuste. Itaque qui incipit et antegressa deliberatione fecit, injustus sibi videtur esse, ideoque non fatetur se incepisse: qui vero ab eo irritatus est, non putat se injustum esse, atque idcirco damnum fatetur.

Sed et hinc apparet, ex iis quæ vel per iram vel alium quemcunque affectum, non autem per improbitatem fiunt injuriis, neminem injustum esse, qui vero consulto talia facit, injustum esse et improbum, idque non in eo tantum jure quod in corrigendo versatur, sed in illo etiam quod in distribuendo cernitur, si quis non ex æquo aut pro portione distribuat. Similiter et in utroque jure justus est, qui non perturbatione incitatus, sed honesti causa quod justum est facit: qui enim perturbatione aliqua, sive dolore, sive amore incitatus juste egit, id quidem quod justum est, fecit, sed non est justus.

Quum autem earum, quæ invite fiunt, injuriarum aliæ veniam impetrent, aliæ non impetrent: dicendum quæ venia dignæ sint, quæ non sint. Quæcunque ergo aliquis imprudens et per imprudentiam peccat, ignoscenda sunt: quæcunque vero imprudens, non tamen per imprudentiam peccat, sed perturbatione aliqua, neque naturali, neque humana incitatus, ut metu aut dolore, fameve aut alia necessitate, sed gula adductus, verbi causa, si vinum odoratum bibere, aut perdicem comedere cupit, talia ignoscenda non sunt. Potest autem aliquis per imprudentiam et imprudens peccare, ut quum aliquis qui ignorat, malum esse patrem expellere, noctu patrem, quoniam non novit, domo expellit: qui enim non novit universale, imprudens facere dicitur: qui vero ignorat singulare, per imprudentiam facere: qui denique utrumque ignorat, et imprudens et per imprudentiam peccare perhibetur ideoque ei etiam ignoscitur: imprudens autem et non per imprudentiam facere dicitur, quando quis ignorat omnino, malum esse furari, et tamen furatur, non quod ignoret, sed per improbitatem et animi affectionem, neque necessariam, neque naturalem, ut dictum est.

Cap. XII.

Fieri non posse, ut volens aliquis injuria afficiatur.

Possimus forsitan nondum satis distincte de justo et injusto disputasse videri. Quum enim inferre injuriam et accipere sint contraria, qui vero alios lædit, eum partim volentem partim nolentem iis injurias inferre dixerimus,

* Ἂν δ' ἐκ προαιρέσεως βλάψῃ, κτλ. — ** Τῶν δ' ἀκουσίων τὰ μέν ἐστι συγγνωμονικά, τὰ δ' οὐ συγγνωμονικά, κτλ. — *** Cap. 9. Ἀπορήσειε δ' ἄν τις, κτλ. κτλ.

ἀκούσιον, ὃ καὶ Εὐριπίδῃ δοκεῖ. Φησὶ γὰρ εἶναί τι ἀδικεῖσθαι ἑκούσιον, λέγων πως·

Μητέρα κατέκταν [a] τὴν ἐμήν, βραχὺς λόγος,
Ἑκὼν ἑκοῦσαν, καὶ [b] θέλουσαν οὐχ ἑκών.

Δεῖ γάρ, ἐπεὶ ἀντίκειται, ἢ ἅπαν τὸ ἀδικεῖν ἑκούσιον εἶναι, καὶ τὸ ἀδικεῖσθαι πᾶν ἀκούσιον· ἢ ἐπεὶ διῄρηται τὸ ἀδικεῖν, καὶ τὸ μὲν ἑκούσιόν ἐστι, τὸ δὲ ἀκούσιον, καὶ τὸ ἀδικεῖσθαι οὕτω διῃρῆσθαι, ἵνα θατέρῳ θάτερον ἀντικέηται. Τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον δοκεῖ καὶ ἐπὶ τοῦ δικαιοῦν καὶ δικαιοῦσθαι· ἀλλὰ τὸ μὲν νομίζειν πᾶν ἀδικεῖσθαι ἢ δικαιοῦσθαι, ἑκούσιον εἶναι, ἄτοπον· καὶ γὰρ καὶ ἄκων πολλάκις τις δικαιοῦται, ὅταν ἀδικήσας κολασθῇ· ὁμοίως δὲ καὶ τὸ εἶναί τι ἑκούσιον ἀδικεῖσθαι, οὐδὲ τοῦτό ἐστιν ἀληθές· ἀεὶ γὰρ ἀκουσίως τις ἀδικεῖται· δικαιοῦται δὲ ποτὲ μὲν [c] ἀκουσίως, ποτὲ δὲ ἑκουσίως· ὁ μὲν γὰρ ἀδικῶν κολαζόμενος ἀκουσίως δικαιοῦται, ὁ δὲ ἀδικούμενος ἐκδικούμενος ἑκουσίως δικαιοῦται.

* Ἀλλὰ περὶ μὲν τοῦ δικαιοῦσθαι τὰ εἰρημένα ἀρκείτω· περὶ δὲ τοῦ ἀδικεῖσθαι, ὅτι οὐ δυνατὸν ἑκούσιον εἶναι, ῥητέον ἔτι σαφέστερον.

** Καὶ πρῶτον ἐροῦμεν τοὺς λόγους, ὅθεν δοκεῖ συνάγεσθαι ἑκουσίως τινὰ δύνασθαι ἀδικεῖσθαι. Ἐπεὶ γὰρ ἑκουσίως ἐστὶν ἀδικεῖν τὸ βλάπτειν ἀδίκως τινά, εἰδότα καὶ τὴν βλάβην καὶ τὸν βλαπτόμενον, καὶ μηδὲν ἀγνοοῦντα τῶν περὶ τὸ πρᾶγμα, καὶ ἔτι οἴκοθεν κινούμενον καὶ οὐχ ἔξωθεν βιαζόμενον, εἴη ἂν τὸ ἑκουσίως ἀδικεῖσθαι τὸ βλάπτεσθαι παρὰ τὸ δίκαιον, εἰδότα τὴν βλάβην καὶ τὸν βλάπτοντα, καὶ πάντα τὰ περὶ τὸ πρᾶγμα, καὶ ἀνέχεσθαι, δυνάμενον ἀποσείσασθαι. Τοῦτο δὲ ὅτι γίνεται, φανερόν· ὁ γὰρ ἀκρατὴς καὶ ὑφ' ἑτέρου βλάπτεται, εἰδὼς πάντα, καὶ ἀνέχεται, δυνάμενος ἀποσείσασθαι· δυνατὸν ἄρα ἐστὶν ἑκόντα τινὰ ἀδικεῖσθαι· ἔτι δὲ καὶ αὐτὸς ἑαυτὸν ὁ ἀκρατὴς βλάπτει καὶ ἑκουσίως· ἑκουσίως ἄρα ἑαυτὸν ἀδικεῖσθαί ἐστι, τὸ ἄδικα πάσχειν· πάσχει δέ τις ἄδικα ἑκών· οἱ γὰρ ἐπιεικέστεροι ἐν ταῖς διανομαῖς ἐλάττω τῆς ἀξίας λαμβάνουσι βουλόμενοι, ὅπερ ἄδικον μέν ἐστιν, ἑκούσιον δέ· ἀδικοῦνται ἄρα ἑκουσίως· ἔστιν ἄρα τι ἀδικεῖσθαι ἑκούσιον. Ἀλλὰ τοὐναντίον ἐστίν, ἀδύνατον εἶναι ἀδικεῖσθαί τινα ἑκουσίως. Τότε γάρ τις ἀδικεῖται, ὅτι τι πάσχει ἄδικον παρὰ τὴν αὑτοῦ βούλησιν· τὸ γὰρ πάσχειν τι παρὰ τὴν ἑαυτοῦ βούλησίν τινα ἐναντίον ἐστὶ τῷ λόγῳ τοῦ ἑκουσίου· ὥστε οὐ δυνατὸν βούλεσθαί τινα ἀδικεῖσθαι, οὐδὲ τὸν ἀκρατῆ. Καὶ οὗτος γὰρ ἀγαθὰ βούλεται ἑαυτῷ, καὶ οὐκ ἀνέχεται ἀδικεῖσθαι ἁπλῶς· ταύτης δὲ τῆς βλάβης ἀνέχεται, οἴεται γὰρ μὴ βλάπτεσθαι· καὶ οἴεται μὲν δέον εἶναι πράττειν ἃ ὠφελήσει, πράττει δὲ τὰ βλάπτοντα, οἰόμενος μὴ βλάπτοντα εἶναι· ὥστε οὐ δυνατόν ἐστιν ἀδικεῖσθαί τινα ἑκόντα [d]. Ἀπὸ τούτου δὲ καὶ τὰ ἐκ τοῦ ἐναντίου ἐπιχειρήματα λύεται. Καὶ γὰρ ἀδικεῖ τις, ὅταν βλά-

etiam perpessio injuriæ in spontaneam erit dividenda et invitam, quod et Euripidi videtur. Is enim ostendit, posse aliquem volentem injuria affici, ita fere :

Matrem ut meam necaverim, brevi eloquar,
volens volentem, vel volentem non volens.

Quum enim duo hæc opposita sint, oportet aut omnem quæ infertur injuriam sponte inferri, et omnem quæ accipiatur ab invito accipi : aut quoniam lædendi actio in duas species divisa est, partimque voluntaria habetur, partim invita, etiam perpessionem injuriæ ita distingui, ut altera res alteri opponatur. Eodemque modo fieri videtur, quoties aut alteri jus suum tribuimus, aut ipsi jus nostrum obtinemus : atqui existimare, volentem semper aut injuria affici aut jus suum obtinere, absurdum est : sæpe enim invitus aliquis jus suum adipiscitur, quando ejus maleficia vindicantur : similiterque posse aliquem volentem injuria affici, ne hoc quidem verum est : quippe semper invitus quis injuriam accipit : jus suum autem modo invitus aliquis, modo sua voluntate adipiscitur : nimirum homo injustus dum punitur, invitus jus suum obtinet : at qui ab injuria vindicatur, ultro jus suum obtinet.

Sed hæc de obtinendo jure suo dicta sufficiant : at volentem neminem injuria affici posse, planius docendum est.

Ac primum quidem rationes afferemus, ex quibus videtur cogi, volentem aliquem posse injuria affici. Quum enim sponte injuriam facere nihil aliud sit, quam injuste aliquem lædere, quoties nec damnum nec is qui læditur, nec quidquam eorum quæ ad rem pertinent, ignoratur, ac præterea quando aliquis suo consilio usus externa vi non cogitur, erit vicissim sponte injuriam accipere nihil aliud, quam injuste damnum pati, quoties quis et damnum et eum qui alii id apportat, et quæcunque ad rem pertinent novit, et quum possit propellere, tamen tolerat. Hoc autem fieri manifestum est : incontinens enim etiam ab aliis damno augetur, et quum sciat omnia et propulsare possit, nihilominus tolerat : ex quo efficitur, fieri posse ut sponte aliquis injuriam accipiat : præterea sibi quoque ipse incontinens nocet, et quidem sponte : unde sequitur sponte a se ipso injuria affici, esse injuriam pati : sponte autem aliquis injuriam patitur : sæpe enim qui æquiores reliquis sunt in distribuendo minus quam merentur accipiunt volentes, quod injustum quidem est, sed sponte fit : sponte ergo injuria afficiuntur : ex quo apparet posse fieri, ut aliquis volens accipiat injuriam. Atqui contrarium est, fieri non posse, ut aliquis volens injuriam accipiat. Quippe tum injuriam accipit, quum id quod injustum est contra voluntatem suam patitur : nam pati aliquid contra voluntatem suam res est contraria definitioni ejus quod sponte fit : unde sequitur fieri non posse, ut aliquis velit injuria affici : ne incontinens quidem. Etenim hic bona sibi optat, neque simpliciter injuria se affici patitur : hoc vero damnum admittit, quia se lædi non putat : et quamvis existimet ea quæ profutura sint sibi agenda esse, agit tamen quæ nocent, propterea quod haudquaquam noxia esse credit : quamobrem fieri non potest, ut sponte aliquis injuria afficiatur. Unde etiam contraria argumenta con-

* Ἄτοπον δ' ἂν δόξειε κτλ. — ** Ἐπεὶ καὶ τόγε διαπορήσειεν ἄν τις κτλ.

πτῃ τινὰ ἑκὼν παρὰ τὴν τοῦ βλαπτομένου βούλησιν· ὁμοίως δὲ καὶ ἀδικεῖται, ὅταν ἄδικα πάσχῃ παρὰ τὴν ἑαυτοῦ βούλησιν. Τὸ δὲ ἑκόντα ἄδικα πάσχειν, οὐκ ἔστιν ἀδικεῖσθαι· ὥσπερ γὰρ τὸ ἄδικον ποιεῖν οὐ πᾶν ἐστιν [e] ἀδικεῖν, οὐδὲ ὁ ἄδικα ποιῶν ἄδικος, ὡς ἀνωτέρω δέδεικται, οὕτως οὐδὲ πᾶς ὁ πάσχων ἄδικα ἀδικεῖται· ἀλλ' ὥσπερ ὁ ἀπατῶν τὸν νοσοῦντα ἰατρὸς ἢ ὁ κλέπτων τὴν τοῦ μαινομένου μάχαιραν ἄδικα μὲν ποιεῖ, ἄδικος δὲ οὐκ ἔστι, διότι πρὸς σωτηρίαν ὁρᾷ τοῦ νοσοῦντος, καὶ οὐ ζημιοῦν, ἀλλὰ κερδαίνειν ποιεῖ, οὕτω καὶ ὁ ἐν ταῖς διανομαῖς ἐλάττω λαμβάνων τῆς ἀξίας οὐκ ἀδικεῖ ἑαυτόν, εἰ καὶ ἄδικα πάσχει· οὐ γὰρ ἵνα βλάψῃ ἑαυτὸν ἀνέχεται τῶν ἐλαττόνων ἀξιούμενος, ἀλλ' ἵνα ὠφελήσῃ μᾶλλον, δόξαν μετριότητος καὶ ἐπιεικείας λαβόντα. Ἔπειτα εἰ καὶ βλάπτειν ἑαυτὸν ἀνέχεται, οὐκ ἀδικεῖται· οὐ γὰρ παρὰ τὴν αὐτοῦ βούλησιν τὰ ἄδικα πάσχει· τοῦτο γάρ ἐστιν ἀδικεῖσθαι. Ὁ γὰρ ἀλλαξάμενος τὰ βελτίω τῶν ἐλαττόνων, ὥσπερ φησὶν Ὅμηρος τὸν Γλαῦκον τῷ Διομήδει δοῦναι,

Χρύσεα χαλκείων, ἑκατόμβοι' ἐννεαβοίων, [f]

οὐκ ἀδικεῖται· βουλόμενος γὰρ ἔδωκεν· ὁ δὲ ἀδικούμενος ἀκουσίως βλάπτεται. Οὐκ ἄρα δυνατὸν ἀδικεῖσθαί τινα ἑκόντα, βλάπτεσθαι δὲ ἑκόντα δυνατόν.

(Scripsi : [a] κατέκταν] codd. hic et apud Aristotelem κατέκτα. — [b] καὶ] cum libris Andronici; ἢ codd. Aristotelis. Sed primum sæpe ponit Stagirites καὶ pro ἤ. (Vid. Henr. Steph. Thesaur. s. v. καὶ); deinde etiam librarii utramque particulam frequenter confuderunt. Conf. Schæfer. ad Greg. Corinth. p. 384. Itaque utraque lectio æque bona est. Cæterum versus istos ex Euripidis Bellerophonte petitos esse testatur Michaël Ephesius his verbis : ὁ γὰρ ἀκρατὴς ὑπὸ τῆς ἐρωμένης ἀποσυλώμενος τὰ ἴδια χρήματα ἑκὼν βλάπτεται, κἀκείνης ἑκούσης βλαπτούσης, ὥστε καὶ ἑκὼν ὑφ' ἑκούσης. Ὀρθῶς ἄρα εἴρηται τῷ Εὐριπίδῃ, ὅτι ἑκὼν ἑκοῦσαν ἔκτεινε τὴν μητέρα ὁ Βελλεροφόντης. — [c] δὲ ποτὲ μὲν] cod. δέ ποτε μέν. — [d] ἀδικεῖσθαί τινα ἑκόντα] vulgo ἀδικεῖσθαι τινὰ ἑκόντα. — [e] πᾶν ἐστιν] vulgo πᾶν ἐστὶν. — [f] Cf. Iliad. VI vs. 236).

Κεφ. ιδ'.

Περὶ τοῦ πότερον ἀδικεῖ μᾶλλον ὁ διανέμων ἀδίκως, ἢ ὁ λαμβάνων.

* Ῥητέον δὲ ἐκεῖνο, πότερον ἀδικεῖ ὁ διανέμων ἀδίκως καὶ μὴ κατὰ ἀνάλογον, ἢ ὁ λαμβάνων τὸ πλέον τῆς ἀξίας τῆς ἑαυτοῦ. Φαίνεται δέ, ὅτι ὁ διανέμων ἀδικεῖ καθ' αὑτό, ὁ δὲ λαμβάνων κατὰ συμβεβηκός· ἐκεῖνος γὰρ ἀδικεῖ καθ' αὑτό, ὃς ἑκὼν τοῦτο ποιεῖ.

futantur. Injuriam enim facit, quum sponte quis lædit alium, idque contra voluntatem ejus qui læditur : similiter et injuria afficitur, quando injusta præter voluntatem suam perpetitur. At vero sponte injusta perpeti non est injuriam accipere : quemadmodum enim injusta agere non semper est agere injuste, neque qui injusta agit injustus est, ut supra ostendimus, sic nec quicunque injusta patitur, afficitur injuria : sed ut medicus qui ægrum decipit, aut qui insani gladium furatur, injusta quidem facit, sed non est injustus, quia ægri salutem respicit, neque illi damni, sed potius lucri auctor est, ita qui in distribuendo minus quam meretur accipit, non infert sibi injuriam, quamvis injusta patiatur : neque enim ut noceat sibi ipse, patitur minora quam oportet sibi assignari, sed ut prosit magis, hoc est, ut modestiæ et æquitatis laudem consequatur. Deinde, licet detrimentum importari sibi a se ipso sinat, haudquaquam tamen injuriam accipit : neque enim præter voluntatem suam injusta patitur : hoc autem est, injuria affici. Qui enim meliora permutavit deterioribus, ut Homerus ait Glaucum Diomedi dedisse,

aurea dat pretio arma boves æquantia centum :
ærea fert nihiloque novem meliora juvencis,

ei nulla fit injuria : volens enim dedit : qui vero injuriam accipit, is invitus damnum contrahit. Quare fieri non potest, ut volens aliquis injuria afficiatur, sed ut detrimentum capiat volens, fieri potest.

Cap. XIV.

Utrum qui injuste distribuit, an qui injuste accipit majorem faciat injuriam.

Jam illud explicandum est, utrum injuriam faciat is qui injuste distribuit, et non pro portione, an qui plus accipit quam ipse meretur. Videtur certe facere per se injuriam is qui distribuit, per accidens vero is qui accipit : ille enim per se injuriam facit, qui sponte hoc facit.

* Ἔτι δ' ὧν προειλόμεθα, κτλ.

Ἑκὼν δέ τις ποιεῖ, ὅταν ᾖ παρ' αὐτῷ τῆς πράξεως ἡ αἰτία καὶ ἡ ἀρχὴ τοῦ ποιεῖν· τῆς δὲ διανομῆς ἡ ἀρχὴ παρὰ τῷ διανέμοντι· ὁ ἄρα διανέμων τὸ πλέον ἀδικεῖ καθ' αὑτό, ἀλλ' οὐχ ὁ δεχόμενος· οὐ γὰρ ἐπ' αὐτῷ ἔστιν [a] ἡ ἀρχή, καθὼς εἴρηται. Οὐ γὰρ ὁ ποιῶν τὰ ἄδικα ἀδικεῖν λέγεται, εἰ μὴ κατὰ συμβεβηκός· ὥσπερ λέγεται καὶ ἡ χεὶρ φονεύειν, ἢ μάχαιρα, ἢ λίθος, παρ' οἷς οὐκ ἔστιν ἀρχὴ τοῦ φόνου, οὐδὲ ἀφ' ἑαυτῶν πράττουσιν· ἄδικα μὲν γὰρ ποιοῦσιν, ἀδικοῦσι δὲ οὐδαμῶς. Ὁ δὲ διανέμων ἀδίκως, εἰ μὲν ἀγνοῶν τοὺς νόμους ἔξω τοῦ νομικοῦ δικαίου ἔκρινεν, οὐκ ἀδικεῖ κατὰ τὸν νόμον, [b] οὐδὲ ἄδικος ἡ κρίσις ἐστίν· ἕτερον δὲ τρόπον ἀδικεῖ, λέγω δὴ κατὰ τὸ φυσικὸν δίκαιον. Ἄλλο γὰρ τὸ νομικὸν δίκαιον, καὶ ἄλλο τὸ φυσικόν· οἷον, νόμου ὄντος τὸν ἀριστέα πλέον [c] ἔχειν ἐν ταῖς διανομαῖς, ὁ διανέμων ἀγνοήσας τὸν νόμον τῶν ἴσων τοῖς ἄλλοις ἠξίωσεν· οὗτος τοίνυν κατὰ μὲν τὸ νομικὸν δίκαιον οὐκ ἠδίκησεν, ἠγνόησε γὰρ τὸν νόμον· ὁ δὲ δι' ἄγνοιαν τὰ ἄδικα πράττων οὐκ ἀδικεῖ· ἐπεὶ δὲ καὶ φυσικὸς νόμος ἐστὶ τοὺς εὐεργέτας ἀντευποιεῖν, καὶ μὴ ἀγνοῶν, ἅτε φυσικὸν ὄντα, παρέβη, κατὰ τοῦτον ἄδικός ἐστιν· εἰ δὲ καὶ τὸν νόμον γινώσκων καὶ τὸ φυσικὸν δίκαιον παρέβη, καὶ ἀδίκως ἔκρινε, καὶ τὸ πλέον ἔνειμεν ᾧ μὴ προσῆκεν, οὐ μόνον τὸν λαβόντα πλεονεκτεῖν ἐποίησεν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς πλεονεκτεῖ. Καὶ γὰρ εἴτε διὰ φιλίαν, ἢ δι' ἔχθραν, ἢ διὰ δῶρα ἠδίκησε, συμμερίζεται τὸ ἀδίκημα· πλεονεκτεῖ γὰρ καὶ αὐτός, ἢ χάριτος πρὸς τὸν φίλον, ἢ τιμωρίας εἰς τὸν ἐχθρόν, ἢ ἀργυρίου καὶ διὰ τοῦτο καὶ αὐτὸς κοινωνεῖ τοῦ ἀδικήματος τῷ πλέον λαβόντι· καθάπερ γὰρ εἰ ἀγρόν τις ἀδίκως, ᾧ μὴ προσῆκεν, ἔδωκεν ἀργυρίου, συμμερίσασθαι λέγεται τὸν ἀγρὸν τῷ λαβόντι· καίτοι [d] οὐκ ἀγρὸν ἔλαβεν, ἀλλ' ἀργύριον· οὕτω καὶ ὁ ἐν ταῖς διανομαῖς ἀδικήσας, ἵνα ἢ ἑαυτῷ ἢ φίλῳ χαρίσηται, μετέχει τοῦ πλεονεκτήματος, καὶ συμμερίζεται τὸ ἀδίκημα· καὶ ὁ μὲν λαβὼν πλέον μὲν ἔχει, καὶ ἄδικα ἐποίησεν· οὐκ ἠδίκησε δέ, εἰ μὴ δώροις ἢ ἄλλῃ τινὶ πειθοῖ τὸν διανομέα παρέπεισεν· ὁ δὲ διανομεὺς καὶ τὸ πλέον ἔχει ὃν εἴρηται τρόπον. καὶ ἄδικός ἐστι.

(Scripsi : [a] αὐτῷ ἔστιν] vulgo αὐτῷ ἐστὶν. — [b] τὸν νόμον] cod. τὸ νόμον. — [c] πλέον] cod. πλέα. — [d] καίτοι] cod. καί τοι. —)

Sponte autem aliquis facit, quum penes ipsum actionis causa est et faciendi principium ; at vero distributionis principium penes distribuentem est : qui ergo distribuit, majorem per se injuriam facit, quam is qui accipit : nec enim penes hunc est principium, ut diximus. Neque qui injusta facit dicitur injuriam facere, nisi per accidens : quemadmodum et manus dicitur occidere, aut gladius, aut lapis, quum tamen in eorum potestate non sit cædis principium, neque per se agant : nam injusta quidem faciunt, injuriam autem neutiquam. Qui vero distribuit injuste, si leges ignorans præter legitimum jus judicavit, non facit injuriam ex lege, neque injustum est judicium : alia vero ratione injuriam facit, id est, quod ad jus naturale attinet. Aliud enim jus legitimum est, aliud naturale, verbi causa, si lex sit, ut omnium fortissimus in distributione plus accipiat, ac si is qui distribuit propter legis ignorationem æqualiter huic cæterisque omnia distribuat : hic igitur quod ad jus legitimum attinet, injuste non fecit, quia legem ignorabat : qui autem per imprudentiam injusta facit, non agit injuste : quum vero etiam lex naturalis sit, ut aliorum merita beneficiis compensemus, quam utpote a natura profectam quum ignorare non posset, ac tamen migrasset, hujus respectu injustus est : quodsi cognitam legem simulque etiam jus naturale migravit, injusteque judicavit, eique cui minime conveniebat, plus tribuit, non solum eum qui accepit plus habere fecit, sed etiam ipse plus habet. Etenim sive amicitiæ, sive inimicitiæ aut muneris accipiendi causa injuste fecit, dividitur injuria : plus enim et ipse consequitur, vel gratiæ respectu, dum amico gratificatur, vel vindictæ, dum inimicum ulciscitur, vel pecuniæ denique : ideoque et cum altero qui plus accepit, injuriæ est particeps : sicut enim, si quis agrum, cui non conveniebat, per injuriam pecunia corruptus tradidit, is communicare agrum illum dicitur cum eo qui accepit, quamvis non agrum, sed pecuniam acceperit; ita qui illata aliis injuria in distribuendo peccavit, ut vel sibi vel amico gratificetur, in partem lucri venit injuriæque fit consors : et ille quidem qui accepit plus habet, fecitque quod injustum est, quum ne sic quidem injuste fecerit, nisi vel muneribus vel alia nescio qua oratione ad persuadendum accommodata eum qui distribuebat ad rem sic agendam induxit : qui vero distribuit tum plus ea qua dictum est ratione habet, tum injustus est.

Κεφ. ιε'.

Ὅτι οὐ ῥᾴδιον παντὶ ἑκάστοτε ἄδικον ἢ δίκαιον εἶναι.

* Τινὲς δὲ τὸ ἀδικεῖν ἢ δίκαιον εἶναι ῥᾴδιον νομίζουσι, καὶ ἅμα τῷ θελῆσαι δυνατὸν εἶναι δίκαιον ἢ ἄδικον γενέσθαι· τοῦτο δὲ οὐχ οὕτως ἔχει. Τὸ μὲν γὰρ πρᾶξαι τὰ δίκαια ἢ τὰ ἄδικα, καὶ ἢ δοῦναι ἀργύριον, ἢ πατάξαι τὸν πλησίον, ῥᾴδιόν ἐστι καὶ τοῦ βουλομέ-

Cap. XV.

Non esse facile cuilibet justum semper aut injustum esse.

Quidam autem injuste agere aut justum esse facile existimant, statimque si quis velit, eum justum posse aut injustum fieri : atqui hæc res non ita se habet. Etenim agere quæ justa aut injusta sunt, nec non dare pecuniam, aut percutere alium, facile est et volentis : at

* Οἱ δ' ἄνθρωποι ἐφ' ἑαυτοῖς κτλ.

νου· τὸ δὲ ἢ δικαιοσύνης ἕξιν ἔχειν ἢ ἀδικίας, ὃ χρόνου καὶ ἀσκήσεως δεῖται, δι' ἃς ἕξεις ἢ δίκαιός τις ἢ ἄδικος λέγεται, τοῦτο δὲ οὐκ ἔστιν ἐφ' ἡμῖν, ὥστε ἅμα τῷ βούλεσθαι καὶ ῥᾴδιον εἶναι κτήσασθαι.

* Ὁμοίως δὲ νομίζουσι καὶ τὴν γνῶσιν τῶν δικαίων καὶ τῶν ἀδίκων ῥᾳδίαν εἶναι, καὶ τὸ δύνασθαι ταῦτα γινώσκειν οὐδὲν οἴονται σοφὸν εἶναι· ὅτι περὶ ὧν οἱ νόμοι λέγουσιν, οὐ χαλεπὸν συνιέναι. Ταῦτα δὲ εἶναί φασι [a] τὰ δίκαια· οὐκ εἰσὶ δὲ εἰ μὴ κατὰ συμβεβηκός· οὐ γὰρ ἁπλῶς οὕτω πραττόμενος ὁ νόμος δίκαιός ἐστιν ἑκάστοτε, καὶ ὡς ἔτυχε τελούμενος, καὶ παρ' ὧν, ἀλλ' ὡς δεῖ, καὶ ὅτε δεῖ, καὶ παρ' ὧν δεῖ. Τὸ δὲ ταῦτα καθ' ἕκαστον τῶν νόμων εἰδέναι δυσχερέστερόν ἐστι τοῦ τὰ ὑγιεινὰ εἰδέναι· ἐπεὶ κἀκεῖ μέλι καὶ οἶνον καὶ ἐλλέβορον, καὶ καῦσιν, καὶ τομὴν εἰδέναι ῥᾴδιον· ἀλλὰ πῶς δεῖ τούτων ἕκαστον πρὸς τὴν ὑγίειαν τάξαι, καὶ τίνι προσενεκτέον, καὶ πότε, [b] τοσοῦτον ἔργον, ὅσον ἰατρὸν εἶναι.

** Διὰ ταῦτα δὴ καὶ τὸν δίκαιον νομίζουσι δύνασθαι ἀδικεῖν οὐδὲν ἔλαττον τοῦ ἀδίκου, ἀλλὰ καὶ πλέον, διὰ τὸ ἄδικα δύνασθαι πράττειν· δύναιτο γὰρ ἂν καὶ πατάξαι τὸν οὐδὲν ἠδικηκότα καὶ ὑφελέσθαι τὰ ἀλλότρια, καὶ ὁ ἀνδρεῖος ῥῖψαι[c] τὴν ἀσπίδα καὶ φυγεῖν· ἀλλ' οὐ τὸ τὰ ἄδικα πράττειν ἀδικεῖν ἐστιν, οὐδὲ τὸ τὰ τοῦ δειλοῦ πράττειν δειλαίνειν ἐστί, πλὴν κατὰ συμβεβηκός· ἀλλὰ τὸ μετὰ τῆς ἕξεως ταῦτα πράττειν, τοῦτό ἐστι τὸ δειλαίνειν ἢ ἀδικεῖν· ὅταν τις οὐχ ἐθέλων ἁπλῶς, ἀλλὰ πάθει κινούμενος δειλίας φεύγῃ, ἢ τῷ ἕξιν ἔχειν ἀδικίας ἀδικῇ, ὥσπερ καὶ τὸ ἰατρεύειν, καὶ τὸ ὑγιάζειν, οὐ τὸ τέμνειν ἢ φαρμακεύειν, ἢ μὴ φαρμακεύειν ἐστίν, ἀλλὰ τὸ ὡς δεῖ, καὶ ὅτε δεῖ, ταῦτα ποιεῖν ἕξιν ἰατρικῆς ἔχοντα. Τὸ μὲν οὖν ἐπανορθωτικὸν καὶ διανεμητικὸν δίκαιον, περὶ ὧν εἰπεῖν προὔκειτο, τίνα ἐστὶ καθ' αὑτά, καὶ ὅπως ἔχει, διωρισάμεθα.

*** Νῦν δὲ ῥητέον ἐστί, πῶς ἔχει τὸ δίκαιον πρὸς τὸ ἐπιεικές, καὶ ἡ δικαιοσύνη πρὸς τὴν ἐπιείκειαν· ἐκεῖνο μόνον τῷ περὶ τοῦ δικαίου λόγῳ προσθεῖσιν, [d] ὅτι τὸ διανεμητικὸν καὶ διορθωτικὸν δίκαιον ἐν ἐκείνοις ἐστίν, ἃ μετέχουσι τῶν ἁπλῶς ἀγαθῶν· οἷον πλούτου ἢ δόξης, ἐν οἷς ὑπερβολὴ καὶ ἔλλειψις εὑρίσκεται· ἐν γὰρ δόξῃ καὶ ὑπερβάλλειν δυνατὸν τὸ δέον καὶ ἐλλείπειν ὁμοίως καὶ ἐν πλούτῳ· ἐπὶ γὰρ τῶν οὕτως ἐχόντων ἡ ἰσότης καὶ ἡ ἀναλογία ζητεῖται· καὶ τοῖς μετέχουσι τούτων τοῦ διανεμητικοῦ δικαίου χρεία καὶ τοῦ διορθωτικοῦ. Ἀλλ' ἐν μὲν τοῖς θεοῖς οὐκ ἔχει χώραν ἡ ἀνισότης, οὐδὲ ὑπερβολή ἐστιν ἐν ἐκείνοις, οὐδὲ ἔλλειψις· ὅθεν οὐδὲ χρεία τῆς τοιαύτης δικαιοσύνης· ἀλλ' οὐδὲ ἐν τοῖς φαύλοις παντάπασι τῶν ἀνθρώπων, καὶ ὑπὸ τρυφῆς καὶ τῆς ἄλλης μοχθηρίας διεφθαρμένοις· τοῖς γὰρ ὑγιάζεσθαι μέλλουσιν ἀνάγκη τι μόριον ὑγιὲς ἔχειν, ἵν' ἐκεῖθεν ὁ ἰατρὸς ἐπανακαλέσηται τὴν ὑγίειαν· οἱ δὲ

vero justitiæ aut injustitiæ habitum consequi, quod tempus et exercitationem desiderat, propter quem habitum aut justus aliquis aut injustus vocatur, id in potestate nostra non est, ita ut facile, simul atque voluit aliquis, id consequatur.

Similiter et eorum quæ justa et injusta sunt facilem esse cognitionem arbitrantur, eaque cognoscere posse nullius esse sapientiæ putant : quia ea de quibus leges loquuntur non sit difficile intelligere. Hæc autem justa esse ajunt : non sunt tamen nisi per accidens : neque enim simpliciter lex ab aliquo observata justa est semper, præsertim temere et a quovis, sed quoties ut oportet, et quum oportet, et a quibus oportet, in actionibus ea observatur. Hoc vero in singulis legibus scire difficilius est, quam salubria nosse : siquidem ibi quoque mel, et vinum, et elleborum, et ustionem, et sectionem facile est nosse : sed quomodo singula ad sanitatem adhibenda, et cui et quando admovenda sint, tam difficile est quam medicum esse.

Ac propterea existimant, virum justum nihilo minus quam injustum posse injuste agere, imo etiam magis, quia injusta potest agere : possit enim percutere aliquem a quo injuriam non accepit et alienas res subripere, haud secus quam vir fortis clypeum abjicere et fugere : atqui injusta agere non statim est injuste agere, neque quæ timidi sunt agere, timere quoque, nisi per accidens : at vero tali habitu ista agere, hoc est timide agere aut injuste : quum aliquis non quod velit, sed perturbatione incitatus timiditatis reus fit, aut quia injustitiæ habitu præditus est, agit injuste : sicut mederi et sanare non secare aut medicamenta vel adhibere, vel non adhibere est, sed quemadmodum oportet, et quum oportet, medicinæ habitu præditum hæc facere. Ergo jus tam illud quod ad emendandum pertinet, quam quod in distribuendo cernitur, de quibus nobis dicere propositum erat, qualia per se sint, et quomodo se habeant, hactenus definivimus.

Nunc vero dicendum nobis est, quomodo jus ad æquum et justitia ad æquitatem se habeat : si illud tantum ad superiorem de jure disputationem addiderimus, jus et illud quod in distribuendo cernitur et quod ad emendandum pertinet, in iis versari, quæ in partem simpliciter bonorum veniunt, quales sunt divitiæ aut gloria, in quibus nimium et parum reperitur : siquidem in gloria potest aliquis excedere modum, aut non consequi eam : similiter et in divitiis : namque in hujusmodi rebus æqualitas et proportio requiritur : quique earum participes sunt jus simul illud quod in distribuendo cernitur, simul quod ad emendandum pertinet desiderant. Jam vero in diis inæqualitati non est locus, neque nimium aut parum in iis animadvertitur : quare ne talis quidem justitiæ necessitas est : sed nec in hominibus omnino sceleratis, luxuque aut alia improbitate corruptis : qui enim sanitatem recuperaturi sunt, eos necesse est mem-

* Ἀλλὰ τὸ ὡδὶ ἔχοντας ταῦτα ποιεῖν κτλ. — ** Δι' αὐτὸ δὲ τοῦτο, καὶ τοῦ δικαίου κτλ. — *** Ἔστι δὲ τὰ δίκαια ἐν τούτοις, κτλ.

παντάπασι διαφθαρέντες οὐ δύνανται θεραπευθῆναι· ὅθεν οὐδ' ἐν αὐτοῖς ἔχει χώραν τὸ δίκαιον· ἐν ἐκείνοις δέ ἐστι τῶν ἀνθρώπων, ὅσοι βούλονται τὰ δίκαια, καὶ ποιοῦσι κατὰ τὴν ἀνθρωπίνην δύναμιν, καὶ αὖθις ἁμαρτάνουσιν ὅσον ἀνθρώποις προσῆκε.

(Scripsi : [a] εἶναί φασι] vulgo εἶναι φασὶ. — [b] καὶ πότε] cod. καί ποτε. — [c] ῥῖψαι] cod. ῥίψαι. — [d] προσθεῖσιν] cod. προσθέντες. —)

brum aliquod sanum habere, ut illinc medicus incipiat revocare sanitatem : qui vero penitus corrupti sunt, sanari non possunt : quocirca nullum in iis locum jus habet : in iis autem hominibus est, qui ea quæ justa sunt volunt, quantumque in hominis potestate situm est faciunt, rursusque peccant, quantum homines decet.

Κεφ. ιϛ'.

Περὶ ἐπιεικείας καὶ τοῦ ἐπιεικοῦς.

* Περὶ δὲ ἐπιεικείας καὶ τοῦ ἐπιεικοῦς πῶς ἔχει ἡ μὲν ἐπιείκεια πρὸς δικαιοσύνην, τὸ δ' ἐπιεικὲς πρὸς τὸ δίκαιον, ἀκόλουθόν ἐστιν εἰπεῖν. Καὶ γὰρ οὔτε πάντα ταὐτά ἐστιν, οὔτε ἕτερα τῷ γένει. Καθόσον μὲν γὰρ τὸ ἐπιεικὲς ἐπαινεῖται μᾶλλον τοῦ δικαίου, καὶ ὁ ἐπιεικὴς ἀνὴρ τοῦ δικαίου βελτίων δοκεῖ· ἔτι δὲ καὶ ἐπὶ τὰ ἄλλα μεταφέρομεν, ὅταν ἐπαινεῖν δέῃ τινὰ τῶν ἀρετῶν· καὶ γὰρ ἐπιεικεστέραν τήνδε ἐκείνης λέγομεν, τὸ βέλτιον δηλοῦντες οὐ τὸ δικαιότερον· κατὰ τοῦτο ἄλλη τις δοκεῖ εἶναι παρὰ τὴν δικαιοσύνην ἡ ἐπιείκεια. Πάλιν δὲ τῷ λόγῳ ἀκολουθοῦσι φαίνεται ἄτοπον, εἰ τὸ ἐπιεικὲς ἄλλο παρὰ τὸ δίκαιον ὄν, ἐπαινετόν ἐστιν· εἰ γὰρ ἐπαινετόν, δίκαιόν ἐστι· πᾶν γὰρ ἐπαινετὸν δίκαιον, καὶ ἡ δικαιοσύνη τελεία ἐστὶν ἀρετή, ὡς ἐν τοῖς ἀνωτέρω δέδεικται· εἰ δὲ οὐκ ἔστι δίκαιον, οὐδὲ ἐπαινετόν· ἢ εἰ τὸ ἐπιεικὲς ἐπαινετόν, τὸ δίκαιον οὐκ ἔστιν ἐπαινετόν· ἡ μὲν οὖν ἀπορία σχεδὸν διὰ ταῦτα συμβαίνει. Ἔχει δὲ καὶ ἀμφότερα ὀρθῶς, τό τε ἓν [a] εἶναι τὸ δίκαιον καὶ τὸ διαφέρειν, καὶ οὐδὲν ἀλλήλοις ἐναντιοῦνται. Τὸ γὰρ ἐπιεικὲς καὶ δίκαιόν ἐστι, καὶ δικαίου τινὸς βέλτιον· καὶ οὐχ ὡς ἑτερογενὲς τοῦ δικαίου βέλτιόν ἐστιν αὐτοῦ, ἀλλ' ὡς μέρος ἄλλου μορίου ὁμογενοῦς· καὶ σπουδαίου ὄντος καὶ αὐτοῦ καὶ δικαίου, τὸ ἐπιεικὲς δίκαιον σπουδαιότερόν ἐστι. Ταύτην δὲ τὴν ἀπορίαν εἰσήγαγεν, ὅτι τὸ ἐπιεικὲς δίκαιον μέν ἐστιν, οὐ κατὰ νόμον δέ· οὐ γὰρ περιέχεται ὑπὸ νόμου, ἀλλ' ἔστιν ἐπανόρθωμα δικαίου νομίμου. Τὸ δὲ αἴτιον τῆς διορθώσεως, ὅτι ὁ μὲν νόμος ἅπας καθόλου διορίζεται· ἐπ' ἐνίοις δὲ τῶν καθ' ἕκαστα [b] οὐ δυνατὸν ἐφαρμόζειν κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον, διὰ τὸ τὸν μὲν νόμον ὡρισμένον εἶναι, καὶ εἰς ὡρισμένον τι σκοπεῖν, τὰ δὲ καθ' ἕκαστα [c] ἀόριστα, καὶ ἄλλοτε ἄλλως ἔχοντα· οἷον ὁ νόμος κελεύει καθόλου πάντα τὸν ἐπὶ τὸ τεῖχος ἀνελθόντα ξένον ἀποθνήσκειν· ἀνελθὼν δέ τις ἠρίστευσεν· εἰ τοίνυν ἐφαρμόσωμεν τὸν νόμον τῷ ἀριστεῖ, καὶ ἀποκτείνωμεν, παρὰ τὸν ὀρθὸν λόγον καὶ τὸ δίκαιον ποιήσομεν. Ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ ἄλλων πολλῶν ἔχει· τοῦτο δὲ τὸ ἁμάρτημα οὐκ ἔστιν ἐν τῷ νόμῳ, οὐδὲ ἐν τῷ νομοθέτῃ, ἀλλ' ἐν τῇ τῶν πραγμάτων φύσει. Ὁ γὰρ νόμος, ἐπεὶ ἀδύνατον τὰ κατὰ μέρος πάντα περιλα-

Cap. XVI.

De æquitate et æquo.

Jam vero de æquitate et æquo, quo videlicet modo tum æquitas ad justitiam, tum jus ad æquum se habeat, superest ut dicamus. Namque hæc neque eadem omnino neque alia genere videntur. Quatenus enim æquum magis laudatur, quam jus, etiam vir æquus justo melior videtur : præterea ad alia quoque eam vocem transferimus, quum videlicet laudari virtutem aliquam oportet : quippe hanc illa æquiorem appellare solemus, non quod justius sed quod melius est significantes : eatenus igitur diversa a justitia videtur esse æquitas. Rursus rationem ipsam sequentibus absurdum videtur, æquum quum a jure diversum sit, tamen esse laudabile : si enim laudandum, simul est justum : nimirum quidquid laudandum est, justum habetur, et justitia, quemadmodum in superioribus ostendimus, perfecta virtus est : quodsi non est justum, ne laudandum quidem est : aut si laudandum est id quod est æquum, non est laudandum id quod est justum : hæc igitur fere sunt quæ dubitationem habent. Est autem utrumque verum, tum idem jus esse, tum aliud, neque hæc duo inter se repugnant. Etenim et jus et jure melius est æquum, neque tanquam diversi generis jure ipso melius est, sed ut pars alius partis cognatæ : quumque illud et honestum sit et justum, justius tamen et honestius est æquum. Cæterum hanc dubitationem illud attulit, quod ipsum quoque æquum jus est, non tamen lex lege, quia non continetur lege, sed legitimi juris correctio est. Ejus vero correctionis causa hæc est, quod lex omnis generaliter decernit, quibusdam autem singularibus accommodari rectæ rationi convenienter non potest, quia ut lex definita est, ita ad definitum quid spectat, indefinita autem sunt et alias aliter se habent singularia : exempli gratia lex jubet generatim peregrinum, quicunque muros urbis ascenderit, mori : forte fortuna aliquis ascendit, qui egregiæ fortitudinis documentum dedit : si ergo legem hanc illi qui fortiter pugnavit accommodemus, atque interficiamus hominem, præter rectam rationem et contra jus fasque egerimus. Eadem autem multarum etiam aliarum rerum ratio est : et tamen nec in lege, nec in legum latore hic error est, sed in ipsa rerum natura. Etenim lex quia fieri non potest, ut singularia comprehendat omnia, quum infinita sint, quod plerumque fit sumit, idque respiciens

* Cap. 10. περὶ δὲ ἐπιεικείας καὶ τοῦ ἐπιεικοῦς κτλ.

δεῖν ἀόριστα ὄντα, τὸ ὡς ἐπὶ τὸ πλέον [d] λαμβάνει, καὶ πρὸς τοῦτο βλέπων νομοθετεῖ· καὶ οὐκ ἀγνοῶν τὸ ἁμάρτημα ὁ νομοθέτης ἀπροσδιόριστον ἀφῆκε τὸν νόμον, ἀλλὰ διὰ τὸ μὴ δυνατὸν εἶναι τὴν τῶν πραγμάτων φύσιν διορισμῷ καθυποβληθῆναι ἄλλοτε ἄλλως ἐχόντων. Ἀόριστος γάρ ἐστιν ἡ τῶν πρακτῶν ὕλη, καὶ πολλὰς ἔχει τὰς μεταβολάς. Διὰ τοῦτο τῶν ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον συμβαινόντων οἱ νομοθέται στοχάζονται· τὸ γὰρ ξένον ἐπὶ τὸ τεῖχος ἀνιόντα κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ πολέμου τὴν πόλιν ὠφελῆσαι, ἐπ' ἐλάχιστα συμβαίνει· πλέον δὲ ἐνδέχεται κατὰ τῆς πόλεως ἀνέρχεσθαι. Ἐπεὶ τοίνυν ἀναγκαῖον εἰδέναι πῶς δεῖ τοὺς τοιούτους νόμους τηρεῖν, καὶ ὅτε, καὶ ἐπὶ τίσιν, ἔδει τινὰ ἕξιν εἶναι καθ' ἣν δυνησόμεθα τὰ τοιαῦτα ἐπανορθοῦν ἁμαρτήματα· αὕτη δέ ἐστιν ἡ ἐπιείκεια, καθ' ἣν τὸ ἐλλεῖπον ἀναπληροῦται τοῦ νόμου, καὶ τὸ ἁμάρτημα ἐπανορθοῦται, καὶ ὁ προσδιορισμός, [e] ὃν ἐκεῖνος παρέλιπε, διὰ τὸ πάντα κατὰ μέρος οὐκ εἰδέναι, προστίθεται· ἐρεῖ γὰρ ὁ ἐπιεικής, πάντα τὸν ἀνιόντα ξένον ἀποθνήσκειν, εἴγε ἐπιβουλεύσων [f] ἀνῆλθεν, εἰ δὲ ἠρίστευσεν, οὐ μόνον σωτηρίας, ἀλλὰ καὶ γερῶν ἀξιωθήτω· ταῦτα δὲ καὶ αὐτὸς ἂν εἶπεν ὁ νομοθέτης, εἴγε παρῆν· καὶ εἰ ᾔδει, ἐνομοθέτησεν ἄν. Τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς ὁμοίους νόμους ὁ ἐπιεικὴς ἐπανορθώσεται. Διὰ τοῦτο ἡ ἐπιείκεια δίκαιον μέν ἐστι βέλτιόν τινος δικαίου· οὐ τοῦ καθόλου δικαίου, ἀλλὰ τοῦ νομικοῦ, τοῦ διὰ τὸ καθόλου ἁμαρτάνοντος. Καὶ ἔστιν αὕτη ἡ φύσις ἡ τοῦ ἐπιεικοῦς ἐπανόρθωμα τοῦ νόμου, καθ' ὅσον ἁμαρτάνει καὶ ἐλλιπής [g] ἐστι διὰ τὸ καθόλου· τοῦτο γὰρ αἴτιον καὶ τοῦ μὴ πάντα τὰ δικαίως γινόμενα κατὰ νόμον εἶναι, ὅτι καθόλου καὶ τῶν ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον οἱ νόμοι. Καὶ διὰ τοῦτο ψηφισμάτων ἐδέησεν, ἃ ποιοῦσιν οἱ πολιτευόμενοι ἐν τοῖς κατὰ μέρος πράγμασιν, ἄλλοτε ἄλλως καὶ αὐτοῖς ἔχουσι· τῶν δὲ ἀορίστων ἀόριστος καὶ ὁ κανών ἐστιν· ὥσπερ καὶ τῆς Λεσβίας οἰκοδομῆς ὁ μολύβδινος [h] κανών, ὃς μετεκινεῖτο πρὸς τὸ σχῆμα τοῦ λίθου· τὸν αὐτὸν γὰρ τρόπον καὶ τὰ ψηφίσματα πρὸς τὰ πράγματα μεταβάλλονται.

* Τί μὲν οὖν ἐστι τὸ ἐπιεικὲς καὶ ἡ ἐπιείκεια, καὶ ὅ,τι [i] δίκαιον, καὶ πῶς ἔχει πρὸς τὸ καθόλου δίκαιον, καὶ τίνος βέλτιον δικαίου, εἴρηται. Δῆλος δὲ ἀπὸ τούτων καὶ ὁ ἐπιεικής, τίς ἐστιν· ἔστι γὰρ ὁ τῶν εἰρημένων προαιρετικὸς καὶ πρακτικός, καὶ ὁ μὴ ἀκριβοδίκαιος ἐπὶ τὸ χεῖρον, ἀλλὰ ἐλαττωτικός, καίπερ ἔχων τὸν νόμον βοηθόν· καὶ ἡ ἕξις αὕτη ἐπιείκεια, δικαιοσύνη τις οὖσα, καὶ οὐκ ἄλλη τις παρὰ ταύτην καὶ διάφορος ἕξις.

(Scripsi : [a] τό τε ἓν] vulgo τό, τε ἕν. — [b] καθ' ἕκαστα] cod. καθέκαστα. — [c] τὰ δὲ καθ' ἕκαστα] cod. τὰ δὲ καθέκαστα. — [d] ὡς ἐπὶ τὸ πλέον] quæ est plerarumque Aristotelis membranarum lectio;

* Νῦν δὲ λέγωμεν περὶ φρονήσεως. Γένοιτο δ' ἂν σαφὴς ὁ περὶ τῆς φρονήσεως λόγος, εἰ θεωρήσομεν, τίνας [a] λέγομεν εἶναι φρονίμους. Δοκεῖ δὴ φρόνιμος εἶναι, ὃς δύναται καλῶς βουλεύεσθαι περὶ τὰ αὐτῷ ἀγαθὰ καὶ συμφέροντα, οὐ περὶ τῶν μερικῶν ἀγαθῶν σκοπούμενος· οἷον, περὶ ὑγιείας, ἢ ἰσχύος, ἢ ἄλλου τινός, καὶ τῶν πρὸς ταῦτα φερόντων· ἀλλὰ περὶ τοῦ εὖ ζῆν ἁπλῶς, καὶ ὅσα συντελεῖ πρὸς εὐδαιμονίαν, ὅ ἐστι τὸ ἀνθρώπινον τέλος. Ὅτι δὲ οὕτως ἔχει, δῆλον· φρονίμους γὰρ ὀνομάζομεν τοὺς πρός τι τέλος ἀγαθὸν τὰς ἰδίας πράξεις τάττοντας, καὶ καλῶς βουλευομένους περὶ αὐτῶν, καὶ ὡς ἂν δι' αὐτῶν δυνηθεῖεν τοῦ σπουδαίου τέλους τυχεῖν, ἐκεῖνα πράττοντας, ὧν οὐκ ἔστι τέχνη· ὥστε καὶ ὅλως ἂν εἴη φρόνιμος ὁ βουλευτικός· εἰ δὲ βουλευτικός, περὶ τὰ ἐνδεχόμενά ἐστιν.

** Οὐδεὶς γὰρ βουλεύεται περὶ τῶν ἀναγκαίων καὶ μὴ δυναμένων ἄλλως ἔχειν· ἔτι δέ, οὐδὲ περὶ τῶν ἐνδεχομένων μὲν γενέσθαι ὅλως, ὑπ' αὐτοῦ δὲ γενέσθαι οὐκ ἐνδεχομένων· ὁμοίως γὰρ οὐδὲ περὶ αὐτῶν βουλεύεταί τις, ἀλλὰ μόνον περὶ τῶν δυνατῶν ὑπ' αὐτοῦ πραχθῆναι· φανερὸν δὴ ἐκ τῶν εἰρημένων, ὅτι ἡ φρόνησις ἄλλο ἐστὶν οὐ μόνον παρὰ τὴν τέχνην, ὡς δέδεικται, ἀλλὰ καὶ παρὰ τὴν ἐπιστήμην· ὅτι ἡ μὲν περὶ τὰ ἀναγκαῖά ἐστιν, ἡ δὲ φρόνησις περὶ τὰ ἐνδεχόμενα ἄλλως ἔχειν.

*** Ἔστι γὰρ φρόνησις ἕξις ἀληθὴς μετὰ λόγου πρακτικὴ περὶ τὰ ἀνθρώπου ἀγαθὰ καὶ κακά. Τῆς τέχνης δὲ διαφέρει, καθὼς εἴρηται, ὅτι ἄλλο πρᾶξις, καὶ ἄλλο ποίησις· τῆς μὲν γὰρ ποιήσεως τὸ τέλος ἄλλο ἐστὶ παρὰ τὴν ποίησιν· ἄλλο γάρ ἐστι ναυπηγική, καὶ ἕτερον τὸ πλοῖον· τῆς δὲ πράξεως τὸ τέλος οὐκ ἔστιν ἄλλο παρὰ τὴν πρᾶξιν ἀεί· καὶ γὰρ ἐνίοτε αὐτὴ ἡ πρᾶξις τέλος ἐστὶν ἑαυτῆς, ὅταν εὖ καὶ καλῶς πράττηται· τῆς γὰρ ἱππικῆς τέλος τὸ εὖ καὶ καλῶς ἱππεύειν.

Ἔστι τοίνυν φρόνησις ἕξις περὶ τὰ ἀνθρώπου ἀγαθὰ ἢ κακά.

Cap. VI.

De prudentia.

Nunc de prudentia dicamus. Erit autem perspicuus noster de prudentia tractatus, si quos prudentes esse dicamus, consideraverimus. Prudens vero videtur esse, qui de iis quæ bona ipsi et utilia sunt, bene consultare potest, non de singulis bonis cogitans, verbi causa, de sanitate, aut robore, aliisque ejusmodi, aut quæ eo spectant : sed omnino de vita bene agenda, iisque quæ ad felicitatem conferunt, qui humanus est finis. Hoc autem ita se habere, apparet : prudentes enim appellamus eos, qui ad finem aliquem bonum actiones suas referunt, recteque de iis deliberant et tanquam earum ope honestum, quod ipsis propositum est, assequi possint, ea agunt, in quibus ars locum non habet : quamobrem universe prudens fuerit, qui ad consultandum ingenio valet : quodsi ad consultandum idoneus est, in contingentibus quoque versabitur. Consultat enim nemo de necessariis et quæ aliter se habere non possunt, sed nec de iis quæ omnino quidem fieri possunt, sed ab ipso effici nequeunt : nam nec de iis quisquam perinde consultat, sed de illis tantum quæ ab ipso effici possunt : patet ergo ex iis quæ dicta sunt, prudentiam non solum aliud quam artem esse, quemadmodum ostendimus, sed etiam aliud quam scientiam : quia altera in necessariis, altera in iis quæ aliter se habere possunt, cernitur.

Quippe prudentia est habitus verus cum ratione conjunctus, ad agendum idoneus, in iis quæ homini bona et mala sunt occupatus. Ab arte autem differt, ut diximus, quia aliud actio, aliud est effectio : effectionis enim finis diversus est ab effectione : nempe aliud navium fabricandarum ars, aliud navigium est : actionis vero finis non semper diversus ab actione est : etenim nonnunquam ipsa actio, quando res bene geritur, semet ipsam habet finem : nam equitandi artis finis est bene et scite equitare. Est igitur prudentia habitus in iis quæ homini bona et mala sunt occupatus.

Quocirca Periclem etiam cæterosque ejusmodi viros prudentes esse arbitramur, quia quæ sibi et reliquis ho-

* Cap. 5. Περὶ δὲ φρονήσεως οὕτως ἂν λάβοιμεν κτλ. — ** Βουλεύεται δ' οὐθεὶς περὶ τῶν ἀδυνάτων κτλ.. — *** Λείπεται ἄρα αὐτὴν εἶναι κτλ.

* Διὰ τοῦτο Περικλέα καὶ τοὺς τοιούτους φρονίμους οἰόμεθα εἶναι, διότι τὰ ἑαυτοῖς ἀγαθὰ καὶ τὰ τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις ἐδύναντο θεωρεῖν· τοιούτους δὲ εἶναι ἡγούμεθα τοὺς οἰκονομικοὺς καὶ πολιτικούς.

** Τοῦτο δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ ὀνόματος τῆς σωφροσύνης γίνεται δῆλον· ὁ γὰρ σώφρων φυλάττων τὸ ἑαυτοῦ ἀγαθόν, τὴν φρόνησιν λέγεται σώζειν· καὶ τὴν σωφροσύνην, ὡς σώζουσαν τὴν φρόνησιν, τούτῳ προσαγορεύομεν τῷ ὀνόματι· καὶ γὰρ ὁ ἀκόλαστος οὐδεμίαν τῶν ἄλλων γνώσεων τῇ ἡδονῇ διαφθείρει, εἰ μὴ τὴν φρόνησιν μόνην· ἀλλ' οὔτε τὴν ἐπιστήμην, οὔτε τὴν τέχνην, οὔτε ἄλλην τινὰ τῶν ἀπηριθμημένων· ἡ γὰρ ἡδονὴ οὐδὲν κωλύει εἰδέναι τὸ τρίγωνον δύο ὀρθὰς ἔχειν· ὅπερ ἐστὶ τῆς ἐπιστήμης· οὐδὲ πῶς δεῖ ναῦν οἰκοδομῆσαι, ἢ ἄλλο τι [b] ποιῆσαι τεχνητόν· ἀλλὰ μόνον τὸ πρακτὸν διαστρέφει, περὶ δ ἡ φρόνησίς ἐστιν· αἱ γὰρ ἀρχαὶ καὶ τὰ αἴτια τῶν πρακτῶν τὰ τέλη εἰσίν, ὧν ἕνεκα πράττονται· τέλος δέ ἐστιν ἑκάστῳ πρακτῷ τὸ ἀγαθὸν τοῦ πράττοντος προσεχῶς, ὅπερ εἰ ἀγνοήσεται, τὸ πρακτὸν διαστρέφεται· ἀγνοεῖται δέ, ὅταν τις [c] ὑφ' ἡδονῆς, ἢ λύπης διαφθαρείς, [d] ἢ ἄλλου τινὸς πάθους, οἴηται [e] τὴν ἡδονὴν εἶναι τὸ ἀγαθόν, καὶ τὸ τέλος τὸ προσῆκον αὐτὸ νομίζῃ, [f] καὶ εἰς αὐτὴν τάττῃ [g] τὰς πράξεις· καὶ οὕτω διαφθείρει τὸ ἑαυτοῦ ἀγαθόν, ὅ ἐστι [h] τὸ τέλος καὶ ἡ προσήκουσα τῶν πρακτῶν ἀρχή· ἔστι γὰρ ἡ κακία φθαρτικὴ ἀρχῆς. Καὶ διὰ τοῦτο τοῦ ἀκολάστου φθείροντος τὴν φρόνησιν, ὁ διασώζων σώφρων καλεῖται· ὥστε ἀνάγκη τὴν φρόνησιν ἕξιν εἶναι μετὰ λόγου ἀληθῆ, περὶ τὰ ἀνθρώπινα ἀγαθὰ πρακτικήν. Δῆλον μὲν οὖν καὶ ἀπὸ τούτων, ὅτι ἄλλο ἐστὶ παρὰ τὴν ἐπιστήμην, καὶ τὴν τέχνην, καὶ τὰς ἄλλας γνώσεις.

*** Ἔτι δέ, τῆς μὲν τέχνης ἐστὶ καὶ κακία καὶ ἀρετή· καὶ γὰρ δυνατὸν καὶ ἀγαθὸν εἶναι τεχνίτην καὶ πονηρόν· φρονήσεως δὲ οὔτε κακία ἐστὶν (ἀδύνατον γὰρ φρόνιμόν τινα φαῦλον εἶναι) οὔτε ἀρετή· αὐτὴ γάρ ἐστιν ἀρετή· ἀρετὴ δὲ ἀρετῆς οὐκ ἔστιν, οὐ γὰρ μεσότης μεσότητος. Ἔτι, ὁ μὲν κατὰ τὴν τέχνην ἑκὼν ἁμαρτάνων βελτίων τοῦ ἄκοντος ἁμαρτάνοντος, καθ' ὅσον [i] ἐστὶ τεχνίτης· ἐπὶ δὲ τῆς φρονήσεως οὐχ οὕτως, ἀλλὰ τοὐναντίον· ὁ γὰρ ἑκὼν τὴν φρόνησιν διαφθείρων χείρων τοῦ ἄκοντος. Δῆλον οὖν, ὅτι ἡ φρόνησις ἀρετή τίς ἐστι καὶ οὐ τέχνη· ἀρετὴ δέ ἐστι τοῦ δοξαστικοῦ.

**** Δυοῖν γὰρ ὄντοιν τῶν λόγον ἐχόντων τῆς ψυχῆς μεροῖν, τοῦ τε [k] διανοητικοῦ καὶ τοῦ δοξαστικοῦ, ἤτοι τοῦ βουλευτικοῦ, τὸ δεύτερον περὶ τὰ ἐνδεχόμενά ἐστι, περὶ ἃ καὶ ἡ φρόνησις. Ἔστι δὲ ἡ φρόνησις οὐχ ἕξις μόνον μετὰ λόγου ἀληθής, ὥσπερ ἡ τέχνη, ὅταν μὴ ποιῇ ὁ τεχνίτης τὰ τεχνητὰ (οὐδὲν γὰρ κωλύει καὶ μὴ ποιοῦντα τεχνίτην εἶναι, καὶ τέχνην τὴν μετὰ λόγου ἕξιν ἀληθῆ) τὴν δὲ φρόνησιν ἀεὶ πρακτικὴν εἶναι πᾶσα

minibus bona forent dispicere potuerunt : tales autem eos putamus esse, qui rei familiaris tuendæ reique publicæ administrandæ periti sunt.

Quod quidem vel ex temperantiæ nomine intelligitur : temperans enim, quum bonum suum custodiat, prudentiam conservare dicitur, ideoque temperantiam tanquam prudentiæ conservatricem, hoc nomine appellamus : etenim intemperans nullam aliam cognitionem voluptate corrumpit, nisi solam prudentiam : nempe neque scientiam, neque artem, neque ullam aliam earum quas enumeravimus facultatum : neque enim obstat voluptas, quominus sciamus triangulum duas rectas habere lineas : quod est scientiæ : aut quomodo navis fabricanda sit, aut alia res artificiosa effici debeat : sed solum id quod sub actionem cadit, pervertit, in quo versatur prudentia : nimirum principia et causæ rerum sub actionem cadentium sunt fines quorum causa res illæ geruntur : singulis autem quæ sub actionem cadunt, finis est bonum præsertim ejus qui agit, quod si ignoratur, pervertitur id quod sub actionem cadit : ignoratur vero, quum quis voluptate aut dolore aut alio affectu corruptus, voluptatem bonum esse arbitratur, ipsumque finem sibi propositum esse existimat, ad eamque actiones suas refert : atque ita bonum suum corrumpit, qui finis est et legitimum eorum quæ sub actionem cadunt principium : principii videlicet corruptrix improbitas est. Quamobrem quum prudentiam corrumpat intemperans, qui eam conservat temperans vocatur, ut necesse sit, prudentiam esse habitum verum cum ratione conjunctum, ad agendum idoneum, in bonis humanis occupatum. Ergo vel hinc apparet, prudentiam a scientia, arte cæterisque notitiis differre.

Præterea artis est vitium et virtus ; siquidem artifex et bonus esse potest et malus : prudentiæ autem neque vitium est (quia fieri nequit, ut homo prudens sit malus) neque virtus : ipsa enim virtus est : virtus vero virtutis non est, sicut nec mediocritas mediocritatis. Quinetiam qui in arte sponte errat melior est eo qui invitus labitur, quatenus artifex est : in prudentia vero non ita, sed contrario modo se res habet : nam qui sponte prudentiam corrumpit, deterior est eo qui invitus hoc facit. Sequitur ergo, prudentiam esse virtutem, non artem : virtus autem ejus est animi partis quæ ad opinandum valet.

Quum enim duæ sint animi partes rationis participes, cogitando valens et opinandi vi prædita, id est, deliberativa, altera in contingentibus versatur, in quibus et prudentia. Est autem prudentia non tantum habitus verus cum ratione conjunctus, sicut ars, quum opera artificiosa artifex non efficit (nihil enim obstat, quominus, licet nihil efficiat, sit artifex, et habitus verus cum ratione conjunctus sit ars) at prudentiam semper

* Διὰ τοῦτο Περικλέα κτλ. — ** Ἔνθεν καὶ τὴν σωφροσύνην κτλ. — *** Ἀλλὰ μὴν τέχνης μέν ἐστιν ἀρετή κτλ. — **** Δυοῖν δ' ὄντοιν μεροῖν τῆς ψυχῆς κτλ.

ἀνάγκη· τὰ μὲν γὰρ ὑποκείμενα καὶ ἡ ὕλη τῆς τέχνης οὐκ ἀεὶ πάρεστι τῷ τεχνίτῃ· τὰ δὲ τῆς φρονήσεως ὑποκείμενα οὐδέποτε τὸν φρόνιμον ἐπιλείπει· τὰ γὰρ τῆς ψυχῆς πάθη, καὶ ἀνθρώπιναι πράξεις, καὶ αἱ πρὸς ἀλλήλους τῶν ἀνθρώπων κοινωνίαι, καὶ τἄλλα, περὶ ἃ πᾶσα ἀρετή ἐστι, καὶ φρόνησις, ταῦτα τοίνυν ἔξω τοῦ ἀνθρωπίνου βίου γενέσθαι ἀδύνατον· διὰ τοῦτο καὶ λήθη τῆς μὲν τέχνης ἐστί, φρονήσεως δὲ οὐκ ἔστιν. Περὶ μὲν οὖν φρονήσεως εἴρηται.

(Scripsi : [a] θεωρήσομεν, τίνας] vulgo θεωρήσομέν τινας. — [b] ἄλλο τι] vulgo ἄλλό τι. — [c] ὅταν τις] vulgo ὅτάν τις. — [d] διαφθαρείς] cod. διαφθαρεῖς. — [e] οἴηται.] cod. οἴεται. — [f] νομίζῃ] cod. νομίζει. — [g] τάττῃ] cod. τάττει. — [h] ὅ ἐστι] cod. ὅ ἐστιν. — [i] καθ' ὅσον] cod. καθόσον. — [k] τοῦ τε] cod. τοῦτε.

actuosam esse omnino necesse est : neque enim semper res artifici subjectæ et artis materia ei præsto sunt : prudentiæ vero materia nunquam deficit prudentem : quippe animi affectus et humanæ actiones et mutua hominum inter se consortia et reliqua, in quibus virtus versatur et prudentia, hæc igitur e vita humana tolli non possunt : ideoque artis quidem interdum, nulla vero prudentiæ unquam oblivio est. Et hæc quidem de prudentia exposita sunt.

Κεφ. ζ'.

Περὶ τοῦ νοῦ.

*Ῥητέον δὲ ἤδη περὶ τοῦ νοῦ, περὶ τίνα ἐστὶ τῶν γνωστῶν.

Ἐπεὶ τοίνυν ἡ ἐπιστήμη γνῶσίς ἐστι τῶν καθόλου καὶ τῶν ἐξ ἀνάγκης ὄντων, μετὰ λόγου καὶ ἀποδείξεως, ἡ δὲ ἀπόδειξις ἀρχὰς ἔχει, ἃς δεῖ προϋποκεῖσθαι τῆς ἀποδείξεως τῷ ἐπιστήμονι, ζητητέον τίνος τῶν ἀπηριθμημένων γνώσεών ἐστι τὸ ταύτας εἰδέναι τὰς ἀρχάς, ἐπιστήμης, ἢ τέχνης, ἢ φρονήσεως, ἢ σοφίας, ἢ νοῦ. Ἐπιστήμης μὲν οὖν οὐ δυνατὸν εἶναι· ἡ γὰρ ἐπιστήμη ἀποδεικτική· αἱ δὲ ἀρχαὶ οὐκ ἀποδεικταί· ἀλλ' οὐδὲ φρονήσεως, οὐδὲ τέχνης· αἱ μὲν γὰρ περὶ τὰ ἐνδεχόμενα, αἱ δὲ ἀρχαὶ οὐ τοιαῦται· ἔτι δὲ οὐδὲ τῆς σοφίας ἐστὶ τὸ τὰς ἀρχὰς εἰδέναι· καὶ γὰρ καὶ σοφία ἐστί, τὸ ἀποδεικτά τινα εἰδέναι· αἱ δὲ ἀρχαὶ ἄμεσοι.

**Λείπεται δὴ τοῦ νοῦ[a] εἶναι γνῶσιν τῶν ἀρχῶν, καὶ τοῦτό ἐστι νοῦς, ᾧ τὰς ἀρχὰς γινώσκομεν τῆς ἐπιστήμης.

(Scripsi [a] τοῦ νοῦ.] cod. τὸν νοῦν. —)

Cap. VII.

De mente.

Jam vero declarandum est, circa quas res quæ cognosci possunt, mens versetur. Quum ergo scientia universalium eorumque quæ necessario sunt, cum ratione ac demonstratione conjuncta notitia sit, demonstratio autem principia habeat, quæ intelligenti existimatori ante demonstrationem suppeditare oportet : quærendum est, cujus ex omnibus quas enumeravimus notitiis sit, hæc nosse principia, sitne scientiæ, an artis, an prudentiæ, an mentis. Ac primum quidem scientiæ esse non potest : quia scientia demonstrandi vim habet, principia autem demonstrari nequeunt : sed nec prudentiæ aut artis est : siquidem illæ in contingentibus cernuntur, quum principia nequaquam talia sint : sed nec sapientiæ est, principia nosse : etenim hujus est, res quasdam, quæ demonstrari possunt, scire : at principia per se spectantur.

Relinquitur igitur, ut mentis sit nosse principia, estque mens ea vis, qua scientiæ principia cognoscimus.

Κεφ. η'.

Περὶ σοφίας.

***Ἡ δὲ σοφία διχῶς λέγεται· ἔστι γὰρ ἡ μὲν μερικὴ σοφία, ἡ δὲ καθόλου· καὶ μερικὴ μέν ἐστιν ἡ ἑκάστης τέχνης ἀρετὴ καθ' ἣν τοῦτον ἢ ἐκεῖνον τὸν τεχνίτην σοφὸν λέγομεν κατὰ τὴν αὐτοῦ τέχνην· οἷον, τὸν Φειδίαν λιθουργὸν σοφὸν λέγομεν, ὅτι ἄριστός ἐστι τὴν λιθουργικήν, καὶ Πολύκλειτον σοφὸν ἀνδριαντοποιόν.

****Καθόλου δὲ σοφία ἐστί, καθ' ἣν οὐ κατά τι λέγο-

Cap. VIII.

De sapientia.

Sapientiæ autem nomen ambiguum est; alia enim particularis, alia universalis sapientia habetur : et particularis quidem singularum artium virtus est, qua hunc aut illum artificem artis suæ peritum dicimus : verbi gratia, Phidiam sapientem lapidum sculptorem appellamus, quia peritissimus lapidum sculpturæ est, et Polycletum sapientem statuarum fictorem.

Universalis vero sapientia est, cujus respectu non in

* Cap. 6. Ἐπεὶ δ' ἡ ἐπιστήμη κτλ. — ** Εἰ δὴ οἷς ἀληθεύομεν, κτλ. — *** Cap. 7. Τὴν δὲ σοφίαν ἐν ταῖς τέχναις κτλ. — **** Εἶναι δέ τινας σοφοὺς κτλ.

μέν τινας σοφούς· ὥσπερ Ὅμηρός φησιν ἐν τῷ Μαργίτῃ·

Τὸν δ' οὔτ' ἄρ' σκαπτῆρα θεοὶ θέσαν, οὔτ' ἀροτῆρ',
Οὔτ' ἄλλως τι σοφόν·

ὥστε δῆλον, ὅτι ἡ ἀκριβεστάτη τῶν ἐπιστημῶν ἂν εἴη ἡ σοφία, κἄν τε τὴν μερικὴν εἴπῃ [a] τις, κἄν τε τὴν καθόλου· ἥ τε γὰρ μερικὴ αὐτὸ τοῦτό ἐστιν ἀκριβὴς ἐπιστήμη καὶ τέχνη, καὶ ἡ καθόλου, διὰ τὸ καθόλου εἶναι, ἀκριβεστέρα ἐστὶ τῶν ἄλλων, καθ' ὅσον [b] μᾶλλόν ἐστιν ὡρισμένη. Ἐπεὶ τοίνυν καθόλου τί ἐστιν ἡ σοφία, δεῖ τὸν σοφὸν τὸν κατ' αὐτὴν σοφὸν μὴ τὸ μὲν τῶν γνωστῶν εἰδέναι, τὸ δὲ ἀγνοεῖν· καὶ διὰ τοῦτο μὴ μόνον τὰ ἀποδεικτὰ ὁ σοφὸς εἴσεται, ἀλλὰ καὶ τὰς ἀρχάς, ὅθεν αἱ ἀποδείξεις, καὶ τὸν ἐγχωροῦντα περὶ αὐτῶν ἀποδώσει λόγον. Ὥστε εἴη ἂν ἡ σοφία νοῦς καὶ ἐπιστήμη· καὶ οὕτως ἔσται ἐπιστήμη ἡ τιμιωτάτη, καθάπερ κεφαλὴν ἔχουσα τὰς ἀρχάς. Ἐν γὰρ τῷ αὐτῆς λόγῳ καὶ τὰ ἀπόδεικτα [c] καὶ ἀρχαὶ λαμβάνονται· ἐπὶ γὰρ τῶν ἄλλων ἐπιστημῶν οὐχ οὕτως ἔχει· οὐ γὰρ ἐν τῷ ὁρισμῷ αὐτῶν ἡ γνῶσις τῶν ἀρχῶν παραλαμβάνεται, ἀλλὰ τῶν ἀποδείκτων [d] μόνον.

* Διαφέρει δὲ ἡ σοφία φρονήσεως, ὅτι ἡ μὲν φρόνησις πολιτική ἐστιν, ἡ δὲ σοφία ἡ τῶν ἄλλων ἐπιστημῶν σπουδαιοτάτη· οὐ γὰρ φρόνησις σπουδαιοτάτη· σπουδαιοτάτη γάρ ἐστιν, ἥτις περὶ τὸ ἄριστον καταγίνεται· ἡ δὲ φρόνησις περὶ τὰ ἀνθρώπινα ἀγαθὰ καταγίνεται· ὁ δὲ ἄνθρωπος καὶ τὰ αὐτοῦ ἀγαθὰ οὐκ ἔστι τὸ ἄριστον. Ἔτι φρόνιμόν ἐστι τὸ εὑρετικὸν τοῦ ἰδίου ἀγαθοῦ· ἀγαθὸν δὲ οὐ πᾶσι τὸ αὐτό· οὐ γὰρ τὸ αὐτὸ πᾶσιν ὑγιεινὸν καὶ ὠφέλιμον· φρόνιμον ἄρα οὐ παρὰ πᾶσι τὸ αὐτό· σοφὸν δὲ τὸ αὐτὸ παρὰ πᾶσιν. Τὸ γὰρ ἐπιστητὸν σοφόν· τὸ δὲ τὸ τρίγωνον δύο ὀρθὰς ἔχειν, ἐπιστητόν ἐστι, καὶ τὸ αὐτὸ δοκεῖ παρὰ πᾶσιν ἐπιστητὸν εἶναι, καθάπερ καὶ τὸ αὐτὸ εὐθὺ καὶ τὸ αὐτὸ λευκὸν παρὰ πᾶσιν· φρόνιμον δὲ οὐκ ἐπ' ἀνθρώπων μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων, τὸ θεωρεῖν ἕκαστον τὰ ἑαυτοῦ ἀγαθὰ καὶ πράττειν· ὅθεν καὶ ἔνια τῶν θηρίων φρόνιμά φασιν εἶναι, ὅσα περὶ τὸν αὑτῶν βίον ἔχοντα φαίνεται δύναμιν προνοητικήν· φανερὸν τοίνυν, ὅτι οὐκ ἂν εἴη ἡ σοφία καὶ ἡ φρόνησις ἡ αὐτή. Εἰ γὰρ τὴν πρακτικὴν τῶν ἑαυτοῖς ὠφελίμων ἐροῦσι σοφίαν, πολλαὶ ἔσονται σοφίαι· πολλὰ γὰρ τὰ ὠφέλιμα ἑκάστῳ· καθάπερ καὶ ἰατρικὴ οὐ μία περὶ πάντα τὰ ζῷα· [e] διότι ἄλλοις ἄλλα ὑγιεινὰ ἢ νοσώδη· εἰ δὲ φαῖεν βέλτιστον εἶναι τὸν ἄνθρωπον τῶν ἄλλων ζῴων [f] καὶ διὰ τοῦτο τὴν πολιτικήν, ἤτοι τὴν φρόνησιν, σπουδαιοτάτην εἶναι, καθάπερ ἡ σοφία, οὐδὲν διαφέρει· καὶ γὰρ ἀνθρώπου ἄλλα πολλῷ θειότερα τὴν φύσιν· οἷα τὰ προδήλως συνιστάντα τὸ πᾶν· λέγω δὴ ἐξ ὧν ὁ κόσμος συνέστηκεν.

** Ἐκ τῶν εἰρημένων δὲ δῆλον, ὅτι σοφία ἐστὶ νοῦς

uno aliquo sapientes quosdam dicimus : sicut Homerus ait in Margite :

Hic neque fossor erat, neque arator munere Divum,
nec sapiens ulla in re alia.

Quamobrem perspicuum est, subtilissimam disciplinarum omnium esse sapientiam, sive particularem, sive universalem intelligas : etenim et particularis hoc ipsum est, quod diximus, subtilis disciplina et ars, et universalis, quia universalis est, reliquis est subtilior, quatenus magis est definita. Quum ergo universale quid sit sapientia, oportet sapientem, qui omnino talis sit, non quædam eorum quæ cognosci possunt, scire, alia ignorare : ideoque non solum illa quæ demonstrationibus probantur, sed etiam principia, a quibus istæ proficiscuntur, sciet sapiens, et probabilem de iis rationem reddet. Itaque sapientia appellabitur tum mens tum scientia, eoque modo longe præclarissima erit scientia, utpote quæ capitis instar principia habeat. In ejus enim definitione res demonstrabiles cum principiis conjunguntur, quum cæterarum disciplinarum non eadem ratio sit : neque enim ad eas definiendas principiorum etiam, sed sola rerum demonstrabilium cognitio adhibetur.

A prudentia autem differt sapientia, quod civilis quidem sit prudentia, sapientia vero reliquarum disciplinarum sit præstantissima : neque enim præstantissima est prudentia : quippe præstantissima est, quæ in re optima versatur : prudentia vero in bonis humanis cernitur : homo autem ejusque bona non sunt id quod optimum est. Præterea bonum suum invenire hominis prudentis est : bonum autem non idem est omnibus : neque enim idem omnibus salutare est et utile : prudentia igitur non apud omnes eadem est : at sapientia apud omnes eadem. Quod enim sub scientiam cadit, sapiens appellatur : duas vero rectas lineas habere triangulum, scire licet, idemque omnibus videtur tale esse ut sciri possit, sicut rectum aut album idem est apud omnes : id autem quod prudens dicimus non tantum in hominibus, sed in aliis etiam locum habet, hoc est, ut sua quisque bona inspiciat et agat : unde et bestias nonnullas prudentes esse ajunt, quotquot videlicet facultatem providam rerum ad vitam necessariarum habere apparet : manifestum ergo est, sapientiam et prudentiam non esse eandem. Si enim facultatem agendi, quæ expedire sibi quisque putat, sapientiam dixerint, multæ erunt sapientiæ : quippe multa singulis prosunt : sicut non eadem omnibus animalibus adhibetur medicina, quia alia aliis salutaria aut damnosa et morbida sunt : sin autem reliquorum animalium optimum hominem esse dixerint, ideoque civilem scientiam, id est, prudentiam esse præstantissimam, qualis sapientia est, nihil refert : sunt enim alia homine multo diviniora natura, ut ea quæ manifesto universum coagmentant : ea videlicet dico ex quibus mundus conflatus est.

Ex iis igitur, quæ diximus, patet, sapientiam esse

* Ἄτοπον γάρ, εἴ τις τὴν ἐπιστήμην κτλ. — ** Ἐκ δὴ τῶν εἰρημένων κτλ.

καὶ ἐπιστήμη, περὶ τὰ φύσει τιμιώτατα, ἅ εἰσι τὰ ἀναγκαῖα καὶ ἀεὶ ὡσαύτως ἔχοντα.

* Διὸ Ἀναξαγόραν καὶ Θαλῆν καὶ τοὺς τοιούτους σοφοὺς μὲν λέγουσι, φρονίμους δὲ οὐδαμῶς· διότι τὰ μὲν αὐτοῖς συμφέροντα ἠγνόουν καὶ τὰ πρὸς τὸν βίον χρήσιμα, ἐγίνωσκον δὲ περιττά τινα, [g] καὶ θαυμαστά, καὶ χαλεπά, καὶ δαιμόνια. [h] Ἡ μὲν οὖν σοφία περὶ ταῦτα· φρόνησις δὲ περὶ τὰ ἀνθρώπινα, καὶ περὶ ὧν ἔστι βουλεύσασθαι. Τοῦ γὰρ φρονίμου μάλιστα τοῦτό φαμεν ἔργον εἶναι, τὸ εὖ βουλεύεσθαι· οὐδεὶς δὲ περὶ τῶν ἀναγκαίων βουλεύεται, καὶ ἅπερ οὐ δύναται ἄλλως ἔχειν· οὐδὲ ὅσα μὴ ἔχουσι τέλος τὸ πρακτὸν ἀγαθόν· ἡ δὲ σοφία τέλος ἔχει τὴν καθόλου ἀλήθειαν· καὶ ἡ μὲν ὑποκείμενον ἔχει τὸ καθόλου ἐπιστητόν, καὶ τὰς ἀρχὰς ἁπάσης ἐπιστήμης.

** Ἡ δὲ φρόνησις καὶ τῶν μερικῶν ἐστι· γινώσκει μὲν γὰρ ὁ φρόνιμος καὶ καθόλου τίνα τὰ τοῦ ἀνθρώπου ἀγαθά, γινώσκει δὲ καὶ τὰ μερικὰ ἐξ ἀνάγκης, τίνα εἰσὶν ἃ δεῖ πράττειν τόνδε τὸν ἄνθρωπον κατὰ τόνδε τὸν καιρόν· καὶ γὰρ πρακτική ἐστιν· ἡ δὲ πρᾶξις περὶ τὰ καθ' ἕκαστα. Διὰ τοῦτο καὶ οἱ τὰ μερικὰ μόνον εἰδότες τῶν τὰ καθόλου εἰδότων πρακτικώτεροι. Καὶ ὅλως ἐν πᾶσιν οἱ ἔμπειροι μᾶλλον δύνανται πράττειν, ἢ οἱ τὰ καθόλου γινώσκοντες· εἰ γάρ τις εἰδοίη μὲν ὅτι τὰ κοῦφα κρέα εὔπεπτα καὶ ὑγιεινά, τίνα δέ εἰσιν ἀγνοεῖ, οὐ ποιήσει ὑγίειαν· ἀλλ' ὁ εἰδώς, ὅτι τὰ ὀρνίθεια κοῦφα καὶ ὑγιεινά, ποιήσει μᾶλλον. Ἐπεὶ τοίνυν ἡ φρόνησις πρακτική, καὶ ἄμφω ἔχειν ἀνάγκη, ἢ τὰ καθ' ἕκαστα μᾶλλον· μετὰ γὰρ τοῦ καθόλου μόνον οὐ δύναται εἶναι πρακτική. Τί μὲν οὖν ἐστιν ἡ σοφία καὶ τίνι διαφέρει φρονήσεως, εἴρηται.

(Scripsi : [a] κἄν τε τὴν μερικὴν εἴπῃ τις, κἄν τε] cod. κἄντε τὴν μερικὴν εἴποι τις, κἄντε. — [b] καθ' ὅσον] cod. καθόσον. — [c] ἀπόδεικτα] cod. ἀποδεικτὰ. — [d] ἀποδείκτων] cod. ἀποδεικτῶν. — [e] ζῷα] cod. ζῶα] — [f] ζῴων] cod. ζώων. — [g] περιττά τινα] cod. περίττα τινά. — [h] δαιμόνια] vulgo δαιμονία. —)

mentem ac scientiam in rebus natura præclarissimis occupatam, quæ necessariæ sunt semperque eodem modo se habent.

Quocirca Anaxagoram, Thaletem aliosque ejusmodi viros sapientes quidem vocant, prudentes vero nequaquam : quia quum res ipsis utiles et ad vitæ commoditatem conducentes ignorarent, eximia quædam et admiranda et difficilia et divina intelligebant. In his ergo versatur sapientia : in rebus humanis autem iisque de quibus consultari potest prudentia. Prudentis enim hoc maxime proprium munus esse dicimus, bene consultare : de iis vero consultat nemo, quæ aut necessaria sunt, aut aliter se habere non possunt : neque de iis quorum non est finis bonum quod in actionem cadat : finis autem sapientiæ universalis est veritas, atque hæc quidem materiam habet id quod in universum sciri potest et omnis scientiæ principia.

At vero prudentia etiam in rebus particularibus cernitur : novit enim vir prudens universe, quæ sint hominis bona; novit et necessario particularia, quæ sint verbi causa huic homini hoc opportuno tempore agenda : siquidem ad agendum idonea est : in rebus singularibus autem omnis actio vertitur. Quapropter qui particularia tantum noverunt, aptiores ad agendum sunt iis, qui universalia cognita habent. Denique in omnibus rebus exercitati melius possunt agere, quam qui universalia intelligunt : nam si quis sciat carnes leves esse ad concoquendum faciles et salubres, leves autem quæ sint ignoret, sanitatem nemini restituet, sed is potius hoc faciet, qui avium carnes scit esse leves et salubres. Quum igitur in agendo posita sit prudentia, utraque etiam illi inesse necesse est, aut singularia potius : quia universalibus tantum instructa ad agendum idonea esse non potest. Quid ergo sit sapientia et quid cum prudentia differat, jam diximus.

Κεφ. θ'.

Περὶ φρονήσεως.

*** Περὶ δὲ φρονήσεως ἔτι λέγωμεν. Ἔστι τοίνυν ἡ φρόνησις καὶ τῶν καθόλου καὶ καθ' ἕκαστα, καθάπερ ἀρχιτεκτονική· ὁ γὰρ τὰ καθόλου εἰδὼς πρὸς τὸν ἔμπειρον ὥσπερ ἀρχιτέκτονος ἔχει λόγον.

Τῆς δὲ φρονήσεως ἁπλῶς ἡ μέν ἐστιν ἠθική, ὅταν τις ζητῇ μόνον τὸ ἑαυτῷ ἀγαθόν, ἥτις φρόνησις καλεῖται· ἡ δέ, ἥτις τὸ πόλεως ἀγαθὸν ἔχει τέλος, ἥτις καλεῖται πολιτική. Καὶ ἔστι μὲν ἡ αὐτὴ τῇ φρονήσει, τῷ λόγῳ δὲ διαφέρει· καθ' ὅσον περὶ ὑποκείμενά εἰσι διάφορα.

Cap. IX.

De prudentia.

De prudentia autem amplius dicamus. Est ergo et universalium et singularium prudentia, quemadmodum architectonice : qui enim novit universalia, architecti instar ad hominem usu præditum se habet.

Omnino autem prudentiæ altera pars est moralis, quum quis id tantum quærit, quod sibi bonum esse statuit, quæ simpliciter prudentia appellatur : altera, quæ finem duntaxat civitatis bonum sibi proponit, quæque idcirco scientia civilis dicitur. Atque est quidem eadem cum prudentia, sed definitione inter se differunt : quatenus in diversa materia versantur.

* Διὸ Ἀναξαγόραν καὶ Θαλῆν κτλ. — ** Οὐδ' ἐστὶν ἡ φρόνησις τῶν καθόλου μόνον κτλ. — *** Cap. 8. Ἔστι δὲ καὶ ἡ πολιτικὴ κτλ.

* Τῆς δὲ πολιτικῆς ἡ μέν ἐστι καθάπερ ἀρχιτεκτονικὴ φρόνησις, ἥτις καλεῖται νομοθετική· ἡ δὲ μερικὴ καὶ ὑπ' αὐτήν ἐστιν, ἥτις καλεῖται πολιτική. Πολιτικὴν δὲ λέγω τὴν πρακτικὴν καὶ βουλευτικήν, ἥτις ἐστὶ [a] περὶ τὰ ψηφίσματα καὶ τὰς πράξεις· τὰ γὰρ ψηφίσματα πρακτικά εἰσιν, οὐχ ὡς ἡ πρώτη φρόνησις ἡ ἀρχιτεκτονική, ἀλλ' ὡς ἡ ἐσχάτη, ἥτις καὶ κυρίως ἐστὶ πρακτική. Διὰ τοῦτο καὶ τούτους μόνους λέγουσι πολιτευομένους, καὶ τὸ κατ' αὐτοὺς πολιτείαν· διότι οὗτοι μόνοι τῶν φρονίμων πράττουσιν ὥσπερ οἱ χειροτέχναι. Καὶ γὰρ οὗτοι μόνοι κυρίως πράττουσι· οἱ γὰρ ἀρχιτέκτονες τῷ τάττειν μόνον τὰς πράξεις πρακτικοὶ λέγονται, κυρίως δὲ οὐκ εἰσὶ [b] πρακτικοί.

** Δοκεῖ δὲ κυρίως εἶναι φρόνησις, ὅταν τις ζητῇ μόνον τὸ ἑαυτῷ ἀγαθόν· ἥτις καὶ ἔχει τὸ κοινὸν ὄνομα καὶ φρόνησις ἰδίως λέγεται· τῶν δὲ ἄλλων ἡ μὲν περὶ οἰκίαν οἰκονομική· ἡ δὲ περὶ πόλιν, ἡ μὲν νομοθεσία, ἡ δὲ πολιτική· καὶ τῆς πολιτικῆς ἡ μὲν βουλευτική, ἡ δὲ δικαστική.

*** Ἡ μὲν οὖν ἰδίως καλουμένη φρόνησις, δηλονότι τὸ τὰ ἑαυτῷ ὠφέλιμα εἰδέναι καὶ ἀγαθά, γνῶσίς τίς ἐστιν, [c] ὥσπερ καὶ ἡ πολιτική. Οὐκ ἔστι δὲ πάντῃ ἡ αὐτὴ τῇ πολιτικῇ· καὶ διὰ τοῦτο τὸν μὲν τὰ ἀγαθὰ ἑαυτῷ μόνον ζητοῦντα φρόνιμον οἱ ἄνθρωποι νομίζουσι· τὸν δὲ πολιτικὸν πολυπράγμονα. Διὰ τοῦτο καὶ Εὐριπίδης φησί·

Πῶς δ' ἂν φρονοίην, ᾧ παρῆν [d] ἀπραγμόνως
ἐν τοῖσι πολλοῖς ἠριθμημένον στρατοῦ
ἴσον μετασχεῖν τῷ σοφωτάτῳ τύχης;
Τοὺς γὰρ περισσοὺς καί τι πράσσοντας πλέον
Ζεὺς μισεῖ.

Τούτου χάριν καὶ ἰδίως φρόνησις ἐκλήθη ἡ ἠθική· καὶ φρόνιμος ἰδίως ὁ ζητῶν μόνον τὸ ἑαυτοῦ ἀγαθόν, καὶ τοῦτο μόνον δεῖν οἰόμενος πράττειν, περαιτέρω δὲ μὴ ζητεῖν.

**** Καίτοι οὐ δυνατὸν ἴσως τὴν ἠθικὴν εἶναι ἄνευ τῆς οἰκονομικῆς, οὐδὲ τὴν οἰκονομικὴν ἄνευ τῆς πολιτικῆς· οὐ γὰρ δυνατὸν εὖ καὶ καλῶς τὰ καθ' ἑαυτόν τινα διαθεῖναι, τῆς οἰκίας αὐτῷ ἢ τῆς πόλεως οὐ καλῶς ἐχούσης. Χαλεπὸν γὰρ μὴ διαφθαρῆναί τινα [e] μετὰ πολλῶν φαύλων διατρίβοντα· εἰ δὲ μετὰ μηδενὸς διατρίβει, ἀλλὰ βίον ἔχει μονώτην, πῶς εἴσεται τὸ ἑαυτῷ ἀγαθόν; ἄδηλον γάρ, καὶ χρεία διδασκαλίας πρὸς αὐτὸ καὶ σκέψεως. Ταῦτα δὲ ἀδύνατον ἄνευ ἐμπειρίας γενέσθαι· ἡ δὲ ἐμπειρία τῶν ἐν κοινωνίᾳ ὄντων ἐστί, καὶ οἰκίας καὶ πόλεως, καὶ ἄνευ τούτων οὐκ ἔνι ἔμπειρον οὐδὲ φρόνιμον εἶναι. Διὰ τοῦτο καὶ οἱ νέοι μαθηματικοὶ μὲν γίνονται καὶ σοφοὶ τὰ τοιαῦτα, φρόνιμοι δὲ οὐ δοκοῦσιν εἶναι. Τὸ γὰρ αἴτιον, ὅτι τῶν καθ' ἕκαστά ἐστιν ἡ φρόνησις, ἅτινα ἐξ ἐμπειρίας γινώσκονται· ὁ δὲ νέος ἔμπειρος οὐκ ἔστι διὰ τὸ χρόνου

Rursus scientiæ civilis altera pars est quasi architectonica prudentia, quæ legum inventrix nominatur : altera particularis et priori subjecta, quæ præcipue scientia civilis vocatur. Rationem civilem autem dico, quæ in agendo et deliberando cernitur, quæque in decretis et actionibus occupata est : ad actionem enim decreta quoque pertinent, non ut prima, quam architectonicam dicimus, prudentia, sed ut extrema, quæ proprie etiam activa est. Quapropter et hos solos rerum civitatis administratores, et in qua re hi versantur rempublicam perhibent : quia hi soli ex prudentibus agunt, quemadmodum opifices. Etenim hi soli proprie agunt : quippe architecti propterea quod quæ facienda sint aliis tantummodo imperant, agere dicuntur, quum proprie non agant.

Proprie autem videtur esse prudentia, quum quis id tantum quærit, quod sibi bonum esse statuit : quæ et communi nomine appellatur, et peculiariter prudentia dicitur : aliarum vero illa quæ familiam regit, rei familiaris dispensandæ scientia : quæ vero civitatem, partim legum latio, partim ratio civilis vocatur : hujus rursus pars altera deliberativa, altera judicialis nominatur.

Jam vero quæ peculariter appellatur prudentia, qua videlicet aliquis quæ sibi utilia et bona sint, novit, cognitio quædam est, sicut ratio civilis. Nec tamen prorsus eadem est cum ratione civili : ideoque virum ea tantum quæ sibi bona esse arbitratur quærentem prudentem homines existimant : sed rerum civitatis administratorem negotiosum esse putant. Idcirco et Euripides ait :

Prudensne ut habear, cui licebat molliter
exercitus pars esse cum multis simul,
et sorte cum sapiente qualibet frui?
Præstantiores namque et eos qui pluribus
se rebus implicant, male odit Juppiter.

Quamobrem peculiariter dicta est prudentia doctrina morum, sicut prudens peculiariter qui suum tantum quærit bonum, solumque hoc agendum, nec ulterius inquirendum esse opinatur.

Atqui fortasse ne esse quidem poterit doctrina morum sine rei familiaris dispensandæ scientia, neque hæc sine ratione civili : neque enim fieri potest, ut sua aliquis recte disponat, quum domus male se habeat aut civitas. Nec facile fit, ut qui cum multis versetur improbis hominibus non corrumpatur ipse : quodsi cum nemine versetur, sed solitariam vitam degat, quomodo id quod ipsi profuturum est sciet? Est enim incertum, atque ad illud cognoscendum doctrina et meditatione egemus. Hæc autem sine usu et experientia contingere nemini possunt : jam vero usu atque exercitatione præditi sunt illi, inter quos est domus ac civitatis communio, nec sine his cuiquam aut usu perito aut prudenti esse licet. Quocirca etiam adolescentes mathematicarum quidem aliarumque artium scientiam consequuntur, sed prudentes non videntur esse. Cujus rei causa habetur, quod

* Τῆς δὲ περὶ πόλιν ἡ μὲν ὡς ἀρχιτεκτονικὴ φρόνησις, κτλ. — ** Δοκεῖ δὲ καὶ φρόνησις μάλιστ' εἶναι κτλ. — *** Εἶδος μὲν οὖν τι ἂν εἴη γνώσεως, κτλ. — **** Καίτοι ἴσως οὐκ ἔστι τὸ αὐτοῦ κτλ.

πολλοῦ δεῖσθαι τὴν ἐμπειρίαν. Καὶ τοῦτο δὲ ἀκόλουθον σκέψασθαι, πῶς οἱ νέοι μαθηματικοὶ μὲν γίνονται, σοφοὶ δὲ ἢ φυσικοὶ οὐδαμῶς· ἢ ὅτι τῶν μὲν φυσικῶν καὶ τῆς σοφίας αἱ ἀρχαὶ ἀπὸ τῶν καθ' ἕκαστα λαμβάνονται; Καὶ γὰρ καὶ τὴν σοφίαν, ἥτις περὶ τὰ ἀναγκαῖά ἐστι καὶ ἀΐδια, ἀδύνατόν ἐστι κατορθωθῆναι ἄνευ τῆς ἐμπειρίας. Ἀπὸ γὰρ τῶν ἡμῖν καὶ τῇ αἰσθήσει γνωρίμων ἐπὶ τὰ ὑπὲρ αἴσθησιν ἀγόμεθα· χωρὶς μὲν γὰρ τοῦ γνῶναι τίνα συμβαίνουσι τῷδε ἢ ἐκείνῳ τῷ φυσικῷ, τὸν καθόλου περὶ αὐτῶν λόγον, οὐ δυνατὸν συμπερᾶναι[1] οὐδὲ ποιῆσαι ἐπιστήμην. Πάλιν δὲ χωρὶς τῆς φυσικῆς ἐπιστήμης ἀδύνατον ἐπὶ τὴν σοφίαν ἐλθεῖν· μετὰ τὰ φυσικὰ γὰρ τὰ ὑπὲρ φύσιν γιγνώσκομεν· τὸ δὲ γνῶναι τὰ καθ' ἕκαστα, ἐμπειρίας ἐστίν· ἡ δὲ ἐμπειρία χρόνου πολλοῦ· καὶ διὰ τοῦτο τοὺς νέους οὐ δυνατὸν φυσικοὺς ἢ σοφοὺς εἶναι. Τῶν δὲ μαθηματικῶν αἱ ἀρχαὶ χωρὶς τῆς ὕλης λαμβάνονται· καὶ διὰ τοῦτο οὐ χρείαν ἔχουσι γνῶσιν ἔχειν τῶν καθ' ἕκαστα· καὶ γὰρ οὐκ ἐν τῇ ὕλῃ σκοποῦσι τὸν κύκλον ἢ τὸν ἀριθμόν, ἐν ᾗ πολυειδής τις, ὡς εἰπεῖν, καὶ ἀόριστος γίνεται, καθάπερ τὰ φυσικὰ ὁ φυσικός· ἀλλὰ ἀφελόντες τῆς ὕλης καὶ αὐτὸν σκοποῦντες καθ' ἑαυτόν, τούτου χάριν τοὺς νέους οὐδὲν κωλύει μαθηματικοὺς εἶναι· καὶ γὰρ τὰς μὲν τῶν φυσικῶν ἀρχάς, καὶ ὅλως τὰ φυσικὰ εἰ καὶ λέγουσιν, ἀλλ' οὐκ ἴσασιν ἀκριβῶς περὶ αὐτῶν, οὐδὲ πιστεύουσι· τὰς δὲ τῶν μαθηματικῶν καὶ πιστεύουσι· γινώσκουσι γὰρ διὰ τὸ ὡρισμένους εἶναι τοὺς αὐτῶν λόγους. Ἐπεὶ τοίνυν φανερόν, ὅτι τῆς φρονήσεως τῆς ἠθικῆς αἰτία ἐστὶν ἡ ἐμπειρία, τὴν δὲ ἐμπειρίαν οὐκ ἔνι γενέσθαι χωρὶς κοινωνίας πολιτικῆς, ἡ δὲ πολιτικὴ κοινωνία οὐ δύναται εἶναι ἄνευ τῆς πολιτικῆς φρονήσεως, δῆλον ὅτι τὴν ἠθικὴν φρόνησιν οὐ δυνατὸν εἶναι ἄνευ τῆς πολιτικῆς. Ἔτι ἐπεὶ ἡ ἁμαρτία ἡ περὶ τὰς πράξεις ἀπὸ ἀγνοίας συμβαίνει, ἢ τῆς καθόλου, ἢ τῆς μερικῆς (καὶ γὰρ ὁ ἀγνοῶν καθόλου, ὅτι τὰ βαρύσταθμα ὕδατα φαῦλα, καὶ ὁ τοῦτο μὲν εἰδώς, ἀγνοῶν δὲ μερικῶς, ὅτε τάδε τὰ ὕδατα βαρύσταθμα, ὁμοίως ἁμαρτήσεται· χρήσεται γὰρ ἑκάτερος τοῖς φαύλοις ὕδασι) φανερόν, ὅτι πρὸς τὸ μὴ ἁμαρτεῖν ἀναγκαῖον μὴ μόνον εἰδέναι, ὅτι τάδε τὰ ὕδατα βαρύσταθμα, ἀλλὰ καὶ ὅτι τὰ βαρύσταθμα φαῦλα· δεῖται ἄρα ἡ μερικὴ φρόνησις τῆς καθόλου φρονήσεως τῆς πολιτικῆς, καὶ ἀδύνατον τὴν ἠθικὴν ἄνευ τῆς πολιτικῆς συστῆναι, ὥσπερ καὶ τὴν μερικὴν γνῶσιν ἄνευ τῆς καθόλου μὴ ἁμαρτάνειν ἀδύνατον.

* Ἀπὸ τούτων δὲ φανερὸν καὶ ὅτι ἡ φρόνησις οὔτε ἐπιστήμη ἐστίν, οὔτε νοῦς· ἐπιστήμη μέν, ὅτι περὶ τὰ καθ' ἕκαστά ἐστιν, ἅπερ ὕστερά εἰσι τῇ φύσει· ἡ δὲ ἐπιστήμη τῶν πρώτων τῇ φύσει τῶν καθόλου ἐστί· νοῦς δὲ ἡ φρόνησις οὐκ ἔστιν.

** Ἔτι καὶ ἀντίκειται τῷ νῷ. Καὶ γὰρ ὁ μὲν νοῦς περὶ τὰ πρῶτα καὶ ἀναπόδεικτα, φρόνησις δὲ περὶ τὰ

prudentia rerum singularum est, quæ usu cognoscuntur, adolescens autem neque usu neque sapientia præstat, quia ad talium rerum usum percipiendum longo tempore opus est. Sed hoc quoque consentaneum est nos dispicere, qui fiat, ut adolescentes mathematici evadant, sapientes vero aut physici nequaquam: an quia physicorum et sapientiæ principia a singularibus sumuntur? Nimirum ipsa sapientia, quæ in rebus tum necessariis tum æternis versatur, sine experientia perfici nequit. Ab iis enim, quæ nobis sensibusque nota sunt, ad ea quæ sensus excludunt deducimur: nam nisi quis noverit, quæ eveniant, hac aut illa causa naturali antecedente, in universum de iis dicere aut artificium de iis componere non poterit. Rursusque sine doctrina de rerum natura ad sapientiam pervenire nemo poterit: quippe post naturalia res naturalibus majores cognoscimus: nosse autem singularia, est experientiæ: longi vero temporis experientia: ideoque adolescentes nec physici nec sapientes esse queunt. Cæterum mathematicorum principia sine materia sumuntur, ac propterea illi singularium cognitione non egent: neque enim in materia aut circulum aut numerum considerant, in qua multiformis atque, ut ita dicam, indefinitus fit, quemadmodum naturalia physicus considerat: sed circulum a materia segregatum per se contemplantur, et idcirco nihil obstat, quominus adolescentes mathematici sint: etenim de rerum naturalium principiis omninoque de rebus naturalibus quamvis loquantur, tamen illa elementa neque cognita habent, neque credunt: at mathematicorum principia etiam credunt: tenent enim ista quia certa ac definita eorum ratio est. Quum ergo manifestum sit, causam prudentiæ moralis esse experientiam, sine societate civili autem esse nequeat experientia, civilis vero societas sine civili prudentia esse non possit: apparet prudentiam moralem sine civili esse non posse. Præterea quum quidquid in actionibus peccatur causam vel universarum vel singularum rerum ignorationem habeat (etenim qui in universum ignorabit graves aquas vitiosas esse, et qui hoc sciet, illud vero separatim ignorabit, has ipsas aquas graves esse, similiter errabit: quia uterque aquis vitiosis utetur) apparet necesse esse, ut si quis errare nolit, non solum sciat, has aquas graves esse, sed etiam graves vitiosas esse: quamobrem prudentia particularis universali sive civili prudentia eget; nec fieri potest, ut sine civili prudentia moralis consistat, sicut particularis cognitio sine universali non potest non errare.

Ex his intelligitur, prudentiam nec scientiam esse, nec mentem: scientiam quia in singularibus, quæ posteriora sunt natura cernitur: in universalibus vero, quæ prima sunt natura, versatur scientia: mens autem non est prudentia.

Quin etiam opposita est menti. Etenim mens in primis, quæ demonstrari nequeunt, in ultimis vero pru-

* Ὅτι δ' ἡ φρόνησις οὐκ ἐπιστήμη, κτλ. — ** Ἀντίκειται μὲν δὴ τῷ νῷ κτλ

ἔσχατα, περὶ ἃ οὐδὲ ἐπιστήμη ἐστίν, ἀλλ' αἴσθησις. Ἐκεῖνα δὲ λέγω, οὐχ ὧν ἰδίως ἑκάστη αἴσθησις ἀντιλαμβάνεται, οἷον τῶν γευστῶν, καὶ ὀσφραντῶν, ἢ ἀκουστῶν· οὐ γὰρ χυμοὺς κρίνει ἡ φρόνησις, ἢ ἀναθυμιάσεις, ἤχους, ἢ ἀλλ' ἁπλῶς τὰ καθ' ἕκαστα· ταῦτα γὰρ μόνη γινώσκει ἡ αἴσθησις, καὶ διὰ τοῦτο τὴν φρόνησιν περὶ ἐκεῖνα λέγομεν εἶναι, περὶ ἃ καὶ ἡ αἴσθησις· οἷον, εἰ δεῖ τήνδε τὴν πόλιν τῶν Ἀθηναίων τῇδε τῇ πόλει τῶν Κορινθίων πολεμεῖν, τοῦ φρονίμου εἰδέναι· πρακτικὴ γὰρ ἡ φρόνησις· ἡ δὲ πρᾶξις τῶν μερικῶν. Τοῦτον δὲ τὸν τρόπον καὶ οἱ μαθηματικοὶ τὸ αἰσθητὸν γινώσκουσι τρίγωνον, οὐ καθ' ὅσον ἀντίκειται [g] τῇ ὁράσει ἢ τῇ ἀφῇ, ἀλλὰ ἁπλῶς, καθ' ὅσον ἐστὶ [h] τῶν καθ' ἕκαστα, καὶ μερικῶν, ἅπερ τελευταῖα γινώσκονται· ἐν αὐτοῖς γὰρ ὁ γινώσκων ἵσταται, καὶ οὐδὲν περαιτέρω ζητεῖ. Καὶ γὰρ ἀπὸ μὲν τῶν μερικῶν καὶ αἰσθητῶν ἀρχομένοις ἐσχάτη ἐστὶν ἡ γνῶσις τῶν καθόλου· ἀπὸ δὲ τῶν καθόλου τῆς γνώσεως προϊούσης, τὰ αἰσθητὰ τελευταῖον γινώσκονται. Τὸ μὲν οὖν γινώσκειν τὰ μερικά, καθ' ὅσον εἰσὶν αἰσθητά, καὶ ἀντίκεινται τὰ μὲν γεύσει, τὰ δὲ ἀκοῇ, τὰ δὲ ἀφῇ, τὰ δὲ ὁράσει, τῆς αἰσθήσεώς ἐστι, καὶ οὐ τῆς φρονήσεως· τὸ δὲ εἰδέναι ταῦτα, καθ' ὅσον λυσιτελοῦσιν, ἢ λυμαίνονται τῷ ἀνθρωπίνῳ ἀγαθῷ, τοῦτο δέ ἐστι τῆς φρονήσεως.

(Scripsi : [a] ἐστὶ περὶ] vulgo ἐστὶν περί. — [b] εἰσὶ πρακτικοί] vulgo εἰσὶν πρακτικοί. — [c] γνῶσίς τίς ἐστιν] vulgo γνῶσίς τις ἐστὶν. — [d] παρῆν] vulgo παρὴν. Cæterum versus petiti sunt ex Euripidis Philocteta. Vide Euripidis fragm. p. 810 ed. Wagner. (Paris. 1846). — [e] διαφθαρῆναί τινα] vulgo διαφθαρῆναι τινὰ. — [f] συμπερᾶναι] cod. συμπεράναι. — [g] καθ' ὅσον ἀντίκειται] cod. καθόσον ἀντίκειται. — [h] καθ' ὅσον ἐστὶ] cod. καθόσον ἐστὶ. —)

dentia vertitur, circa quæ ne scientia quidem, sed sensus versatur. Illa autem dico, non in quibus singuli sensus peculiariter occupantur, ut ea quæ ad gustum et odoratum pertinent, aut quæ auribus percipiuntur : nec enim de succis vel suffitionibus vel sonis, sed de singulis simpliciter judicat prudentia : hæc enim solus dijudicat sensus, ideoque in iis, in quibus sensus cerni statuimus, prudentiam quoque totam se collocare affirmamus : exempli gratia, numquid hanc Atheniensium urbem cum hac Corinthiorum urbe bellum gerere oporteat, prudentis est scire : in actionibus enim prudentia consistit : particularium autem est actio. Porro eodem modo mathematici quoque triangulum sensibile cognoscunt, non quatenus in conspectum aut sub tactum cadit, sed omnino quatenus ex singularibus et particularibus est, quæ ad ultimum noscuntur : nam qui illa cognoscit, in iis subsistit, nec ulterius inquirit. Etenim si a particularibus et sensibilibus cognoscendi studium auspiceris, ultima est universalium cognitio : si vero ab universalibus proficiscatur cognitio, sensibilia ad ultimum cognoscuntur. Jam vero particularia cognoscere quatenus sensibilia sunt, et quatenus partim gustari possunt, partim auribus percipi, partim sub tactum aut in conspectum cadunt, hoc sensus est, non prudentiæ : at hæc scire, quatenus aut prosunt humano bono aut nocent, prudentiæ est.

Κεφ. ι'.

Περὶ εὐβουλίας.

* Περὶ μὲν οὖν σοφίας, καὶ φρονήσεως, καὶ νοῦ, καὶ τέχνης, καὶ ἐπιστήμης, καὶ τί ἐστιν ἕκαστον, καὶ τίσι διαφέρουσιν ἀλλήλων, εἴρηται. Νῦν δὲ ῥητέον περὶ εὐβουλίας, περὶ συνέσεως καὶ περὶ γνώμης· τίς τέ ἐστιν ἑκάστη, καὶ τίνι διαφέρει τῶν εἰρημένων πέντε ἀληθευτικῶν ἕξεων.

Καὶ πρῶτον περὶ εὐβουλίας· οἰκείως γὰρ ἔχει μάλιστα τῇ φρονήσει, ἧς τὸν λόγον ἀρτίως ἀπηλλάξαμεν· ὥστε τὸν περὶ εὐβουλίας λόγον τῷ περὶ τῆς φρονήσεως συναπτέον. Πρῶτον μὲν οὖν οὐκ ἔστι ζήτησις· ἐπὶ πλέον γάρ ἐστιν ἡ ζήτησις τῆς εὐβουλίας· οὐ μόνον γὰρ ὁ εὖ βουλευόμενος, ἀλλὰ καὶ ὁ κακῶς βουλευόμενος ζητεῖ, καὶ οὐ μόνον τὰ ἐνδεχόμενα, ἀλλὰ καὶ τὰ ἀναγ-

Cap. X.

De bono consilio.

Ac de sapientia quidem, prudentia, mente, arte et scientia, quid harum rerum unaquæque sit et quo pacto inter se differant, dictum est. Nunc de bono consilio, de intelligentia et sententia dici convenit : primum quid horum quidque sit, deinde quomodo a superioribus quinque veritatis habitibus differant.

Et de bona consultatione primum : magnam enim cognationem cum prudentia habet, cujus tractatum modo absolvimus : quamobrem quæ de bona consultatione disserenda sunt cum iis quæ de prudentia disputavimus conjungenda videntur. Primum ergo non est quæstio : latius enim quam bona consultatio patet quæstio : quia non tantum qui bene, sed etiam qui

* Cap. 9. Τὸ ζητεῖν δὲ καὶ τὸ βουλεύεσθαι, κτλ.

καῖα ζητοῦνται· περὶ ἃ ἔστιν ἡ ἐπιστήμη· οἷον, εἰ τὸ τρίγωνον ἔχει δύο ὀρθάς, ζητεῖται πρὸς τῆς ἐπιστήμης, καὶ εἰ ἡ σελήνη σφαιροειδής ἐστι· διὰ τοῦτο ἡ εὐβουλία οὐκ ἔστι [a] ταὐτὸν τῇ ζητήσει.

* Ἔτι δέ, οὐδὲ ἐπιστήμη ἐστὶν ἡ εὐβουλία· ὁ μὲν γὰρ ἐπιστήμων οὐ ζητεῖ περὶ ὧν ἐπίσταται, ὁ δὲ εὔβουλος ζητεῖ· ἡ γὰρ εὐβουλία βουλή τίς ἐστιν· [b] ἡ δὲ βουλὴ ζήτησίς ἐστι [c] τοῦ τί δεῖ πράττειν· καὶ ὁ βουλευόμενος ζητεῖ καὶ λογίζεται περὶ τῶν πράξεων, ὅπως εὖ καὶ καλῶς γένωνται· ὥστε ἡ μὲν εὐβουλία ζήτησις, ἡ δὲ ἐπιστήμη οὐ τοιαύτη· ἡ εὐβουλία ἄρα οὐκ ἔστιν ἐπιστήμη.

** Ἔτι δὲ οὐδὲ εὐστοχία ἐστὶν ἡ εὐβουλία· ἡ μὲν γὰρ εὐστοχία ἄνευ χρόνου τινὸς καὶ λογισμοῦ καὶ μελέτης γίνεται· τὸ γὰρ γνῶναι περὶ τοῦ προκειμένου καλῶς ἀθρόον καὶ ἄνευ μελέτης, τοῦτό ἐστιν εὐστοχία· ἡ δὲ εὐβουλία οὐ τοιαύτη· μετὰ γὰρ χρόνον καὶ βραδέως ἡ βουλὴ γίνεται· καὶ διὰ τοῦτο καὶ ὁ τῶν πολλῶν λόγος φησί, δεῖν ταχέως μὲν πράττειν τὰ βουλευθέντα, βουλεύεσθαι δὲ βραδέως. Ἔτι, ἡ ἀγχίνοια ἕτερον παρὰ τὴν εὐβουλίαν· ἀγχίνοια γάρ ἐστιν ἄσκεπτος ἀπόδοσις τοῦ μέσου, δηλονότι τῆς αἰτίας τοῦ προτεθέντος· ἡ δὲ εὐβουλία μετὰ σκέψεως· ἔστι γὰρ ἀγχίνοια εὐστοχία τις· οὐκ ἄρα ἀγχίνοια ἡ εὐβουλία ἐστί.

Καὶ γὰρ ἡ μὲν εὐστοχία ἐστὶ τὸ περὶ τοῦ παντὸς τοῦ προτεθέντος εὐεπηβόλως εἰπεῖν· ἡ δὲ ἀγχίνοια τῆς αἰτίας τοῦ προτεθέντος ζητήματος ἀπόδοσις ταχεῖά ἐστιν· οἷον, διὰ τί βέλτιον ἄρχεσθαι ἢ ἄρχειν ἐν ταῖς ὀλιγαρχίαις· ὅτι ἀσφαλέστερον· διὰ ταῦτα μὲν οὖν ἡ εὐβουλία οὔτε εὐστοχία, οὔτε ἀγχίνοιά ἐστιν.

*** Ἀλλ' οὐδὲ δόξα ἐστὶν ἡ εὐβουλία· πολλῶν γὰρ ὄντων τῶν εἰδῶν τῆς δόξης, οὐδὲν τούτων ἡ εὐβουλία ἐστί· καὶ γὰρ τῶν δοξῶν αἱ μέν εἰσι συμπεράσματα διανοίας ἐξ ἀνάγκης ἀποδειχθέντα· ὥσπερ τὸ τρίγωνον δύο ὀρθὰς ἔχει, εἴ τις [d] ἀπὸ τῆς ἀποδείξεως δοξάζει, δόξαν ἔχει ἀναγκαίαν· [e] αἱ δὲ ἀπὸ αἰσθήσεως συνάγονται, ὅθεν ἔνιαι καὶ ψευδεῖς πολλάκις εἰσί. Πᾶσαι δὲ τὴν ἀλήθειαν ἔχουσι τέλος, καὶ ἡ ὀρθότης τῆς δόξης ἡ ἀλήθειά ἐστι· ἡ δὲ εὐβουλία τέλος ἔχει τὸ συμφέρον ἢ τοῦ βουλευομένου, ἢ ᾧ τὴν βουλὴν δίδωσιν, ὃ καὶ διὰ ψεύδους καὶ ἀπάτης πολλάκις οἱ εὔβουλοι κατορθοῦσιν.

**** Ἔτι δὲ οὐ τῆς εὐβουλίας ἄλλη τίς ἐστιν ὀρθότης, ἀλλὰ αὐτή ἐστιν [f] ὀρθότης βουλῆς· εἰ γὰρ ὁ κακῶς βουλευόμενος ἁμαρτάνει, πάντως ὁ εὖ βουλευόμενος κατὰ τὸν ὀρθὸν βουλεύεται λόγον.

***** Ἔτι γὰρ ὀρθότης ἡ εὐβουλία οὔτε δόξης, οὔτε ἐπιστήμης, ἀλλὰ τῆς βουλῆς, ὡς δηλοῖ καὶ τοὔνομα· ἐπιστήμης μὲν γὰρ οὐδεμία ὀρθότης, οὐδὲ γὰρ ἁμαρτάνει ἡ ἐπιστήμη, ὥστε ὀρθότητος δεῖσθαι.

****** Τῆς δὲ δόξης ἡ ὀρθότης, καθὼς εἴρηται, ἡ ἀλήθειά ἐστιν· οὔτε τοίνυν δόξα ἐστὶν ἡ εὐβουλία, ἢ ἐπι-

male consultat, quærit, neque solum contingentia, sed necessaria quoque quæruntur : in quibus videlicet locum habet scientia : verbi causa, num triangulum duas rectas lineas habeat, a scientia quæritur, et num globosa sit luna : quare non idem quod quæstio est bona consultatio.

Sed nec scientia est bona consultatio : neque enim quærit quæ scit, qui scientia est præditus, qui vero bene aliis consulit, quærit : etenim consilium aliquod est bona consultatio : consilium autem est quæstio, qua quid agendum sit, constituitur : et qui consilium init, quærit de actionibus et considerat, quo pacto bene recteque suscipi possint : itaque bona consultatio quæstio quidem est, sed scientia non est talis : quare bona consultatio non est scientia.

Præterea ne bona quidem conjectura est bona consultatio : quippe bona conjectura sine tempore aut deliberatione aut meditatione fit : nam de re proposita recte simul sentire et sine ulla meditatione judicare, bona conjectura est : talis vero non est bona consultatio : nimirum longo tempore ac tarde consilium capitur : ideoque vulgo dicunt, ea de quibus consultaveris celeriter esse agenda, sed lente consultandum esse. Insuper sagacitas a bona consultatione diversa est : nam sagacitas inconsiderata et promta medii assignatio est, ita videlicet rei de qua agitur causam voco : bona vero consultatio cum consideratione conjungi solet : est enim sagacitas quodammodo bona conjectura : ergo sagacitas non est bona consultatio. Etenim bona conjectura est, de omni re proposita recte disserere : sagacitas vero in causa rei propositæ promte allata cernitur : exempli gratia, cur in paucorum potentia parere quam imperare satius sit : quia est tutius : quamobrem bona consultatio nec bona conjectura est, nec sagacitas.

Sed nec opinio est bona consultatio : quum enim multæ sint opinionum species, nulla earum est bona consultatio : quippe aliæ opiniones rationis conclusiones sunt necessario demonstratæ : velut triangulum duas habere rectas lineas, si quis demonstratione adductus credat, opinionem habet necessariam : aliæ a sensibus concipiuntur, unde nonnullæ sæpe etiam falsæ sunt. Quum autem veritatem omnes propositam habeant, opinionis recta species ipsa veritas est : at bonæ consultationis finis est vel consultantis, vel ejus cui consilium dat utilitas, quam rem periti consiliarii sæpenumero tum mendaciis tum fraude consequuntur.

Præterea bonæ consultationis non aliud rectum, sed ipsa consilii recta ratio est : si enim qui male consultat, fallitur, omnino qui bene consultat, rectæ rationi convenienter consultat.

Est enim rectum bona consultatio neque opinionis, neque scientiæ, sed consilii, sicut ipsum indicat nomen : quippe scientiæ nulla est recta species, quia scientia non peccat, ut recta specie indigeat.

Opinionis vero recta species, sicut diximus, est veritas : quare neque opinio est bona consultatio, aut

* Ἐπιστήμη μὲν δὴ οὐκ ἔστιν, κτλ. — ** Ἀλλὰ μὴν οὐδ' εὐστοχία, κτλ. — *** Οὐδὲ δὴ δόξα, κτλ. — **** Ἀλλ' ἐπεὶ ὁ μὲν κακῶς βουλευόμενος, κτλ. — ***** Οὔτ' ἐπιστήμης δὲ κτλ. — ****** Δόξης δ' ὀρθότης, κτλ.

στήμη, οὔτε ὀρθότης ἐστὶν ἢ δόξης ἢ ἐπιστήμης· ἔτι δὲ ἡ μὲν εὐβουλία ζήτησίς ἐστι κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον· ἡ δὲ δόξα εὕρεσίς τινος συμπεράσματος καὶ περί τι ὡρισμένον ἐστί· καὶ ἡ μὲν εὐβουλία ζητεῖν ἐστιν, [g] ἡ δόξα δὲ εὑρηκέναι. Καθὸ καὶ τῆς διανοίας ἡ εὐβουλία λείπεται· ἡ μὲν γὰρ διάνοια λόγος ἐστὶν ἀπηρτισμένος καὶ εὑρημένος μετὰ τῆς προσηκούσης αἰτίας· ἡ δὲ εὐβουλία ἐν τῇ ζητήσει ἔχει τὸ εἶναι· ὁ γὰρ βουλευόμενος, ἐάν τε εὖ, ἐάν τε κακῶς βουλεύηται, ζητεῖ τι καὶ λογίζεται· καὶ μετὰ λόγου μὲν ζητεῖ, οὔπω δὲ συνεπέρανεν· ἡ δὲ δόξα οὐ τοιαύτη· οὐ γὰρ ζήτησίς ἐστιν, ἀλλὰ φάσις ἀπηρτισμένη· οὔτε τοίνυν ἐπιστήμη ἐστὶν ἡ εὐβουλία, οὔτε εὐστοχία, οὔτε δόξα. Ἀλλ' ἐπεὶ ὀρθότης ἐστὶ βουλῆς, ζητητέον πρῶτον τί ἐστι βουλή, καὶ περὶ τίνα καταγίνεται ὁ βουλευόμενος· καὶ περὶ μὲν βουλῆς καὶ βουλευτῶν ἐν τοῖς πρότερον εἴρηται· ῥητέον δὲ περὶ τῆς ὀρθότητος.

* Ἡ τοίνυν ὀρθότης πολλαχῶς λέγεται. Καὶ γὰρ καὶ οἱ πονηρὸν τιθέμενοι τέλος, καὶ τὰ πρὸς αὐτὸ ἄντικρυς φέροντα ζητοῦντες ὀρθῶς βουλεύονται· καὶ ἡ τοιαύτη βουλὴ ὀρθότης ἐστί· [h] καὶ οἱ ἀγαθὸν μὲν τιθέμενοι τέλος καὶ πρὸς αὐτὸ φερόμενοι, τὰ δὲ πρὸς αὐτὸ φέροντα μάλιστα τῶν ἄλλων οὐ ζητοῦντες ἀλλ' ἕτερα, ὥσπερ οἱ διὰ προτάσεων ψευδῶν, ἢ μὴ ἐξ ἀναγκαίων ἀληθὲς συνάγοντες συμπέρασμα· καὶ οὗτοι γὰρ περὶ μὲν τὰ πρὸς τὸ τέλος σφάλλονται, ὅτι δὲ πρὸς τὸ τέλος τὸ ἀγαθὸν φέρονται, ὀρθῶς βουλεύονται· καὶ ἡ τοιαύτη βουλὴ ὀρθότης ἐστί.

** Πρὸς δὲ τούτοις καὶ ἡ εὐβουλία ὀρθότης ἐστίν, ἥτις καὶ κυρίως ὀρθότης λέγεται βουλῆς, καθ' ἣν πρὸς τὸ ἀγαθὸν φερόμεθα τέλος, καὶ ἐκεῖνα ζητοῦμεν, δι' ὧν δυνησόμεθα ῥᾷστα [i] καὶ κάλλιστα τοῦ τέλους τυχεῖν.

*** Εὐβουλία γὰρ οὔτε ἡ πρώτη ὀρθότης ἐστίν, οὔτε ἡ δευτέρα· ἡ μὲν γὰρ πρώτη κακή ἐστι βουλή· ἡ δὲ εὐβουλία ἀγαθόν· τοῦτο γὰρ βούλεται τὸ ὄνομα, ἀγαθὴ βουλή· ἡ δὲ δευτέρα ὀρθότης ζητεῖ μὲν ὃ δεῖ, δι' οὗ δὲ τυχεῖν οὐ ζητεῖ, καὶ περὶ τὰ πρὸς τὸ τέλος οὐ καλῶς βουλεύεται, περὶ ἃ ἡ βουλὴ γίνεται, καθὼς προείρηται· ὥστε καθ' ὅσον μὲν εἰς τὸ ἀγαθὸν φέρεται, ὀρθῶς φέρεται· καθ' ὅσον δὲ οὐ διὰ τῶν προσηκόντων τῷ τέλει φέρεται, οὐ καλῶς φέρεται· ὥστε οὐκ ἂν εἴη εὐβουλία ἡ τοιαύτη ὀρθότης.

**** Ἔτι δέ, οὐδὲ ἡ διὰ πολλοῦ χρόνου καὶ πλείονος τοῦ δέοντος γινομένη βουλὴ εὐβουλία ἐστίν.

***** Εὐβουλία γάρ ἐστι μόνον ἡ ὀρθότης τῆς βουλῆς, ἡ κατὰ τὸ ὠφέλιμον, ὅταν περὶ ὧν δεῖ βουλευώμεθα, καὶ ὡς δεῖ, καὶ ὅσον χρόνον δεῖ.

****** Ἐπεὶ δὲ τὸ τέλος ἢ καθόλου ἐστὶ καὶ ἔσχατον, ἢ μερικόν, ἔσχατον μέν, πρὸς ὃ πᾶσα πρᾶξις ἀνθρωπίνη φέρεται, μερικὸν δέ, πρὸς ὅ τινες πράξεις φέρουσιν, ἀκολούθως καὶ ἡ εὐβουλία ἔχει· ἡ μὲν γὰρ καθόλου ἐστίν, ἥτις ὀρθὴ καὶ ἀγαθὴ βουλή ἐστι περὶ

scientia, neque recta species aut opinionis aut scientiæ est : insuper bona consultatio quæstio est rectæ rationi consentanea : opinio autem conclusionis cujusdam inventio habetur et in re definita versatur : ideoque bene consultare est quasi quærere, opinari autem quasi invenisse. Sicut et cogitatione bona consultatio inferior est : nam cogitatio habetur ratio absoluta et inventa jam cum idonea causa : at bonæ consultationis natura in quæstione cernitur : nimirum qui consultat, sive bene sive male consultat, quærit aliquid et perpendit : et cum ratione quidem quærit, sed nondum conclusit : atqui non talis est opinio : nec enim quæstio, sed enuntiatio absoluta est : ergo bona consultatio neque scientia, neque bona conjectura, neque opinio est. Sed quum rectum sit consilium, primum quid sit consilium et in quibus versetur consultans, quærendum est : ac de consilio quidem rebusque in deliberationem cadentibus supra disseruimus, nunc autem de recto agendum est.

Rectum ergo multimodis dicitur. Nam etiam qui malum finem sibi proponunt resque recta eo ferentes inquirunt, rite deliberant : estque ejusmodi consilium rectum : sed et qui bonum quidem sibi finem proponunt, et ad eum tendunt, neque tamen quæ eo ducunt omnium maxime quærunt, sed alia, ut qui ex falsis propositionibus aut non necessariis veram conclusionem efficiunt : etiam hi, inquam, in iis quæ ad finem ducunt, labuntur, verum quia ad bonum feruntur finem, bene deliberant : atque ejusmodi consilium rectum est.

Ad hæc bona consultatio rectum genus est, quod etiam proprie rectum consilium vocatur, quo ad bonum finem tendimus, et quibus rebus facillime atque optime voti compotes fieri queamus, dispicimus.

Nimirum bona consultatio nec primum est rectum genus, nec secundum : siquidem primum est malum consilium, bona vero consultatio bonum : hoc enim ipsum nomen significat, ut pro bono consilio accipiatur : secundum vero rectum genus id quidem quod oportet quærit, id vero quo id consequi oporteat, non item, neque recte de iis quæ ad finem tendunt deliberat, in quibus tamen, quemadmodum dictum est, consilium versatur : itaque quatenus ad bonum fertur, recte fertur : quatenus vero non per ea quæ ad finem pertinent fertur, non recte fertur : quare hujusmodi rectum genus non erit bona consultatio.

Præterea nec illud quod longo aut longiore quam oportet tempore capitur consilium, bona est consultatio.

Namque ea demum consilii bonitas bona consultatio est, quæ ad utilitatem spectat, et quidem quum de quibus oportet, et quemadmodum oportet et quam diu oportet, deliberamus.

Quum vero finis vel universalis sit et ultimus, vel singularis, atque ultimus quidem, ad quem omnis humana actio tendit, singularis vero, ad quem quædam actiones ferunt, his convenienter et bona se habet consultatio : alia enim universalis est, rectum scilicet

* Ἐπεὶ δὲ ἡ ὀρθότης, κτλ. — ** Δοκεῖ δὲ ἀγαθόν τι, κτλ. — *** Ἀλλ' ἔστι καὶ τούτου, κτλ. — **** Ἔτι ἐστὶ πολὺν χρόνον, κτλ. — ***** Ἀλλ' ὀρθότης, κτλ. — ****** Ἔτι ἐστὶ καὶ ἁπλῶς, κτλ.

τῶν φερόντων εἰς τὸ ἔσχατον τέλος, τὴν κατ' ἀρετὴν ζωήν· ἡ δὲ μερική, ἥτις εἰς μερικόν τι τέλος φέρει, ὃ οὐκ ἔστι μὲν τὸ ἔσχατον, φέρει δὲ εἰς τὸ ἔσχατον τέλος.

cundarum cupiditates tales sunt. Nimiæ autem rerum, quæ in medio sunt, bonarum cupiditates malæ sunt et vituperabiles : quia ejusmodi bona non per se eo valent, ut talia aut talia sint, sed a fine ad quem diriguntur aut bonitatem aut malitiam sumunt. Quocirca, si ad malum finem diriguntur, mala sunt : ad malum autem finem spectant, quando nimis expetuntur : qui enim nimius est in usu ciborum et vestium cæterarumque rerum necessariarum, quique iis præter rectam rationem utitur, ad intemperantiam ea refert. Quamobrem nimia horum omnium cupiditas malitia est. Quorundam vero simplex, nulla adjectione facta, incontinentia est, in quibus temperantia quoque et intemperantia versantur.

Eorum vero quæ natura mala sunt et jucunda non nimiæ cupiditates malæ sunt, sed simpliciter eorum habitus, quos ferinos dicimus : quæ quidem nec natura jucunda sunt. Eorum enim quæ jucunda sunt alia natura, et quidem omnibus animalibus jucunda sunt, ut cibus, somnus et reliqua ejus generis : alia natura quidem, sed non omnibus sunt jucunda, velut talis cibus, verbi causa, herbam comedere aut carnes nonnullis animalibus natura jucundum est, alia rursus nequaquam natura, sed vel ob consuetudinem vel mutilationem aliquam, aut naturæ pravitatem sunt jucunda : quæ natura sunt mala.

In quibus cernitur feritas : exempli gratia, quod de muliere illa narrant, quæ prægnantium ventres discindere, fœtusque earum devorare solebat : vel quibus efferati circa Pontum homines delectabantur, quorum alii pisces crudos comedebant, alii carnes, alii liberos suos inter se mutuos in epulas dabant : aut quod Phalaris faciebat, qui filium suum comedit : talia ergo quæ et mala sunt et jucunda, non natura sunt jucunda, sed ob aliquam naturæ pravitatem jucunda videntur. Alia rursus sunt, quibus ob mutilationem aliquam nonnulli delectantur, aut insaniam, aut alium quendam morbum : insaniam quidem, ut qui insania agitatus jecur conservi sui devorabat, aut qui matrem immolavit et comedit : morbum vero ut qui carbones comedit et terram : ex consuetudine autem fit belluinus, qui ab ineunte ætate voluptatibus naturæ repugnantibus assuevit, iisque gaudet cibis, quibus nemo omnium hominum delectatur, nisi qui non observatis legibus naturalibus intemperantia quæ est præter naturam gaudet : e quorum numero et illi sunt, qui pilorum evulsione aut unguium rosione delectantur : nam et hæc a naturæ pravitate proficiscuntur.

Quicunque ergo ob naturæ pravitatem rebus natura malis delectantur, non sunt incontinentes : neque enim iis recta ratio est, cui resistant : eodemque modo neque ea, quæ a consuetudine aut morbo aut insania proficiscuntur, incontinentiæ tribuenda : sed ejusmodi rebus delectari omnino est extra vitiositatis cancellos positum esse.

Quodsi quis nunc imperat his voluptatibus, nunc servit, non dicitur absolute incontinens, sed cum adjectione, neque absolute continens, sed cum adjectione : verbi causa, continens feritatis, itidemque incontinens :

* Cap. 5. ἐπεὶ δ' ἐστὶν ἔνια μὲν ἡδέα κτλ. — ** Λέγω δὲ τὰς θηριώδεις κτλ. — *** Ὅσοις μὲν οὖν κτλ. — **** Τὸ δ' ἔχοντα κρατεῖν ἢ κρατεῖσθαι κτλ.

τῆς ὁμοίως· οὐ γάρ ἐστιν ἡ θηριωδία περὶ τὰ αὐτὰ τῇ ἀκολασίᾳ, ὥσπερ ἡ ἁπλῶς ἐγκράτεια· ἡ μὲν γὰρ ἀκολασία περὶ τὰς φυσικάς ἐστιν ἡδονὰς ὁμοίως, καὶ ἡ ἁπλῶς ἐγκράτεια, ἡ δὲ θηριωδία περὶ τὰς παρὰ φύσιν.

* Πᾶσα μὲν γὰρ ὑπερβάλλουσα κακία, καὶ ἀφροσύνη, καὶ δειλία, καὶ ἀκολασία, καὶ χαλεπότης, αἱ μὲν θηριώδεις, αἱ δὲ νοσηματώδεις εἰσίν. Ὁ μὲν γὰρ φύσει τοιοῦτος, οἷος δεδιέναι πάντα, κἂν [f] ψοφήσῃ μῦς, θηριώδη δειλίαν δειλός· νοσηματώδης δέ, οἷος ἦν ὁ δεδιὼς τὴν γαλῆν διὰ νόσον· καὶ ἐπὶ τῆς ἀφροσύνης οἱ μὲν ἐκ φύσεως ἀλόγιστοι καὶ μόνῃ αἰσθήσει ζῶντες, ὥσπερ τινὰ [g] γένη τῶν πόῤῥω βαρβάρων, θηριώδη ἀφροσύνην ἄφρονες· οἱ δὲ διὰ νόσους ἐπιληπτικὰς ἢ μανίας, νοσηματώδεις.

** Ταύτας δὲ τὰς ἕξεις δυνατὸν καὶ ἔχειν καὶ μὴ κρατεῖσθαι ὑπ' αὐτῶν· ὥσπερ εἰ Φάλαρις ἐκράτει τῆς ἐπιθυμίας, ἐπιθυμῶν παιδίου φαγεῖν, δυνατὸν δὲ καὶ κρατεῖσθαι ὑπ' αὐτῶν.

*** Τὴν γοῦν τοιαύτην ἀκρασίαν καὶ ἐγκράτειαν οὐχ ἁπλῶς ἀκρασίαν καὶ ἐγκράτειαν ἐροῦμεν, ἀλλὰ μετὰ προσθήκης, καθὼς ἐν τοῖς ἀνωτέρω εἴρηται, ἀκρασία θηριώδης, ἢ ἀκρασία νοσηματώδης, καὶ ἐγκράτεια θηριώδους κακίας, ἢ ἐγκράτεια νοσηματώδους κακίας· ἀκρασία δὲ ἁπλῶς, ἡ περὶ τὴν ἀνθρωπίνην ἀκολασίαν μόνη.

**** Ὅτι μὲν οὖν ἀκρασία καὶ ἐγκράτειά ἐστι μόνον, περὶ ἅπερ ἀκολασία καὶ σωφροσύνη, καὶ ὅτι ἡ περὶ τὰ ἄλλα ἡδέα ἄλλο τι [h] εἶδός ἐστιν ἀκρασίας κατὰ μεταφορὰν λεγόμενον καὶ οὐ κυρίως, εἴρηται.

(Scripsi : [a] ἀλλ' ἢ καθ' ὁμοιότητα] cod. ἀλλὰ καθ' ὁμοιότητα. — τοῦτο] cod. τούτο. — [c] ζῴοις] cod. ζώοις. — [d] ζῴων] cod. ζώων. — [e] ἀνθίστανται] cod. ἀθίστανται. — κἂν] cod. κᾀν. — ὥσπερ τινὰ] cod. ὥσπέρ τινα. — [h] ἄλλο τι] cod. ἄλλό τι. —)

neque enim feritas in iisdem versatur, in quibus intemperantia cernitur, sicut simplex continentia ; nam intemperantia æque ac simplex continentia in naturalibus voluptatibus vertitur, in iis autem quæ naturæ repugnant feritas.

Omnis enim modum excedens vitiositas et amentia et timiditas et intemperantia et sævitia partim ferina est, partim morbosa. Nam qui natura talis est, ut omnia extimescat, etiamsi mus stridorem ediderit, ferina quadam timiditate timidus est : morbo autem talis qui felem morbo affectus metuebat : eademque amentiæ ratio est : nam qui natura stulti et inconsiderati sunt sensuque duntaxat vivunt, quemadmodum nonnullæ longinquorum barbarorum nationes, ferina laborant amentia : qui vero propter morbos comitiales vel furores, ii morbosi sunt.

Potest autem fieri, ut hujusmodi habitum gerat quidem aliquis, sed eo non vincatur : velut si Phalaris, filium comedere cupiens, cupiditatem coerceret ; verum fieri etiam potest, ut habitu et illa cupiditate frangatur.

Talem igitur tum incontinentiam tum continentiam non absolute incontinentiam et continentiam appellabimus, sed cum adjectione, quemadmodum supra diximus, ferinam aut morbosam incontinentiam appellamus, et ferini vitii aut morbosi continentiam : simplex autem incontinentia sola ea est, quæ in humana intemperantia versatur.

Incontinentiam igitur et continentiam in iis tantum versari, in quibus intemperantia quoque et temperantia vertitur, tum illam quæ in reliquis voluptatibus cernitur, aliam esse speciem, quæ figurate ac non proprie incontinentia vocatur, diximus.

Κεφ. ι΄.

Ὅτι ἡ τῆς ἐπιθυμίας ἀκρασία αἰσχίων τῆς θυμοῦ.

***** Ζητητέον δὲ ὁποτέρα ἀκρασία τῆς ἑτέρας αἰσχίων, ἡ τῶν ἐπιθυμιῶν ἢ ἡ τοῦ θυμοῦ. Δοκεῖ δὲ ἡ τῶν ἐπιθυμιῶν αἰσχίων εἶναι τῆς τοῦ θυμοῦ ἀκρασίας. Ὁ μὲν γὰρ θυμούμενος οὐ πάντῃ παρακούει τοῦ λόγου, ἀλλὰ κατά τι καὶ ὑπακούει καὶ παρακούει, καθάπερ οἱ ταχεῖς τῶν διακόνων, οἳ πρὶν ἀκοῦσαι πᾶν τὸ προσταττόμενον ἐκθέουσιν, εἶτα διαμαρτάνουσι τῆς προστάξεως· ἢ ὥσπερ οἱ κύνες, πρὶν σκέψασθαι εἰ φίλος ὁ προσιών, πρὸς τὸν ψόφον μόνον ὑλακτοῦσιν· οὕτω [a] καὶ ὁ θυμὸς διὰ θερμότητα καὶ ταχυτῆτα τῆς φύσεως ἀκούσας τοῦ λόγου μόνον, οὐκ ἐπίταγμα δὲ ἀκούσας,

Cap. X.

Cupiditatum incontinentiam iræ incontinentia fœdiorem esse.

Videndum autem, utra sit fœdior incontinentia, cupiditatum nempe an iræ. Videtur vero cupiditatum esse fœdior quam iræ incontinentia. Qui enim irascitur, non omnino rationi non obtemperat, sed ex parte et obtemperat et non obtemperat, quemadmodum festinantes solent servi, qui prius quam totum id quod mandatur audierint procurrunt, atque ita negligenter rem mandatam gerunt : aut ut canes, qui priusquam animadverterint, sitne amicus qui advenit, ad strepitum solum latrant : sic et ira propter fervorem et celerem naturæ motum audit illa quidem rationem, sed imperio non

* Πᾶσα γὰρ ὑπερβάλλουσα κακία κτλ. — ** Τούτων δ' ἐστὶ μὲν ἔχειν κτλ. — *** Ὥσπερ οὖν καὶ μοχθηρία κτλ. — **** Ὅτι μὲν οὖν ἀκρασία κτλ. — ***** Cap. 6. Ὅτι δὲ καὶ ἧττον αἰσχρὰ κτλ.

ὁρμᾷ πρὸς τὴν τιμωρίαν. Ὁ μὲν γὰρ λογισμὸς ἢ ἡ φαντασία τοῦτο δείκνυσι μόνον, ὅτι οὗτος ὑβρίζει, ἢ καταφρονεῖ, ἢ ζημιοῖ· ὁ δὲ θυμός, ὥσπερ συλλογισάμενος ὅτι δεῖ τῷ τοιούτῳ πολεμεῖν, εὐθὺς χαλεπαίνει. Οὕτω μὲν οὖν ὁ θυμὸς ἕπεται κατά τι τῷ λόγῳ· ἡ δὲ ἐπιθυμία, ἐὰν μόνον εἴπῃ ἡ αἴσθησις, ἢ ὁ λογισμὸς διεφθαρμένος ὑπὸ τῆς αἰσθήσεως, ὅτι τόδε ἡδύ, ὁρμᾷ εὐθὺς πρὸς τὴν ἀπόλαυσιν· ὥσθ' ὁ μὲν θυμὸς ἀκολουθεῖ τῷ λόγῳ πως, ἡ δὲ ἐπιθυμία οὔ. Αἴσχιων οὖν διὰ τοῦτο ὁ πρὸς τὴν ἐπιθυμίαν ἀκρατὴς τοῦ πρὸς θυμόν· ὁ μὲν γὰρ ἀκρατὴς τοῦ θυμοῦ κρατεῖται ὑπὸ λόγου τρόπον τινά, ὁ δὲ τῆς ἐπιθυμίας ἀκρατὴς ὑπὸ τῆς ἐπιθυμίας κρατεῖται.

* Ἔτι ταῖς μᾶλλον φυσικαῖς ὀρέξεσιν ἀκολουθεῖν κουφότερον κακὸν τοῦ ἕπεσθαι ταῖς ἧττον φυσικαῖς· μᾶλλον γὰρ ἀξιοῦται τὸ τοιοῦτον συγγνώμης· ἀλλὰ ἡ τοῦ θυμοῦ ἀκρασία φυσικώτερον τῆς ἀκρασίας τῶν ἐπιθυμιῶν· λέγω δὲ τῶν μὴ ἀναγκαίων ἐπιθυμιῶν καὶ τῶν ὑπερβαλλουσῶν, οἷον χρημάτων καὶ δόξης· ὥστε ἀνεκτότερον κακὸν ἡ τοῦ θυμοῦ ἀκρασία τῆς τῶν ἐπιθυμιῶν, ὅτι δὲ τὸ μᾶλλον φυσικὸν μᾶλλον συγγνωστόν, δῆλον. Ἐγκαλούμενος γάρ τις ὅτι τύπτει τὸν πατέρα, ἀπελογεῖτο φυσικὸν αὐτῷ εἶναι τὸν θυμὸν τὸν τοιοῦτον, καὶ τὴν περὶ αὐτὸν ἀκρασίαν, καὶ γὰρ καὶ τὸν πατέρα αὐτοῦ τοιοῦτον εἶναι πατραλοίαν, καὶ ἔτι τὸν πάππον, καὶ τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν ἔσεσθαι, καὶ τυπτήσειν αὐτὸν ἐπειδὰν ἀνὴρ γένηται· καί τις ἑλκόμενος ὑπὸ τοῦ υἱοῦ ἐκέλευεν αὐτὸν πρὸς ταῖς θύραις παύεσθαι. Καὶ γὰρ ἐγὼ τὸν πατέρα τὸν ἐμὸν εἵλκυσα, φησί, μέχρις ἐνταῦθα· φαίνεται τοίνυν ὅτι ἀπολογίαν τινὰ δίδωσι τοῖς αἰσχροῖς, τὸ πεφυκέναι πρὸς αὐτά, καὶ ἀνεκτότερον ποιεῖ τὸ ἔγκλημα. Ὅτι δὲ καὶ φυσικώτερον ἡ τοῦ θυμοῦ ἀκρασία τῆς τῶν ἐπιθυμιῶν, δῆλον· ἁπλῶς γὰρ θυμοῦσθαι φυσικώτερόν ἐστι τοῦ ἐπιθυμεῖν τῶν μὴ ἀναγκαίων· τὸ μὲν γὰρ θυμοῦσθαι διὰ σωτηρίαν τῆς φύσεως ἐνετέθη τῇ φύσει, ἵνα τὸ βλαβερὸν ἀποσείηται, καὶ εἰς τοῦτο φέρει· ἡ δὲ τῶν μὴ ἀναγκαίων ἐπιθυμία οὐκέτι, ἔστι γὰρ καὶ ἄνευ νίκης ἢ τιμῆς διασώζειν τὴν φύσιν· διὰ τοῦτο καὶ κοινότερον τὸ θυμοῦσθαι τῶν ἐπιθυμιῶν τῶν μὴ ἀναγκαίων· τὸ μὲν γὰρ καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις καὶ πᾶσι ζῴοις[c] πρόσεστιν, αἱ δὲ οὐδὲ πᾶσιν ἀνθρώποις. Ἐπεὶ δὲ τὸ θυμοῦσθαι τῶν τοιούτων ἐπιθυμιῶν φυσικώτερον, καὶ αἱ ὑπερβολαὶ τοῦ θυμοῦ φυσικώτεραι τῆς τῶν ἐπιθυμιῶν ὑπερβολῆς, ἡ ἄρα τοῦ θυμοῦ ἀκρασία φυσικώτερον, καὶ διὰ τοῦτο ἧττον αἰσχρὰ τῆς ἐπιθυμιῶν.

** Ἔτι τῶν ἀδίκων οἱ ἐπιβουλότεροι ἀδικώτεροι. Ἐπιβουλοτέρα δὲ ἡ ἐπιθυμία τοῦ θυμοῦ· ἀδικωτέρα ἄρα. Ὅτι δὲ ἐπιβουλοτέρα, δῆλον. Λεληθότως γὰρ εἰσέρχεται, καὶ οὐχ ἀθρόον, ὥσπερ ὁ θυμός· καὶ οἱ θυμούμενοι φανεροί εἰσιν, οἱ δὲ ἐπιθυμοῦντες οὐ πάνυ φαίνονται, ὅτι λάθρα πως καὶ δόλῳ κλεπτόμε-

exaudito ad pœnas repetendas omni impetu fertur. Ratio quippe aut imaginatio hoc solum ostendit, istum hominem injuriam inferre, contemnere aut detrimentum importare : ira vero, perinde ac si ratiocinando conclu-serit, huic tali bellum inferri oportere, continuo excandescit. Atque ita quidem aliqua ex parte ira sequitur rationem : cupiditas autem, si sensus modo aut corrupta sensu ratio, hoc vel illud jucundum esse dixerit, statim ad perfruendam voluptatem incitatur : ita rationem ira quodammodo sequitur, cupiditas vero minime. Quocirca etiam fœdior est, qui cupiditatis, quam qui iræ est incontinens : qui enim iræ incontinens est, ratione quadantenus vincitur, qui cupiditatis autem, cupiditate superatur.

Præterea appetitiones magis naturales sequi, levius est malum quam eas quæ minus sunt naturales : quia venia dignius tale quid judicatur : jam vero magis naturalis iræ quam cupiditatum incontinentia est : cupiditates autem minime necessarias et immoderatas opum, exempli gratia, vel gloriæ cupiditates intelligo : quare tolerabilius malum est iræ quam cupiditatum incontinentia, illud autem quod magis naturale est, venia etiam dignius esse apparet. Nam qui patrem verberare arguebatur, ita se excusabat, ut diceret, naturalem sibi esse talem iram et ejus incontinentiam; etenim et patrem suum hujusmodi parentis pulsatorem fuisse et avum, quin etiam filium suum talem fore, ubi adolevisset, ut se verberibus cæderet : et alius quidam, qui quum a filio traheretur, ad fores eum desistere jubebat. Nam et ego, inquit, patrem meum hucusque traxi : patet igitur, turpia quoddammodo excusari, si quis ad ea natus sit et levius hoc pacto fieri crimen. Esse autem magis naturalem iræ quam cupiditatum incontinentiam, manifestum est : simpliciter quippe irasci magis naturale est, quam res non necessarias appetere : nimirum ira ad naturæ conservationem hominibus insita est, ut omne damnum amoliatur, et huc tendit : eorum vero quæ non necessaria sunt cupiditas, non item; nam et sine victoria aut sine honore conservari natura potest : ideoque ira etiam magis communis est quam cupiditates non necessariæ : illa enim omnibus et hominibus inest et animalibus, hæ vero ne omnibus quidem hominibus. Quum autem ira magis naturalis sit quam ejusmodi cupiditates, et nimius iræ ardor magis naturalis sit, quam immoderatæ cupiditates, sequitur iræ incontinentiam magis naturalem, ideoque minus fœdam esse quam cupiditatum incontinentiam.

Præterea inter injustos quo quis insidiosior, eo injustior est. Insidiosior autem, quam ira, cupiditas est : ergo et injustior. Sed insidiosiorem eam esse apparet. Occulte enim subit, non cum impetu, quemadmodum ira : et qui irascuntur, aperte id faciunt, qui vero concupiscunt, non admodum aperte, quia furtim quodam-

* Ἔτι ταῖς φυσικαῖς κτλ. — ** Ἔτι ἀδικώτεροι οἱ ἐπιβουλότεροι κτλ.

νοι ἐπιθυμοῦσι· καὶ διὰ τοῦτο καὶ αὐτοὶ δόλῳ τινὶ καὶ κλοπῇ ἐπὶ τὰ ἐπιθυμητὰ φέρονται· ὅθεν καὶ Ὅμηρός φησι τὴν Ἀφροδίτην δολοπλόκον, καὶ τὸν κεστὸν ἱμάντα διὰ τοῦτο τῇ Ἀφροδίτῃ ἀνατιθέασι, τὸ ποικίλον ὑποφαίνοντες τῆς ἐπιθυμίας· καὶ τὸ

Πάρφασις, ἥτ' ἔκλεψε νόον πύκα περ [d] φρονεόντων,

εἰς τοῦτο φέρει. Ὥστε εἴπερ ἀδικωτέρα ἡ τοιαύτη ἐπιθυμία, καὶ αἰσχίων τῆς τοῦ θυμοῦ καὶ ἡ περὶ τὴν ἐπιθυμίαν ἀκρασία [e] ἐστί· καὶ κυρίως ἀκρασία καὶ ἡ ἀκολασία, ἥτις ἐστὶ κυρίως κακία.

* Ἔτι οὐδεὶς λυπεῖται ταῖς ἀτόποις ἐπιθυμίαις ἀκολουθήσας, πᾶς δὲ ὀργιζόμενος λυπεῖται· κακίζεται δὲ μᾶλλον ὃς ἐν τῷ ποιεῖν τὸ κακὸν ἥδεται, ἢ ὃς ἐν τῷ ποιεῖν τὸ κακὸν λυπεῖται· ὁ γὰρ λυπούμενος δοκεῖ τινα διδόναι δίκην ὧν ἁμαρτάνει, καὶ διὰ τοῦτο ἧττον κακίζεται· ὁ ἄρα ἀτόποις ἀκολουθῶν ἐπιθυμίαις μᾶλλον κακίζεται δικαίως ἢ ὁ θυμούμενος· χεῖρον ἄρα κακὸν ἡ περὶ τὴν ἐπιθυμίαν ἀκρασία τῆς τοῦ θυμοῦ· οἷς γὰρ ὀργίζεσθαι δικαιότερον, ταῦτ' ἀδικώτερα. Ὅτι μὲν οὖν αἰσχίων ἡ τῆς ἐπιθυμίας ἀκρασία τῆς τοῦ θυμοῦ, καὶ ὅτι ἐστὶν ἡ ἐγκράτεια καὶ ἀκρασία περὶ ἐπιθυμίας καὶ ἡδονὰς σωματικάς, δῆλον ἐκ τῶν εἰρημένων.

(Scripsi : [a] οὕτω] cod. οὗτω. — [b] οὐκέτι] cod. οὐκ ἔτι. — [c] ζῴοις] cod. ζώοις. — [d] πύκα περ] ex Iliad. lib. XIV, 217; vulgo πύκαπερ. — [e] ἀκρασία ἐστί] vulgo ἀκρασία ἐστι. —)

modo ac dolose et occulte concupiscunt : ac propterea dolose quoque ipsi et furtim ad res desiderabiles feruntur : unde et Homerus Venerem dolosam appellat, ideoque ei acu pictum cingulum tribuunt, cupiditatum varietatem indicantes : et illud :

blandiloquentia scilicet, quæ furtim surripit mentem [etiam prudentium,

huc spectat. Quare si injustior ejusmodi cupiditas est, etiam fœdior cupiditatis quam iræ incontinentia habetur : proprieque incontinentia quoque intemperantia est, quæ proprie vitiositas dicitur.

Præterea eorum qui absurdis obtemperant voluptatibus nemo dolet : at omnis homo iratus dolet : jam vero vituperatur magis qui rebus improbe factis lætatur, quam qui dolet : quia is qui dolet aliquam delicti sui pœnam dare videtur, et idcirco minus objurgatur : quapropter qui absurdis voluptatibus obtemperat, justius quam qui succenset vituperatur : majùs ergo malum cupiditatis quam iræ incontinentia est : propter quæ enim justius irascimur, ea injustiora sunt. Turpiorem igitur cupiditatem esse, quam iræ incontinentiam, ac præterea tam continentiam quam incontinentiam in cupiditatibus et corporis voluptatibus cerni, ex iis quæ diximus intelligitur.

Κεφ. ια'.

Τίσι διαφέρουσιν ἀλλήλων ἐγκράτεια καὶ καρτερία, καὶ σωφροσύνη καὶ αἱ ἀντικείμεναι κακίαι.

** Νῦν δὲ ἔτι θεωρήσωμεν τὰς διαφορὰς σωφροσύνης, καὶ ἐγκρατείας, καὶ καρτερίας, καὶ τῶν ἀντικειμένων ταύταις, ἀκολασίας, ἀκρασίας καὶ μαλακίας. Τῶν γὰρ σωματικῶν ἡδονῶν αἱ μέν εἰσιν ἀνθρωπικαί, αἱ δὲ θηριώδεις, αἱ δὲ νοσηματώδεις· ἀνθρωπικαὶ μὲν τοιαῦται, οἷαι τέρπειν φύσει τὸν ἄνθρωπον, τοσαῦται, ὅσαις χαίρει ἄνθρωπος ἢ ἀγαθὸς ἢ κακὸς τὴν ἀνθρωπίνην κακίαν· οἷον ἐπὶ πλούτῳ, ἢ δόξῃ, ἢ τροφῇ, ἢ γάμῳ· ὁ γὰρ ἡδόμενος καὶ διώκων, ἢ ὡς δεῖ, ἢ ἐλλείπων, ἢ ὑπερβάλλων τὸν λόγον, οὐ τὴν ἑαυτοῦ φύσιν, ὁ τοιοῦτος ἥδεται τὴν ἀνθρωπικὴν ἡδονήν· θηριώδεις δὲ αἱ τῆς φύσεως τῆς ἀνθρωπίνης ἐκπίπτουσαι κατὰ τὴν ποιότητα, καὶ κατὰ τὴν ποσότητα· καὶ αἱ ὑπερβολαὶ δὲ τῶν ἀνθρωπίνων ἡδονῶν, ὅταν ὑπερβάλλωσιν ἑαυτάς, καὶ τῶν ἀνθρωπίνων ὅρων ἐκτὸς γένωνται, θηριώδεις εἰσί· νοσηματώδεις δὲ αἱ διὰ νόσον, ἢ μανίαν ὑπερβάλλουσαι τὴν ἀνθρωπίνην ἡδονήν, καὶ αἱ παρὰ φύσιν· καὶ ὅλως, καθὼς ἐν τοῖς ἀνωτέρω διήρηται περὶ τῆς θηριώδους ἡδονῆς, περὶ ταύτας τὰς ἡδονὰς παραπλήσιαί εἰσιν ἕξεις.

Cap. XI.

Quomodo continentia et patientia, temperantia item et opposita vitia inter se differant.

Jam vero etiam temperantiæ et continentiæ, item patientiæ et quæ his altera ex parte respondent, intemperantiæ, incontinentiæ et mollitiei discrimina videamus. Nam corporis voluptates aliæ humanæ, aliæ ferinæ, aliæ morbosæ sunt : et humanæ tales quidem, ut natura delectent hominem, tot vero quot sunt quibus lætatur homo vel bonus vel vitiositatis humanæ respectu malus : quales sunt divitiæ, gloria, cibus aut nuptiæ : qui enim iis gaudet easque consectatur, vel ut oportet, vel minus, aut etiam magis quam oportet, dummodo rectam rationem non naturam suam excedat, talis humana voluptate delectatur : ferinæ vero, quæ humanam naturam qualitate sua et quantitate excedunt : quare et humanarum voluptatum excessus, quum se ipsæ superant, et humanos terminos egrediuntur, ferini sunt : morbosæ autem, quæ ob morbum aliquem aut insaniam humanam voluptatem superant, et quæ præter naturam sunt : omninoque, ut supra, quum de ferina egimus voluptate, distinximus, similes quoque in his voluptatibus sunt habitus.

* Ἔτι οὐδεὶς ὑβρίζει κτλ. — ** Αὐτῶν δὲ τούτων τὰς διαφορὰς κτλ.

* Ἀλλ' ἡ σωφροσύνη καὶ ἀκολασία περὶ τὰς ἀνθρωπικὰς μόνον εἰσί. Διὸ καὶ τὰ θηρία οὐ λέγομεν σώφρονα, οὐδὲ ἀκόλαστα, εἰ μή που κατὰ μεταφοράν, καὶ οὐ κυρίως· καὶ τότε δὲ λέγομεν σώφρονα, ἢ ἀκόλαστα θηρία, συγκρίνοντες πρὸς ἄλληλα· ἔχουσι γάρ τινα διαφορὰν περὶ τὰς σωματικὰς ἡδονάς· καὶ τὰ μὲν μᾶλλον χαίρουσι τοῖς τοιούτοις, τὰ δὲ ἧττον, κυρίως δὲ οὐ λέγονται ἀκόλαστα ἢ σώφρονα, ὅτι οὐδαμῶς ἔχουσι λόγον, ἀλλὰ πάντη [a] τῆς φύσεως ταύτης ἀφέστηκεν, ὥσπερ οἱ μαινόμενοι τῶν ἀνθρώπων.

** Διὰ τοῦτο καὶ ἔλαττον κακὸν ἡ θηριότης τῆς ἀνθρωπίνης κακίας, ἢ καὶ φοβερώτερον. Ἡ μὲν γὰρ ἀνθρωπίνη κακία τὸ βέλτιστον τῶν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ διαφθείρει, δῆλον ὅτι [b] τὸν λόγον, ἡ δὲ θηριότης οὐδαμῶς· οὐ γὰρ ἔχει λόγον· ὥσπερ καὶ τὸ ἄψυχον κακὸν ἔλαττον τοῦ ἐμψύχου κακοῦ· τὸ γὰρ κακὸν τὸ ἔχον ἀρχήν, ἥτις αὐτὸ κινεῖ, βλαβερώτερον τοῦ μὴ ἔχοντος· τὸ γὰρ ἀκίνητον κακὸν ἀνεκτότερον τοῦ κινουμένου κακοῦ, καθ' ὅσον [c] ἔλαττον δύναται δρᾷν· ὥσπερ οὖν τὸ ἔμψυχον κακὸν χεῖρον τοῦ ἀψύχου, ὅτι ἔχει ἀρχὴν ἐν αὐτῷ τὴν ψυχήν, ἥτις αὐτὸ κινεῖ, οὕτω καὶ τὸ λογικόν, ὅτι τοῦ ἀλόγου μᾶλλον ἀρχὴν ἔχει, βλαβερώτερον καὶ χεῖρον· μυριοπλάσια γὰρ ἂν κακὰ ποιήσειεν ἄνθρωπος κακὸς θηρίου. Καὶ ταῦτα μὲν εἰς τοσοῦτον· ἐχώμεθα δὲ τῶν προκειμένων.

*** Ἔστι μὲν οὖν περὶ ἕκαστον γένος τῶν προειρημένων ἰδία τις ἕξις. Περὶ δὲ τὰς ἀνθρωπικὰς ἡδονὰς καὶ λύπας ἐστὶ μὲν ἡ σωφροσύνη, ὡς προείρηται, ἐστὶ δὲ ἡ ἐγκράτεια, καὶ ἡ καρτερία, καὶ αἱ ἀντικείμεναι ταύταις· λέγω δὲ ἀνθρωπικὰς ἡδονὰς καὶ λύπας, περὶ ἃς ἡ σωφροσύνη, ὅσαι ἀφῇ καὶ γεύσει προσήκουσι. Τούτων δὴ οἱ μὲν ἡττῶνται μᾶλλον ἢ οἱ πολλοί, καὶ πρὸς αὐτὰς φέρονται, ὡς ὀλίγοι μοχθηροί· οἱ δὲ κρατοῦσιν ὧν οἱ πολλοὶ ἡττῶνται. Ἐπεὶ δὲ λῦπαί εἰσι [e] καὶ ἡδοναὶ ὧν ἡττῶνται καὶ κρατοῦσιν, οἱ μὲν τῶν ἡδονῶν κρατοῦντες ἐγκρατεῖς εἰσι, [f] καὶ οἱ ἡττώμενοι ἀκρατεῖς, οἱ δὲ τῶν λυπηρῶν κρατοῦντες, ὥστε μὴ κινεῖσθαι ὑπ' αὐτῶν, καρτερικοί, καὶ οἱ ἡττώμενοι καὶ ῥαδίως [g] ὑπ' αὐτῶν κινούμενοι, μαλακοί· τὰ πλεῖστα δὲ οἱ ἄνθρωποι οὔτε καρτερικοί εἰσιν οὔτε μαλακοί, ἀλλὰ μεταξύ, εἰ καὶ πρὸς τὸ χεῖρον ῥέπουσι μᾶλλον· ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἕξεων ἔχει· πάλιν δὲ διοριστέον περὶ αὐτῶν ἀκριβέστερον.

**** Ἐπεὶ γὰρ αἱ μὲν τῶν ἡδονῶν ἀναγκαῖαί εἰσιν, αἱ δὲ οὔχ, [h] ἐῤῥήθη δὲ περὶ αὐτῶν πρότερον τίνες ἡδοναὶ καὶ μέχρι τίνος ἀναγκαῖαί εἰσιν· αἱ δὲ ὑπερβολαὶ οὐκ εἰσὶν ἀναγκαῖαι, οὐδὲ ἐλλείψεις, ὁμοίως δὲ καὶ αἱ ἐπιθυμίαι καὶ αἱ λῦπαι ἔχουσιν· ὁ μὲν τὰς ὑπερβολὰς διώκων τῶν ἡδονῶν, καὶ ἢ τὰς φύσει μεγάλας ἀεὶ ζητῶν ἡδονάς, ἢ τὰς φύσει μετρίας ὑπερβαλλόντως ζητῶν, οὐχ ἑλκόμενος βιαίως πως ὑπ' αὐτῶν, ἀλλὰ μετὰ

At in humanis temperantia tantum et intemperantia versatur. Quapropter et feras nec temperantes neque intemperantes dicimus, nisi forte figurate, non autem proprie : ac tum feras inter se comparatas temperantes aut intemperantes appellamus : nam et illæ, quantum ad corporis voluptates, aliquo modo inter se differunt : siquidem aliæ magis, aliæ minus talibus gaudent, proprie autem neque intemperantes nec temperantes nominantur, quia nequaquam ratione sunt præditæ, sed omnino ab hac natura desciverunt, sicut homines insani.

Quamobrem minus quoque malum feritas est, quam vitiositas humana, alioquin etiam terribilius. Quippe humana vitiositas id quod in homine optimum est corrumpit, rationem videlicet, feritas vero minime : nec enim habet rationem : sicut et inanimum malum animato malo minus est malum : namque malum illud quod habet principium, cujus pulsu agitatur, damnosius est eo quod principio caret : siquidem immotum malum moto malo tanto tolerabilius habetur, quanto minus efficere potest : quemadmodum ergo malum animatum inanimo malo pejus est, quia principium in se a quo movetur, ipsum nempe animum, habet : sic etiam id quod ratione est præditum, quia magis quam id quod ratione caret principium habet, damnosius et pejus est : infinitis certe partibus plura mala intulerit homo improbus quam fera. Et hæc quidem hactenus : sed reliqua, quæ nobis proposita sunt, persequamur.

In singulis ergo, quæ supra commemoravimus, generibus singuli quoque sunt habitus. In voluptatibus autem humanis et doloribus temperantia, ut diximus, item continentia et patientia versatur, et quæ his oppositæ sunt : humanas vero voluptates eas voco et dolores, in quibus temperantia cernitur, quæ sub tactum et gustatum cadunt. Ab his autem alii magis vincuntur, quam vulgus, et ad eas feruntur, sicut pauci improbi : alii vero eas superant, a quibus vulgus superatur. Sed quum dolores sint et voluptates a quibus superantur et quas superant, qui voluptates superant continentes, qui ab iis superantur, incontinentes sunt : qui vero ita res molestas vincunt, ut iis non moveantur, patientes et qui vincuntur facileque iis moventur, molles appellantur : plerumque tamen neque patientes neque molles sunt homines, sed in medio horum, quamvis ad pejorem partem magis vergant : eodemque modo et in aliis habitibus se res habet : sed de iis rursus accuratius disputandum erit.

Nam quoniam voluptates aliæ necessariæ sunt, aliæ non necessariæ : (jam ante enim quæ et quatenus necessariæ sint voluptates diximus :) earum vero neque nimium neque parum sunt necessaria, eodemque modo cupiditates quoque et dolores se habent : qui voluptates immoderatas sequitur, et aut eas quæ natura magnæ sunt semper requirit, aut quæ natura sunt mediocres supra modum petit, ita tamen, ut haudquaquam vio-

* Τούτων δὲ περὶ τὰς πρώτας σωφροσύνη κτλ. — ** Ἔλαττον δὲ θηριότης κτλ. — *** Cap. 7. περὶ δὲ τὰς δι' ἀφῆς καὶ γεύσεως κτλ. — **** Ἐπεὶ δ' ἔνιαι τῶν ἡδονῶν ἀναγκαῖαί εἰσιν κτλ.

προαιρέσεως ἐπ' αὐτὰς τρέχων, οὐ δι' ἄλλο τι,[i] δόξαν, φέρε εἰπεῖν, ἢ κέρδος, ἀλλὰ αὐτὰς δι' ἑαυτάς, ἀκόλαστος· τὸν τοιοῦτον γὰρ ἀνάγκη μὴ μεταμέλεσθαι μετὰ τὴν ἡδονήν, καὶ διὰ τοῦτο ἀνίατον εἶναι· ὁ γὰρ ἀμεταμέλητος ἀνίατος· τοιοῦτος δὲ ὁ ἀκόλαστος· ὁ δὲ ἔλαττον τοῦ δέοντος τὰ τοιαῦτα ζητῶν, ὁ ἐκ διαμέτρου ἀντικείμενος, ὅς ἐστιν ἀναίσθητος· ὁ δὲ μέσος ὁ σώφρων ἐστίν. Οὐ μόνον δὲ ὁ διώκων τὰς σωματικὰς ἡδονάς, ὃν εἴρηται τρόπον, ἀκόλαστός ἐστιν, ἀλλὰ καὶ ὁ φεύγων τὰς σωματικὰς λύπας, οὐχ ἡττώμενος αὐτῶν, ἀλλὰ προαιρούμενος ὁμοίως ἀκόλαστός ἐστι. Τῶν δὲ ἀπροαιρέτως ἐπὶ τὰ ἡδέα φερομένων, ὁ μὲν φέρεται διὰ τὴν ἡδονήν, ὁ δὲ ἵνα φύγῃ τὴν ἀπὸ τῆς ἐπιθυμίας λύπην· ὥστε διαφέρουσιν οὗτοι ἀλλήλων, ἔστι δὲ ὁ μὲν διὰ τὸ φεύγειν τὴν λύπην τὰ ἡδέα διώκων, μαλακός, ὁ δὲ δι' ἡδονὴν ἀκρατής. Ἀντίκειται δὲ ὁ μὲν ἀκρατὴς τῷ ἐγκρατεῖ, ὁ δὲ καρτερικὸς τῷ μαλακῷ· ἡ μὲν γὰρ καρτερία ἐστὶν ἐν τῷ ἀντέχειν, ἡ δὲ ἐγκράτεια ἐν τῷ κρατεῖν· ἕτερον δὲ τὸ ἀντέχειν τοῦ κρατεῖν, ὥσπερ καὶ τοῦ μὴ ἡττᾶσθαι τὸ νικᾷν· διὸ βέλτιον καὶ αἱρετώτερον ἡ ἐγκράτεια τῆς καρτερίας· βέλτιον γὰρ νικᾷν ἢ μὴ ἡττᾶσθαι. Φαίνεται δὲ ὅτι καὶ ἡ ἀκολασία χείρων τῆς ἀκρασίας ἐστί. Φανερὸν γὰρ πᾶσιν ὡς χείρων ἐστὶν ὁ διώκων τὴν ἡδονὴν προαιρούμενος, καὶ ἢ μὴ ἐπιθυμῶν ἢ ἠρέμα καὶ οὐ τυραννούμενος, τοῦ ὑπὸ σφοδροτάτων[k] ἐπιθυμιῶν τυραννουμένου· ἔστι δὲ ὁ μὲν πρῶτος ὁ ἀκόλαστος, ὁ δὲ δεύτερος ὁ ἀκρατής· ὥστε ἡ ἀκολασία χείρων τῆς ἀκρασίας ἐστίν. Ὁ μὲν οὖν ἐγκρατὴς καὶ καρτερικὸς οὕτω διαφέρουσιν, καὶ οὕτως αἱρετώτερον ἐγκράτεια καρτερίας, καὶ ἀκρασία ἀκολασίας ἀνεκτότερον.

(Scripsi : [a] πάντῃ] vulgo πάντη. — [b] δῆλον ὅτι] vulgo δηλονότι. — [c] καθ' ὅσον] vulgo καθόσον. — [d] ἂν κακὰ ποιήσειεν] ex Aristotele; cod. Andronici ἂν ποιήσειεν. — [e] λῦπαί εἰσι] cod. λῦπαι. — [f] ἐγκρατεῖς εἰσι] cod. ἐγκρατεῖς εἰτὶ. — [g] ῥᾳδίως] cod. ῥαδίως. — [h] αἱ δὲ οὐχ] vulgo αἱ δὲ οὐχ. — [i] ἄλλο τι] vulgo ἄλλό τι. — [k] σφοδροτάτων] cod. σφοδρωτάτων. —)

Κεφ. ιβ'.

Τίς ἡ συγγνωστὴ ἀκρασία καὶ μαλακία.

* Ἔτι δὲ διοριστέον περὶ αὐτῶν. Ἐγκρατὴς μὲν οὖν ἐστιν ὁ κρατῶν τῶν ἐπιθυμιῶν, καρτερικὸς δέ ἐστιν ὁ ἀντέχων πρὸς αὐτὰς καὶ μὴ ἡττώμενος· ὁ δὲ χαυνούμενος πρὸς ἃ οἱ πολλοὶ ἀντιτείνουσι καὶ δύνανται φέρειν, οὗτος μαλακὸς καὶ τρυφῶν· καὶ γὰρ ἡ τρυφὴ μαλακία τίς ἐστιν. Ὃς οὖν [a] ἕλκει τὸ ἱμάτιον, ἵνα μὴ πονήσῃ τὴν ἀπὸ τοῦ αἴρειν λύπην, καὶ μιμούμενος τὸν ἐκλελυμένον ὑπὸ νόσου, οὐκ οἴεται ἄθλιος εἶναι, ἀθλίῳ ὅμοιος ὤν· τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ ἐπὶ

lenter illis trahatur, sed consulto ad eas ipse tendat, neque propter aliud quidquam, verbi causa gloriam vel lucrum, sed ipsas propter se petit, is est intemperans : talem enim necesse est nunquam expletæ suæ voluptatis pœnitere, ideoque insanabilem esse : quem enim factorum suorum non pœnitet, is insanabilis est : talis autem habetur intemperans : qui vero minus quam decet res jucundas consectatur, is est qui directe opponitur, quem stupidum vocant : medius autem est temperans. Neque vero solum qui corporis, quemadmodum dictum est, voluptates sequitur, est intemperans, sed etiam qui dolores corporis fugit, non quod iis vincatur, sed quia ita vivere statuit, similiter intemperans est. Eorum autem qui inconsulto ad res jucundas tendunt, alii delectationis causa id faciunt, alii ut fugiant dolorem e cupiditate nascentem : itaque hi inter se differunt, cæterum qui fugiens dolorem ad res jucundas tendit, mollis, qui vero delectationis causa hoc facit, incontinens vocatur. Porro incontinens continenti, patiens molli opponitur : etenim in resistendo patientia, in superando autem continentia cernitur : aliud autem resistere est ac superare, sicut aliud vincere et non vinci : quare et melior et præferenda patientiæ est continentia, siquidem præstat vincere, quam non vinci. Pejor autem quam incontinentia videtur esse intemperantia. Omnibus quippe manifestum est, deteriorem esse eum qui consulto, et vel sine cupiditate, vel quiete neque ulla vi coactus voluptatem sequitur, quam qui maxima cupiditatum vi cogitur : prior autem horum intemperans, posterior incontinens est : quamobrem intemperantia deterior quam incontinentia est. Continens ergo et patiens hoc modo differunt, et hæ sunt causæ, propter quas præferenda patientiæ sit continentia, incontinentia vero tolerabilior quam intemperantia habeatur

Cap. XII.

Quæ incontinentia et mollities excusabilis sit.

Sed de iis insuper disputandum erit. Est ergo continens qui superat cupiditates, patiens vero qui resistit iis nec superatur : qui autem insolescit iis quibus plerique obsistunt et quæ ferre possunt, is mollis ac delicatus est : quædam enim mollities sunt deliciæ. Talis igitur est qui vestem trahit, ne quid in ea attollenda laboris suscipiat ac doloris et quum imitetur hominem gravi morbo affectum, miserum se esse non arbitratur, qui tamen misero similis sit : eodemque modo de conti-

* Ὁ δὲ ἐλλείπων πρὸς ἃ οἱ πολλοὶ καὶ ἀντιτείνουσι κτλ.

ἐγκρατείας καὶ ἀκρασίας ἐστίν. Εἰσὶ γὰρ ἡδοναὶ καὶ λῦπαι [b] οὕτω μεγάλαι καὶ σφοδραί, ὥστε τὸν ἡττώμενον αὐτῶν συγγνώμης τινὸς ἀξιοῦσθαι· τὸ γὰρ τοιούτων ἡττᾶσθαι οὐδὲν θαυμαστόν· ὥσπερ Φιλοκτήτης, ὃν εἰσήγαγεν ἐν τοῖς ποιήμασι Θεοδέκτης ὁ ποιητὴς πεπληγμένον ὑπὸ ὄφεως, καὶ μέχρι τινὸς κρατοῦντα τῆς λύπης, εἶτα ἀναβοήσαντα· ἢ ὃν εἰσάγει Καρχῖνος [c] ὁ ποιητὴς Κερκύονα ἐπὶ τῇ ὕβρει τῆς θυγατρὸς Ἀλόπης καρτεροῦντα μέχρι τινός, εἶτα ἡττηθέντα τῆς ἀλγηδόνος· ὥσπερ οἱ κατέχειν πειρώμενοι τὸν γέλωτα ἀθρόον ἐκκαγχάζουσιν, ὅπερ ὁ Ξενόφαντος ἐποίησεν· οὐ τοῦτο τοίνυν ἐστὶ θαυμαστὸν τὸ ἡττηθῆναι οὕτω σφοδροτάτων παθῶν· ἀλλ' εἴ τις ἡττᾶται πρὸς ἃς οἱ πολλοὶ δύνανται ἀντέχειν ἡδονὰς καὶ λύπας, καὶ μὴ δύναιτο ἀντιτείνειν, μὴ διὰ φύσιν τινὰ τοῦ γένους, ὥσπερ οἱ Σκυθῶν βασιλεῖς φύσει εἰσὶ μαλακοί, ἢ ὥσπερ τὸ θῆλυ φύσει ἐστὶ τοῦ ἄρρενος μαλακώτερον, ἢ διὰ νόσον, ἀλλ' ὁ διὰ πονηρὰν ἕξιν καὶ μοχθηρίαν, ὁ τοιοῦτος ἀσύγγνωστος. Ἔστι δὲ καὶ ὁ σφόδρα χρώμενος ταῖς παιδιαῖς μαλακός, εἰ καὶ δοκεῖ ἀκόλαστος εἶναι· οἱ γὰρ τὴν ἄνεσιν σφόδρα ζητοῦντές εἰσιν οἱ μαλακοί· ἡ δὲ παιδιὰ ἄνεσίς τις καὶ ἀνάπαυσίς ἐστι· καὶ ὁ σφόδρα χρώμενος παιδιαῖς ὑπερβάλλει κατά τινα ἄνεσιν, καὶ παιδιώδης καλεῖται.

(Scripsi : [a] ὃς οὖν] cod. ὃς οὐχ. — [b] λῦπαι] cod. λύπαι. — [c] Καρχῖνος] cum codd. cf. Herodiani ἐπιτομὴ τῆς καθολικῆς προσῳδίας pag. 74, 19 ed. Schmidt; nec tamen damnanda scriptura Καρχίνος, quia penultima in carminibus corripitur.)

nentia et incontinentia sentiendum est. Sunt enim voluptates et dolores tam magni tamque vehementes, ut qui iis superetur, venia dignus videatur : quippe talibus aliquem vinci, non est mirandum : qualis est Philoctetes, quem Theodectes poeta in carminibus a serpente percussum induxit, qui quum aliquamdiu dolori suo imperasset, postea clamorem sustulit : aut ille Cercyon, quem Carcinus poeta in filiæ Alopes injuria aliquamdiu tacentem, deinde dolore victum inducit : ut qui risum comprimere conantes cachinnum tollunt, quod Xenophanto accidit : quocirca non hoc est mirandum, si tam vehementibus affectibus superentur, sed si quis illis quibus plerique possunt resistere et voluptatibus et doloribus vincatur, neque possit contra niti, non ob generis naturam quandam, quemadmodum Scytharum reges natura sunt molles, aut ut feminæ natura molliores sunt maribus, aut ob morbum, sed propter malum habitum et improbitatem, talis venia indignus est. Atque etiam is qui ludo et joco magnopere oblectatur, mollis est, quamvis intemperans esse videatur : qui enim animi remissionem nimium sequuntur, sunt molles : est autem ludus remissio quædam animorum et requies : et qui nimium ludo indulget, remissionis quendam modum excedit, et ludibundus vocatur.

Κεφ. ιγ'.

Περὶ τῶν εἰδῶν τῆς ἀκρασίας· καὶ ὅτι χεῖρον κακὸν ἡ ἀκολασία τῆς ἀκρασίας.

* Τῆς δὲ ἀκρασίας δύο εἰσὶν εἴδη· καὶ τὸ μὲν προπέτεια, τὸ δὲ ἀσθένεια καλεῖται. Οἱ μὲν γὰρ προβουλευσάμενοι μὴ συγχωρῆσαι τῷ πάθει, εἶτα ἡττηθέντες αὐτοῦ, τὴν ἀσθενῆ ἀκρασίαν εἰσὶν ἀκρατεῖς· οἱ δὲ μὴ προβουλευσάμενοι, ἀλλ' εὐθὺς προσβαλόντος [a] ἡττηθέντες, τὴν προπετῆ ἀκρασίαν εἰσὶν ἀκρατεῖς· ἔνιοι γὰρ προαισθόμενοι, καὶ προϊδόντες, καὶ προεγείραντες ἑαυτούς, καὶ τὸν λογισμόν, οὐχ ἡττῶνται ὑπὸ τοῦ πάθους, ὥσπερ τὰ προτριβέντα καὶ προγαργαλισθέντα μέλη οὐ γαργαλίζονται. Μάλιστα δὲ οἱ ὀξεῖς καὶ μελαγχολικοὶ τὴν προπετῆ ἀκρασίαν εἰσὶν ἀκρατεῖς· οἱ μὲν ὀξεῖς διὰ τὴν ταχυτῆτα [b] οὐκ ἀναμένουσι τὴν ἀπὸ τοῦ λόγου κρίσιν· οἱ δὲ μελαγχολικοί, διὰ τὸ σφόδρα φανταστικοὶ εἶναι καὶ ἀκολουθεῖν τῇ φαντασίᾳ· διὸ σφοδροτέρως κινοῦνται μὴ ἐπιστρεφόμενοι πρὸς τὸν λόγον.

Cap. XIII.

De incontinentiæ formis : majus item malum esse intemperantiam quam incontinentiam.

Incontinentiæ autem duæ sunt species, quarum altera temeritas, altera imbecillitas vocatur. Qui enim ante apud animum suum statuerant, non cedere affectui, et tamen postea eo superantur, iis causa incontinentiæ est imbecillitas : qui vero ne prius quidem ratione bene subducta primo statim animi impetu superantur, temeraria incontinentia laborant : nam nonnulli quum præsenserunt ac providerunt, seque ipsos et rationem diu ante expergefecerunt, non superantur affectu, sicut corporis membra, quæ quum ante fricuimus ac titillavimus, postea non amplius titillantur. Maxime autem qui in iram præcipites et melancholici sunt, temeraria incontinentia laborant : et in iram quidem præcipites, quia propter festinationem rationis judicium non exspectant, melancholici vero, quia ad imagines concipiendas perquam apti sunt et imaginationem sequuntur : ideoque vehementius etiam moventur, quoniam rationem non respiciunt.

* Ἀκρασίας δὲ τὸ μὲν προπέτεια, τὸ δὲ ἀσθένεια κτλ.

* Πᾶς δὲ ἀκρατὴς καὶ μεταμελητικός ἐστι, καθὼς εἴρηται· τῆς γὰρ ἐπιθυμίας σβεσθείσης, ὁ λόγος ὑγιαίνων συνορᾷ τὴν ἀτοπίαν τοῦ πάθους, ᾧ ἕπεται μετάνοια. Ὁ δὲ ἀκόλαστος ἀμεταμέλητος· ὁ γὰρ λόγος αὐτῷ οὐχ ὑγιαίνει· καὶ διὰ τοῦτο κατιδεῖν τὸ αἰσχρὸν οὐ δύναται. Καὶ διὰ τοῦτο ὁ μὲν ἀκρατὴς ἰατός ἐστιν, ὁ δὲ ἀκόλαστος ἀνίατος. Οὐ γάρ, ὥσπερ εἴπομεν ἐν οἷς πρότερον ἐζητοῦμεν περὶ αὐτῶν, οὕτω καὶ ἔχει· εἴρηται γὰρ ὥς τις ἔνδοξος λόγος γυμνάζει τὸ ζήτημα· τὸ δὲ ἀληθὲς τοῦτό ἐστιν. Ἔοικε γὰρ ἡ μὲν ἀκολασία ὑδέρῳ καὶ φθίσει, ἣ συνεχῶς τὸν νοσοῦντα λυπεῖ, ἡ δὲ ἀκρασία τοῖς ἐπιληπτικοῖς, ἃ διαλιμπάνοντα οὐ συνεχῶς ἐνοχλοῦσιν· ἡ μὲν γὰρ ἀκολασία συνεχὴς πονηρία ἐστίν· ἀεὶ γὰρ ἀκόλαστος οἴεται δεῖν ἀκολασταίνειν· ὁ δὲ ἀκρατὴς οὐκ ἀεί, ἀλλ' ὅταν [c] σφοδραῖς περιπέσῃ ἐπιθυμίαις. Καὶ ὅλως δὲ ἕτερον τὸ γένος ἀκολασίας καὶ ἀκρασίας· ἡ μὲν γὰρ ἀκολασία λανθάνει οὖσα αἰσχρά, ἡ δὲ ἀκρασία οὐ λανθάνει· οἶδε γὰρ ὁ ἀκρατὴς ὅτι αἰσχρὸν τῷ πάθει συγχωρῆσαι· ἡ μὲν οὖν ἀκολασία χείρων ἑκατέρου εἴδους τῆς ἀκρασίας.

Omnem autem hominem incontinentem, ut supra diximus, facinorum suorum facile pœnitet : nempe restincto cupiditatum ardore, sana ratio perspicit absurditatem affectus, quem sequitur pœnitentia. At intemperantem nullius rei pœnitet : nam quia ratio illi non est sana, idcirco turpitudinem etiam animadvertere nequit. Quocirca incontinens quidem sanabilis est, sed intemperans insanabilis. Neque enim, quemadmodum in superiore de iis quæstione diximus, ita se res habet : quippe id quod probabile erat exercitationis causa et disputandi gratia dictum est : sed ipsa res ita se habet. Similis enim intemperantia aquæ intercuti est et tabi, quæ assidue ægrum fatigat, incontinentia vero morbis comitialibus, qui aliquod tempus intermittunt, neque continenter molesti sunt : perpetua enim improbitas intemperantia est : quippe semper intemperanter vivendum esse putat intemperans : at incontinens non semper, sed quum vehementioribus tantum cupiditatibus inflammatur. Aliud denique intemperantiæ, aliud incontinentiæ genus est : nimirum latet intemperantiæ turpitudo, incontinentiæ non item : nam incontinens scit turpe esse, affectui suo cedere : quare intemperantia fœdior est utraque incontinentiæ specie.

** Αὐτῶν δὲ τῶν τῆς ἀκρασίας εἰδῶν ἡ ἀσθένεια χείρων τῆς προπετείας. Οἱ γὰρ τὴν ἀσθενῆ ἀκρασίαν ἀκρατεῖς ὑπ' ἐλάττονος πάθους ἡττῶνται, οἱ δὲ τὴν προπετῆ ἀκρασίαν, ὑπὸ μείζονος· οἷς γὰρ δυνατὸν καὶ βουλεύσασθαι, φανερὸν ὅτι οὐ σφοδρῶς πολεμεῖ τὸ πάθος· οἱ δὲ προπετεῖς, δι' ὧν οὐ δύνανται βουλεύσασθαι δῆλοί εἰσιν ὑπὸ μεγάλων ἐπιθυμιῶν βιαζόμενοι· καὶ ἄλλως δὲ αἰσχρότερον ἡττηθῆναι προβουλευσαμένους, ὥσπερ ὁπλισαμένους, ἢ ἀπροβουλεύτους· ὅμοιος γάρ ἐστιν ὁ κατὰ τὴν ἀσθενῆ ἀκρασίαν ἀκρατὴς τοῖς ταχέως μεθυσκομένοις, καὶ ὑπὸ ὀλίγου οἴνου καὶ ἐλάττονος ἢ ὡς οἱ πολλοί.

Quod vero ad ipsas incontinentiæ species attinet, fœdior temeritate est imbecillitas. Qui enim imbecilla incontinentia laborant, minore affectu, qui temeraria vero, majore superantur : eos nempe, quibus deliberare adhuc licet, manifestum est non ita vehementer perturbatione incitari : temerarii autem hoc ipso quod deliberare non possunt, se magnis animi motibus agi ostendunt : præterea turpius est, post deliberationem tanquam armatos superari, quam sine deliberatione vinci : qui enim imbecilla laborat incontinentia, iis qui facile et exigua vini copia, aut minore certe, quam plerique, inebriantur, similis est.

*** Ὅτι μὲν οὖν κακία ἐστὶν ἡ ἀκρασία, φανερόν, πλὴν οὐχ ἁπλῶς κακία, οἷα ἡ ἀκολασία, ἀλλά πῃ· [d] καθ' ὅσον [e] μὲν γὰρ προαιρεῖταί πως τὸ κακὸν ἐν τῷ πάθει ὤν, κακία ἐστί, καθ' ὅσον δὲ οὐ πάντῃ [f] οἴεται δεῖν διώκειν τὸ πάθος, οὐκ ἔστι κακία· καὶ ἔστιν ὁμοία τοῖς Μιλησίοις, οὓς Δημόδοκος ἔφη σκώπτων, Μιλήσιοι ἀσύνετοι μὲν οὐκ εἰσίν, δρῶσι δὲ οἷά περ [g] οἱ ἀσύνετοι· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ οἱ ἀκρατεῖς ἀκόλαστοι μὲν οὐκ εἰσί, δρῶσι δὲ τὰ τῶν ἀκολάστων.

Vitium ergo incontinentiam esse manifestum est, verum non simpliciter, qualis intemperantia habetur, sed quodammodo : quatenus enim quamdiu in perturbatione illa versatur, consulto malum facit, est vitium, quatenus vero non omnino sequendam esse putat illam perturbationem, non est vitium : quare similis est Milesiis, quos perstringit Demodocus ita scribens : Milesii non sunt illi quidem stulti, sed tamen eadem faciunt quæ stulti : eodem modo incontinentes non sunt illi quidem intemperantes, sed ea quæ intemperantes faciunt.

**** Ἐπεὶ δὲ ὁ μὲν ἀκρατὴς διώκει τὰς σωματικὰς ἡδονὰς παρὰ τὸν ὀρθὸν λόγον, οὐ πεπεισμένος ὅτι εἰσὶν ἀγαθαὶ καὶ δεῖν διώκειν, ὁ δὲ ἀκόλαστος πέπεισται ὡς δεῖ διώκειν, ὁ μὲν ἀκρατὴς εὐμετάπειστός ἐστιν, ὁ δὲ ἀκόλαστος οὔ. Τὴν γὰρ ἀρχὴν τῶν πράξεων, ἥτις ἐστὶ τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ τέλος οὗ ἕνεκα, ἡ μὲν ἀρετὴ σώζει, ἡ δὲ μοχθηρία φθείρει· καὶ γὰρ διὰ μὲν τῆς ἀρετῆς ἀφικνούμεθα εἰς τὸ ἀγαθόν, διὰ δὲ τῆς μοχθηρίας ἀποχωροῦμεν αὐτοῦ· τὸ δὲ τοιοῦτον τέλος οὐ διὰ

Quum ergo incontinens corporis voluptates præter rectam rationem sequatur, non quod persuaserit sibi bonas eas et sequendas esse, intemperans vero sequendas eas esse sibi persuaserit, incontinens facile de sententia deducitur, intemperans non item. Actionum quippe principium, ipsum nimirum bonum finemque cujus gratia suscipiuntur, conservat virtus, corrumpit improbitas : per virtutem scilicet ad bonum pervenimus, improbitate vero ab eo recedimus : finis autem ejusmodi non

* Cap. 8. Ἔστι δὲ ὁ μὲν ἀκόλαστος, ὥσπερ ἐλέχθη κτλ. — ** Αὐτῶν δὲ τούτων βελτίους κτλ. — *** Ὅτι μὲν οὖν κακία κτλ. — **** Ἐπεὶ δ' ὁ μὲν τοιοῦτός ἐστιν, κτλ.

λόγου καὶ ἀποδείξεως γινώσκεται, ὥσπερ οὐδὲ αἱ ἀρχαὶ τῶν μαθημάτων ἀποδείξει γινώσκονται· ἀλλὰ ἀρετή τίς ἐστι φυσική, ἢ ἐθιστή, τὸ ὀρθὴν δόξαν ἔχειν περὶ τοῦ τέλους. Ἢ γὰρ φύσει, ἢ ἀπὸ ἀγαθοῦ ἔθους ἡ τοιαύτη ἡμῖν περιγίνεται γνῶσις. Ὁ μὲν οὖν εἰδὼς τὸ ἀγαθόν, ὃ δεῖ ποιεῖσθαι τέλος τῶν πράξεων, καὶ πράττων ἃ πρὸς αὐτὸ φέρει, σώφρων· ὁ δὲ τὸ κακὸν ὑποτιθέμενος τέλος καὶ πρὸς ἐκεῖνο τάττων τὰς ἡδονὰς ἀκόλαστος.

* Ὃς δὲ ὑποτίθεται μὲν ἀγαθὸν τέλος, καὶ πρὸς τοῦτο τάττειν τὰς ἑαυτοῦ πράξεις οἴεται δεῖν, ἐξίσταται δὲ διὰ πάθος τοῦ ὀρθοῦ λόγου, οὐχ ὥστε νομίσαι δέον εἶναι διώκειν τὰς τοιαύτας ἡδονάς, ἀλλ' ὥστε μόνον περὶ τὰς πράξεις ἐξαμαρτάνειν, ὁ τοιοῦτος οὔτε σώφρων ἂν εἴη, οὔτε ἀκόλαστος· ἀλλὰ τοῦ μὲν σώφρονος χείρων διὰ τὰς πράξεις, τοῦ δὲ ἀκολάστου βελτίων, διὰ τὸν λόγον. Ὁ μὲν γὰρ πὴ φαῦλος, ὁ δὲ ἀκόλαστος ἁπλῶς. Τῷ δὲ ἀκρατεῖ ἄλλος ἐναντίος, ὁ ἐγκρατής, ὃς οὐκ ἐξίσταται τοῦ λογισμοῦ διὰ τὸ πάθος· ὅθεν φανερόν, ὅτι ἡ μὲν ἐγκράτεια σπουδαία ἕξις ἐστίν, ἡ δὲ ἀκρασία φαύλη.

(Scripsi : [a] προσβαλόντος] cod. προσβάλοντος. — [b] ταχυτῆτα] cf. Herodiani ἐπιτομὴ τῆς καθολικῆς προσῳδίας pag. 30, 2 ed. Schmidt; cod. ταχύτητα. — [c] ὅταν σφοδραῖς περιπέσῃ] cod. ὅτε σφόδραις περιπέσῃ. — [d] ἀλλά πῃ] cod. ἀλλά πῃ. — [e] καθ' ὅσον] cod. καθόσον. — [f] καθ' ὅσον δὲ οὐ πάντῃ] cod. καθόσον δὲ οὐ πάντῃ. — [g] οἷά περ] cod. οἷαπερ. — [h] πὴ] cod. πῇ. —)

ratione et demonstratione cognoscitur, sicut nec mathematicorum principia demonstratione cognoscuntur : sed virtus quædam aut naturalis aut ex consuetudine adscita est, de fine recte sentire. Namque aut natura aut bona consuetudine talis cognitio nobis contingit. Quamobrem qui bonum, quod tanquam finem actionum nobis proponere debemus, et noverit, et quæ eo tendunt, egerit, is temperans vocatur : qui vero pro fine sibi proponit malum, eoque voluptates suas refert, intemperans dicitur.

At qui bonum finem sibi proponit, eoque actiones suas referendas putat, et tamen nihilominus a recta ratione perturbatione quadam abstrahitur, non ut oportere aliquem consectari hujusmodi voluptates existimet, sed ut in ipsis tantum peccet actionibus, talis nec temperans dici nec intemperans poterit : verum et temperante deterior propter actiones, et intemperante melior propter rationem est. Alter enim aliquatenus, intemperans vero simpliciter est malus. Incontinenti autem alius opponitur, continens nimirum, qui nulla perturbatione a sana ratione abstrahitur : unde patet, et honestum habitum continentiam, et malum habitum esse incontinentiam.

Κεφ. ιδ'.

Τίς ὁ καθ' αὑτὸ ἐγκρατής, καὶ τίς ὁ κατὰ συμβεβηκός.

** Ζητητέον δὲ κἀκεῖνο, [a] ὅπερ ἠπορήθη πρότερον· πότερον ὁποιαοῦν προαιρέσει ἐμμένων οὗτος ἐγκρατής ἐστιν, ἢ ὁ τῇ ὀρθῇ, καὶ περὶ τοῦ ἀκρατοῦς ὁμοίως. Κατὰ συμβεβηκὸς μὲν οὖν ἐγκρατὴς λέγεται ὁ ἐμμένων ὁποιαοῦν προαιρέσει, καθ' αὑτὸ δὲ ἐγκρατής, ὁ ἐμμένων τῇ ὀρθῇ προαιρέσει καὶ τῷ ἀληθεῖ λόγῳ· καὶ ἀκρατὴς ὁμοίως κατὰ συμβεβηκός, ὁ μὴ ἐμμένων ὁποιαοῦν δόξῃ, καθ' αὑτὸ δὲ ὁ μὴ ἐμμένων τῇ ὀρθῇ. Καὶ γὰρ εἴ τις ζητεῖ καὶ αἱρεῖταί τι οὐχ αὐτὸ δι' ἑαυτό, ἀλλὰ δι' ἄλλο, αὐτὸ μὲν κατὰ συμβεβηκὸς ζητεῖ, οὗ δὲ ἕνεκα τοῦτο ζητεῖ, ἐκεῖνο ζητεῖ καθ' αὑτό· ὁ γὰρ διὰ δόξαν χρήματα ζητῶν κατὰ συμβεβηκὸς μὲν τὰ χρήματα ζητεῖ, καθ' αὑτὸ δὲ τὴν δόξαν. Τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ ἐπὶ τούτων συμβαίνει· ὁ μὲν γὰρ τῇ ἀγαθῇ δόξῃ ἐμμένων καὶ τῇ ὀρθῇ προαιρέσει αὐτὸ τὸ ἀγαθὸν αἱρεῖται, διότι ἀγαθόν· ὥστε καθ' αὑτὸ ἐγκρατής ἐστιν· ὁ δὲ ἐμμένων τῇ μὴ ὀρθῇ προαιρέσει καὶ τῇ ψευδεῖ δόξῃ, ἐμμένει διὰ τὸ νομίζειν ὅτι ἀγαθόν ἐστιν ὃ αἱρεῖται· νομίζει δὲ ὅτι ἐστὶν ἐν αὐτῷ τοῦ ἀγα-

Cap. XIV.

Quis sit continens per se et quis per accidens.

Sed et illud quærendum est de quo prius dubitavimus, utrum qui in quolibet proposito permanet, sit continens, an qui in recto tantum consilio perstat, et similiter de incontinente. Per accidens ergo continens is dicitur qui in quolibet proposito permanet, per se vero qui in recto tantum consilio et vera ratione perstat : eodemque modo incontinens per accidens, qui in quavis opinione non perseverat, per se vero qui in recta sententia non manet. Nam si quis consectatur et expetit aliquid non per se ipsum, sed alterius causa, hoc quidem per accidens, illud vero cujus gratia id petit, per se petit : qui enim gloriæ causa pecuniam quærit, per accidens quidem pecuniam, per se autem gloriam quærit. Idem porro in his quoque usu venit : nimirum qui in bona opinione et recto consilio perstat, ipsum quia bonum est, expetit bonum : quamobrem per se est continens : qui vero in consilio non recto et in falsa opinione perseverat, idcirco quia bonum arbitratur esse id quod expetit, perseverat : id autem arbitratur, quia obscurum

* Σώφρων μὲν οὖν ὁ τοιοῦτος, κτλ. — ** Cap. 9. πότερον οὖν ἐγκρατής ἐστιν κτλ.

θοῦ τι ἀμυδρὸν ἴχνος· δι' ὃ ἔχεται τῆς μὴ ὀρθῆς προαιρέσεως καὶ τῆς ψευδοῦς δόξης, ὡς ὀρθῆς καὶ ἀληθοῦς. Ἐπεὶ τοίνυν οὐ δι' ἑαυτὰ αἱρεῖται ἃ αἱρεῖται καὶ οἷς ἐμμένει, ἀλλὰ διὰ τὸ ἀγαθόν, οὐ καθ' αὑτὸ ἐγκρατής ἐστιν, ἀλλὰ κατὰ συμβεβηκός. Ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἀντικειμένων ἔχει· πώς [b] μὲν ἀκρατὴς ὁ μὴ ἐμμένων ὁποιαοῦν δόξῃ, ἁπλῶς δὲ ὁ μὴ ἐμμένων τῇ ὀρθῇ· τὸ γὰρ ἁπλῶς καὶ τὸ καθ' αὑτὸ ταὐτόν ἐστιν.

(Scripsi : [a] κἀκεῖνο] cod. κᾀκεῖνο. — [b] πώς] cod. πῶς. —)

aliquod boni vestigium in eo apparet: ideoque consilium non rectum et falsam opinionem tanquam rectam et veram amplectitur. Quoniam ergo non per se expetit quæ expetit et in quibus perstat, sed propter bonum illud, non per se, sed per accidens est continens. Similiter et in oppositis se res habet : quodammodo enim incontinens, qui in qualibet opinione non permanet, simpliciter vero qui in recta non perseverat : simpliciter enim et per se idem valet.

Κεφ. ιε'.

Ὅτι οἱ ἰσχυρογνώμονες καὶ ἰδιογνώμονες οὐκ εἰσὶν ἐγκρατεῖς.

* Οἱ δὲ καλούμενοι ἰσχυρογνώμονες ἐμμένουσι μὲν δόξῃ τινί, ἐνίοτε δὲ καὶ ἀληθεῖ καὶ ἀγαθῇ προαιρέσει, ἐγκρατεῖς δὲ οὐκ εἰσίν· ἀλλ' ὥσπερ οἱ ἄσωτοι ἐοίκασι τοῖς ἐλευθερίοις, καὶ οἱ θρασεῖς τοῖς ἀνδρείοις, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ οὗτοι τοῖς ἐγκρατέσι· καί εἰσιν [a] οἷον δύσπειστοί τινες, καὶ οὐκ εὐμετάπειστοι. Καθ' ὅσον μὲν οὖν ἐμμενετικοί εἰσιν, ἐοίκασι τοῖς ἐγκρατέσιν· ἀλλ' οἱ μὲν ἐγκρατεῖς μεταβάλλονται ὑπὸ λόγου τινὸς καὶ πειθοῦς, οἱ δὲ ἰσχυρογνώμονες ὑπὸ μὲν λόγου οὐ μεταβάλλονται, ὑπὸ δὲ ἐπιθυμίας καὶ ἡδονῶν πολλοὶ τούτων ἄγονται. Εἰσὶ δὲ ἰσχυρογνώμονες καὶ οἱ ἰδιογνώμονες, καὶ οἱ ἀμαθεῖς, καὶ οἱ ἄγροικοι· οἱ μὲν ἀμαθεῖς καὶ ἄγροικοι, διὰ τὸ μὴ εἰδέναι τὰς ἀρχὰς ὅθεν πεισθῆναι δυνατόν· οἱ δὲ ἰδιογνώμονες διὰ ἡδονὴν καὶ λύπην οὐ μεταπείθονται· ἥδονται γὰρ μὴ ἡττώμενοι τῶν πείθειν ἐπιχειρούντων, καὶ λυποῦνται ἐὰν ἄκυρα γένωνται τὰ αὐτῶν ὥσπερ ψηφίσματα· καὶ διὰ τοῦτο μᾶλλον ἐοίκασι [b] τοῖς ἀκρατέσιν οἱ ἰδιογνώμονες ἢ τοῖς ἐγκρατέσιν· οὐ γὰρ λόγῳ, ἀλλὰ πάθεσιν ἀκολουθοῦσιν, ὥσπερ ἐκεῖνοι.

** Εἰσὶ δέ τινες, οἳ ἐμμένουσι τοῖς δεδογμένοις ἀληθέσιν, ἢ οὐκ ἐμμένουσι τοῖς ψευδέσι δι' ἡδονήν, οἳ οὐκ εἰσὶ φαῦλοι, ὅτι διὰ ἡδονὴν ἐπαινετὴν ἐμμένουσιν ἢ οὐκ ἐμμένουσιν. Ὥσπερ ὁ Νεοπτόλεμος ἐποίησεν· οὐ γὰρ ἐνέμεινεν οἷς συνέθετο τῷ Ὀδυσσεῖ, καὶ οὐκ ἠπάτησε τὸν Φιλοκτήτην ψευσάμενος, δι' ἡδονὴν καλὴν καὶ οὐ φαύλην· οὐ γὰρ ὁ δι' ἡδονήν τι ποιῶν ἁπλῶς, ἀκόλαστος, ἢ φαῦλος ἢ ἀκρατής, ἀλλ' ὁ δι' αἰσχρὰν ἡδονήν, οὗτος ψέγεται.

Scripsi : [a] καί εἰσιν] cod καὶ εἰσὶν. — [b] ἐοίκασι] cod. ἐοίκασιν. —)

Cap. XV.

Eos quos pertinaces vocant et qui suam tantum sententiam tuentur, non esse continentes.

Quos vero pertinaces vocant, ii quidem in opinione aliqua perseverant, et nonnunquam in consilio vero bonoque perstant, sed continentes non sunt : verum quemadmodum prodigi liberalibus sunt similes, et audaces fortibus, eodem modo hi quoque continentibus : suntque sicut illi quibus difficulter aliquid persuadetur quique non facile de sententia deducuntur. Quatenus ergo in sententia manent, similes sunt continentibus : at continentes ratione et persuasione mutantur, nulla vero ratione pertinaces mutantur, multi autem eorum cupiditate et voluptatibus trahuntur. Sunt autem pertinaces et propriis quibusdam sententiis quasi addicti et consecrati, et indocti et agrestes : alii quidem indocti et agrestes, quia principia ad persuadendum accommodata ignorant : alii vero propriis quibusdam sententiis quasi addicti propter voluptatem ac dolorem sententiam non mutant : hoc ipso enim quod persuadere aliquid conantibus non succumbant, delectantur, contraque dolent, si ipsorum veluti decreta rescindantur : ideoque homines propriis sententiis addicti incontinentibus similiores sunt quam continentibus : non enim rationem, sed affectus sequuntur ut illi.

Sunt autem nonnulli, qui in veris sententiis suis manent, aut in falsis opinionibus non perseverant, idque delectationis causa, qui non sunt improbi, quia laudabilis delectationis causa aut perseverant aut non perseverant. Sicut Neoptolemus fecit : neque enim perstitit in iis quæ Ulixi pollicitus erat, neque Philocteten mendacio fefellit, idque non prava voluptate inductus, sed honesta : neque enim qui simpliciter propter voluptatem aliquid facit, intemperans improbusve est aut incontinens dicendus, sed qui propter turpem voluptatem, is demum vituperatur.

Κεφ. ις'.

Περὶ τῆς ἀκρατείας, πῶς ἔχει πρὸς τὴν σωφροσύνην· καὶ τίνα τρόπον ὁ ἀκρατὴς δοκεῖ φρόνιμος ἐνίοτε εἶναι.

*** Ἐπεὶ δὲ ἡ ἐγκράτεια ἕξις ἐστὶν ἐπαινετή, μεσότης

Cap. XVI.

De incontinentia, quomodo ad temperantiam se habeat : et quo pacto qui incontinens est prudens aliquando esse videatur.

Quum autem continentia habitus laude dignus sit,

* Εἰσὶ δέ τινες οἱ ἐμμενετικοὶ τῇ δόξῃ κτλ. — ** Εἰσὶ δέ τινες, οἳ τοῖς δόξασιν κτλ. — *** Ἐπεὶ δ' ἐστί τις καὶ τοιοῦτος, κτλ.

ἂν εἴη δύο κακιῶν, ὧν τῆς μὲν ἐλαττωθήσεται, τὴν δὲ ὑπερβαλεῖ· ἡ μὲν οὖν ἀκρασία ὑπερβάλλει τὴν ἐγκράτειαν, ἡ δὲ ἐλλείπουσα ἕξις ἀνώνυμος· ἔστι δὲ καθ' ἣν τινες ἥδονται ταῖς σωματικαῖς ἡδοναῖς ἔλαττον τοῦ δέοντος· οἳ καὶ αὐτοὶ τοῦ ὀρθοῦ λόγου διαμαρτάνουσιν. Ὁ μὲν γὰρ ἀκρατὴς οὐκ ἐμμένει τῷ ὀρθῷ λόγῳ, διὰ τὸ μᾶλλον, ἢ προσήκει, χαίρειν ταῖς ἡδοναῖς, ὁ δὲ ἐλλείπων παρὰ τὸν ὀρθὸν ποιεῖ λόγον, διὰ τὸ ἔλαττον, ἢ δεῖ, τὰ ἡδέα ζητεῖν· ὁ δὲ ἐγκρατὴς ἐμμένει τῷ ὀρθῷ λόγῳ, καὶ οὐκ ἐξίσταται αὐτοῦ, οὔτε διὰ μικρὰν ἡδονήν, οὔτε διὰ μεγάλην. Ἐπεὶ δὲ ἡ ἐγκράτεια τῶν ἐπαινετῶν καὶ σπουδαίων, ἀνάγκη τὰς παρ' ἑκάτερα ἕξεις φαύλας εἶναι, καὶ τῇ ἐγκρατείᾳ ἐναντίας· ἀλλ' ὅτι ἡ ἐλλείπουσα ἕξις ἀνώνυμος καὶ ἐλάχιστα συμβαίνει· σπάνιοι γὰρ οἱ ἧττον τοῦ δέοντος χαίροντες ταῖς σωματικαῖς ἡδοναῖς· διὰ τοῦτο μόνη ἡ ἀκρασία δοκεῖ ἐναντία εἶναι, ὅτι ἡ ἠλιθιότης ὀλιγάκις εὑρίσκεται.

* Σώφρων δὴ ὁ ἐγκρατὴς λέγεται, καὶ ὁ ἀκρατὴς ἀκόλαστος, καὶ τὸ ἀνάπαλιν καθ' ὁμοιότητα· πολλὰ γὰρ ὀνομάζομεν ἑνὶ ὀνόματι διά τινα ὁμοιότητα. Καὶ γὰρ περὶ τὰ αὐτά ἐστιν ὁ σώφρων καὶ ὁ ἐγκρατής, καὶ παρὰ τὸν λόγον οὐδὲν ποιοῦσιν ἀμφότεροι, εἰ καὶ τῷ σώφρονι μὲν αἱ ἐπιθυμίαι οὐ πολεμοῦσι, τῷ ἐγκρατεῖ δὲ πολεμοῦσι· καὶ ὁ μὲν σώφρων οὐδὲ ἥδεται παρὰ τὸν λόγον, ὁ δὲ ἐγκρατὴς ἥδεται μέν, οὐκ ἄγεται δὲ ὑπὸ τῶν ἡδονῶν· καὶ ὁ ἀκόλαστος δὲ καὶ ὁ ἀκρατὴς ὁμοίως ὅμοιοι [a] μέν εἰσι, καθ' ὅσον [b] τῶν αὐτῶν ἡδονῶν ἡττῶνται· διαφέρουσι δέ, ὅτι ὁ μὲν ἀκόλαστος οἴεται δεῖν διώκειν τὰς ἡδονάς, ὁ δὲ ἀκρατὴς οὔ.

** Κατὰ τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καί τινας ἀκρατεῖς φρονίμους ὀνομάζουσι καθ' ὁμοιότητά τινα πρὸς τὴν φρόνησιν· τινὲς γὰρ τῶν ἀκρατῶν δεινοί εἰσιν· ἡ δὲ δεινότης ἔοικε τῇ φρονήσει· καὶ γὰρ οἱ δεινοὶ κατὰ τὴν γνῶσιν τοῦ δέοντος ἐοίκασι τοῖς φρονίμοις· ἀλλ' οἱ μὲν γινώσκουσι μόνον τὸ δέον, οὐ προαιροῦνται δὲ πράττειν, οὐδὲ πράττουσιν· οἱ δὲ φρόνιμοι γινώσκοντες τὸ δέον καὶ πράττουσι· καὶ διὰ τοῦτο ὁ μὲν φρόνιμος σπουδαῖός ἐστιν· ἀκρατὴς δὲ κἂν [c] δεινὸς ᾖ, φαῦλός ἐστι καὶ ψέγεται.

*** Καὶ γὰρ εἰ καὶ γινώσκει τὸ δέον, ἀλλ' οὐχ ὥσπερ ὁ φρόνιμος ἐνεργείᾳ θεωρῶν καὶ χρώμενος τῇ ἐπιστήμῃ, ἀλλὰ καθάπερ εἴρηται, ὡς ὁ καθεύδων καὶ οἰνωμένος. Διὰ ταύτην δὴ τὴν ὁμοιότητα ὁ δεινὸς ἀκρατὴς φρόνιμος ὀνομάζεται, καὶ ἔοικε φρονίμῳ· ἐπεὶ καὶ ὁ ἁπλῶς ἀκρατὴς οὐ πονηρὸς καθάπαξ, ἀλλ' ἡμιπόνηρός τις· οὐδὲ ἄδικος· οὐ γὰρ ἐπίβουλος· ἐπεὶ γὰρ ἑκὼν ποιεῖ τὰ φαῦλα, καὶ εἰδὼς ὅτι φαῦλα, καὶ ὅτι εἰς φαῦλον φέρουσι τέλος, καὶ ὅτι δεῖ τὰ βελτίω ποιεῖν, κατά τι μὲν πονηρός, κατά τι δὲ οὐ πονηρός· ἡ μὲν γὰρ πρᾶξις πονηρά, ἡ δὲ κρίσις ἐπιεικής· ἡ δὲ

patet duorum vitiorum medium esse, quorum altero superabitur, alterum superabit : incontinentia ergo superat continentiam, qui vero inferior est habitus nomine vacat : is autem est, quo minus quam oportet corporis voluptatibus homines serviunt : qui et ipsi a recta ratione aberrant. Incontinens enim in recta ratione non permanet, quia magis quam decet voluptatibus delectatur, qui vero deficit, præter rectam rationem et ipse facit, quoniam minus quam oportet sequitur jucunda : continens autem in recta ratione persistit, neque ab ea aut propter parvam voluptatem aut propter magnam discedit.

Quum vero continentia et laudanda et honesta sit, necesse est eos qui utrinque sunt habitus, improbos esse et cum continentia pugnare : sed quia inferior habitus nomine vacat raroque usu venit : rari enim sunt qui minus quam oportet corporis voluptatibus serviunt : idcirco sola contraria videtur esse incontinentia, propterea quod raro reperitur stultitia.

Temperans autem etiam qui continens est, et intemperans qui est incontinens, item contra e similitudine dicitur : quippe multa ob similitudinem quandam eodem nomine appellantur. Etenim in iisdem et temperans versatur et continens, neque præter rationem quidquam ambo faciunt, quamvis temperanti quidem non adversentur, continenti vero adversentur cupiditates suæ : et præter rationem quidem non delectatur temperans, continens autem delectatur, sed non trahitur voluptatibus : eodemque modo, quatenus iisdem voluptatibus superantur, similes inter se sunt intemperans et incontinens : hoc tamen differunt, quod petendas esse voluptates putat intemperans, non putat incontinens.

Sed eadem ratione a prudentiæ quadam similitudine incontinentes aliquos prudentes denominant : quidam enim incontinentes sunt sollertes : sollertia autem similis est prudentiæ : nimirum sollertes cognitione ejus quod decet prudentibus similes sunt : at illi id quod decet noverunt tantum, sed id neque agere statuunt, neque agunt : contra prudentes id quod decet tum noverunt tum agunt : ideoque prudens vir bonus est : incontinens vero, etiamsi sit sollers, improbus tamen est et reprehenditur.

Etenim quamvis norit id quod decet, tamen non ut prudens contemplationem suam ad actionem convertit et scientia utitur, sed quemadmodum dictum est, dormientis et vino onerati instar habet. Ob hanc igitur similitudinem incontinens qui simul et sollers est, tum prudens dicitur, tum prudentis similitudinem speciemque gerit : siquidem et ille qui simpliciter incontinens est, non propterea omnino improbus habetur, sed dimidia tantum ex parte malus; neque est injustus : non enim insidiosus est : quando enim sponte mala facinora committit, sciens mala esse et ad malum finem tendere, minimeque ignorans illa quæ meliora sunt esse agenda, ex

* Ἐπεὶ δὲ καθ' ὁμοιότητα πολλὰ λέγεται, κτλ. — ** Cap. 10. Οὐδ' ἅμα φρόνιμον καὶ ἀκρατῆ κτλ. — *** Οὐδὲ δὴ ὡς ὁ εἰδὼς καὶ θεωρῶν, κτλ.

τοῦ πονηροῦ περὶ τὰς σωματικὰς ἡδονάς, ὅς ἐστιν ὁ ἀκόλαστος, καὶ ἡ πρᾶξις πονηρά, καὶ ἡ κρίσις· ὁ δὲ περὶ τὸ ἕτερον μόνον ἁμαρτάνει· ὁ γὰρ ἀκρατὴς ἢ τὴν ἀσθενῆ ἀκρασίαν ἐστὶν ἀκρατής, ἢ τὴν προπετῆ· ἀμφότεροι δὲ κατὰ τὴν πρᾶξιν μόνον εἰσὶ πονηροί. Ὁ μὲν γὰρ προπετὴς οὐδὲ βουλεύεται· ὁ δὲ ἀσθενὴς βουλεύεται, ὡς οὐ δεῖ ταῖς αἰσχραῖς ἐπιθυμίαις ἀκολουθεῖν· ὁ δὲ ἀκόλαστος κατ' ἄμφω διέφθαρται. Διὰ τοῦτο ὁ μὲν ἀκρατὴς ἔοικε πόλει, ἢ ψηφίζεται μὲν ἅπαντα τὰ δέοντα, καὶ νόμους ἔχει σπουδαίους, καὶ ὑγιαίνει τοῦτο τὸ μέρος, χρῆται δὲ οὐδενί, ὥσπερ Ἀναξανδρίδης ἔσκωψεν·

Ἡ πόλις ἐβούλεθ' ᾗ νόμων οὐδὲν μέλει·

ὁ δὲ ἀκόλαστος ἔοικε πόλει χρωμένῃ μὲν νόμοις, πονηροῖς δὲ χρωμένῃ. Πᾶσα δὲ ἐγκράτεια καὶ ἀκρασία ἐστὶ περὶ τὰς ὑπερβολὰς τῆς ἕξεως τῶν πολλῶν· ὁ μὲν γὰρ ἐγκρατὴς νικᾷ ὧν οἱ πολλοὶ ἡττῶνται, ὁ δὲ ἀκρατὴς ἡττᾶται ὧν οἱ πολλοὶ κρατοῦσιν.

*Ἔστι δὲ ἡ προπετὴς ἀκρασία, ἣν οἱ μελαγχολικοὶ ἀκρατεύονται, δυσχερεστέρα ἰαθῆναι τῆς ἀσθενοῦς, καθ' ἣν βουλεύονται οἱ ἀκρατεῖς καὶ οὐκ ἐμμένουσιν. Ὁμοίως δὲ καὶ οἱ φυσικῶς ἀκρατευόμενοι δυσιατότεροι [d] τῶν δι' ἔθος ἀκρατῶν· ῥᾷον γὰρ μετακινῆσαι ἔθος ἢ φύσιν· διὰ τοῦτο γὰρ καὶ τὸ ἔθος χαλεπόν, ὅτι ἔοικε φύσει· ὥσπερ Εὔηνος λέγει·

Φημὶ πολυχρόνιον μελέτην ἔμεναι, φίλε, καὶ δὴ
Ταύτην ἀνθρώποισι τελευτῶσαν φύσιν εἶναι.

Τί μὲν οὖν ἐστιν ἐγκράτεια, καὶ τί καρτερία, καὶ ἀκρασία, καὶ μαλακία, καὶ πῶς ἔχουσιν αἱ ἕξεις αὗται πρὸς ἀλλήλας, εἴρηται.

(Scripsi [a] ὅμοιοι] cod. ὅμοιον. — [b] καθ' ὅσον] membranæ καθόσον. [c] χἂν] cod. χᾷν. — [d] δυσιατότεροι] cod. δυσιατώτεροι. —)

parte improbus est, ex parte non improbus: facinus quippe malum, judicium vero est rectum: ejus vero qui in corporis voluptatibus improbus est, intemperantis nimirum, et actio inhonesta est et judicium injustum: at in altero tantum genere peccat alter: incontinens nempe aut imbecilla incontinentia est incontinens, aut temeraria: ambo autem in actione duntaxat peccant. Temerarius videlicet ne deliberat quidem: imbecillus vero ita deliberat, ut putet turpibus cupiditatibus non esse suffragendum: utrobique vero corruptus est intemperans. Quamobrem incontinens similis est civitati, quæ omnia quidem quæ fieri debent decernat, legesque bonas habeat, sed nulla earum utatur, quemadmodum Anaxandrides salse dixit:

Volebat, a qua spernitur lex, civitas.

Contra intemperans civitati utenti quidem legibus, sed malis, similis est. Versatur autem continentia et incontinentia in eo quod multitudinis habitum excedit: nam continens superat ea quibus multitudo succumbit, incontinens vero superatur iis, quæ vulgus superat.

Jam vero temeraria incontinentia, qua melancholici laborant, difficilior ad sanandum est, quam imbecilla, qua deliberant etiam incontinentes, sed non acquiescunt. Similiter et qui natura sunt incontinentes difficilius sanantur quam qui consuetudine incontinenter vivunt: quippe facilius consuetudo mutatur, quam natura: propterea enim et consuetudinem mutare difficile est, quia ad naturæ similitudinem accedit, ut ait Evenus:

Multos, quod partum est meditando, permanet annos
atque in naturam tandem convertitur usus.

Quid igitur sit continentia, quid tolerantia, item incontinentia et mollities, et quam inter se hi habitus rationem habeant, hactenus a nobis expositum est.

Κεφ. ιζ'.

** Περὶ ἡδονῆς.

Cap. XVII.

De voluptate.

Περὶ δὲ ἡδονῆς καὶ λύπης ἤδη σκοπῶμεν· ἔστι γὰρ οἰκεῖον καὶ προσῆκον τῷ περὶ τῆς πολιτικῆς φιλοσοφοῦντι. Οὗτος γάρ ἐστι τοῦ τέλους ἀρχιτέκτων, καθὼς ἐν τοῖς προειρημένοις ἐφάνη· τὸ δὲ τέλος ἐστὶ τὸ ἀγαθόν, καὶ τὸ ἄριστον, ᾧ καθάπερ κανόνι διακρίνομεν τῶν πρακτῶν τὰ ἀγαθὰ τῶν φαύλων, ἃ μὲν γὰρ πρὸς ἐκεῖνο φέρει τὸ τέλος, ἀγαθὰ νομίζομεν, ἃ δὲ τοῦ τέλους ἀπάγει, φαῦλα. Ἐπεὶ τοίνυν ἡ ἡδονὴ τοῖς μὲν ἀγαθὸν δοκεῖ, τοῖς δὲ φαῦλον, ἐνίοις δὲ καὶ αὐτὸ τὸ τέλος τὸ ἄριστον, ἀκόλουθόν ἐστι τῷ πολιτικῷ ζητῆσαι περὶ αὐτῆς. Ἔτι δὲ καὶ ἀναγκαῖόν ἐστιν ἐν τῇ περὶ ἀρετῶν καὶ κακιῶν πραγματείᾳ· καὶ γὰρ ἡ ἀρετὴ καὶ ἡ κακία περὶ τὰς ἡδονάς ἐστι καὶ τὰς λύπας, ὡς εἴρηται πρό-

Jam autem de voluptate et dolore videamus: quæ quidem quæstio apta et accommodata est homini de civili prudentia disputanti. Hic enim finis bonorum magister ac velut architectus est, quemadmodum e superioribus patet: finis autem est id quod bonum habetur et optimum, quo tanquam canone bona sub actionem cadentia a malis distinguimus; quæ enim ad finem illum adducunt, bona existimamus, quæ vero ab eo abducunt, mala. Quum igitur voluptas aliis bonum, aliis malum, quibusdam etiam finis ipse videatur optimus, consentaneum est virum civitatis regendæ peritum de voluptate agere. Præterea hoc necessarium est in quæstione de virtutibus et vitiis instituta: etenim virtus et

* Εὐιατοτέρα δὲ τῶν ἀκρασιῶν, κτλ. — ** Cap. 11. περὶ δὲ ἡδονῆς κτλ.

τερον· καὶ δέον τὸν περὶ ἀρετῶν σκοπούμενον καὶ περὶ ἡδονῆς εἰπεῖν· καὶ ὅτι τὴν εὐδαιμονίαν μεθ' ἡδονῆς τινες εἶναί φασι· f διὸ καὶ τὸν μακάριον ὀνομάζουσιν ἀπὸ τοῦ χαίρειν. Ῥητέον δὲ πρότερον ἃ τοῖς ἄλλοις περὶ τούτου δοκεῖ.

* Τοῖς μὲν οὖν οὐδαμῶς δοκεῖ ἀγαθὸν εἶναι ἡ ἡδονὴ οὔτε καθ' αὑτὸ οὔτε κατὰ συμβεβηκός· οὐ γὰρ νομίζουσι δύνασθαι τὸ αὐτὸ καὶ ἀγαθὸν εἶναι καὶ ἡδονήν. Τοῖς δὲ φαῦλαι μὲν αἱ πλείους δοκοῦσι τῶν ἡδονῶν, ἔνιαι δὲ ἀγαθαί· Ἄλλοις δὲ ἐδόκει, εἰ καὶ πᾶσα ἡδονὴ ἀγαθόν, ἀλλ' οὐδαμῶς ἐνδέχεσθαι τὸ τέλος ἡδονὴν εἶναι. Τὰ μὲν οὖν δοκοῦντα περὶ τῆς ἡδονῆς ταῦτά ἐστι.

(Scripsi : εἶναί φασι] cod. εἶναι φασί. —)

vitium in voluptatibus ac doloribus, ut supra dictum est, versantur : quamobrem decet hominem de virtutibus commentantem etiam de voluptate loqui : adde quod vitam beatam quidam cum voluptate copulatam esse ajunt : quapropter et beatum a gaudendo nominant. Sed prius dicendum, quæ aliis de hac re videantur.

Aliis ergo nequaquam nec per se nec per accidens bonum videtur esse voluptas : neque enim idem et bonum et voluptatem esse posse arbitrantur. Aliis rursus inhonestæ pleræque voluptates, quædam et bonæ videntur. Alii denique statuebant, etiamsi omnis voluptas bonum esset, minime tamen voluptatem finem esse posse. Atque hæ quidem aliorum de voluptate sunt opiniones.

Κεφ. ιη'.

Ὅτι οὐδεμία ἡδονὴ ἀγαθόν.

** Ῥητέον δὲ δι' ἃ ἕκαστον ἐδόκει. Οἱ μὲν οὖν λέγοντες μηδεμίαν ἡδονὴν ἀγαθὸν εἶναι οὕτως ἐπεχείρουν· πᾶσα ἡδονὴ γένεσίς ἐστιν εἰς φύσιν αἰσθητή· ἡ γὰρ εἰς τὴν φύσιν γένεσις τῶν φυτῶν οὐκ οὖσα αἰσθητή, ἡδονὴ οὐκ ἔστιν· εἰ τοίνυν ἡ ἡδονὴ γένεσις, ἡ δὲ γένεσις ἀτελές, τὸ δὲ ἀτελὲς οὐκ ἔστιν ἀγαθόν, ἡ ἡδονὴ ἄρα οὐκ ἔστιν ἀγαθόν· ἀγαθὸν γὰρ τὸ ἤδη γεγονός, οὐ τὸ γίνεσθαι· οὐ γάρ ἐστιν * ἡ γένεσις ὁμογενὴς τοῖς τέλεσιν, εἰς ἃ τελευτᾷ· οὐ γὰρ ἡ οἰκοδομία ὁμογενὴς τῷ οἴκῳ. Ἔτι ὁ σώφρων φεύγει τὰ φευκτά· σπουδαῖος γάρ· φεύγει δὲ τὰς ἡδονάς· ἡ ἡδονὴ ἄρα οὐκ ἔστιν ἀγαθόν. Ἔτι ὁ φρόνιμος τὸ ἀγαθὸν διώκει· τὴν ἡδονὴν δὲ οὐ διώκει· τὸ γὰρ ἄλυπον διώκει, οὐ τὸ ἡδύ· οὐκ ἄρα ἡ ἡδονὴ ἀγαθόν. Ἔτι ἐμπόδιον ἡ ἡδονὴ τῇ φρονήσει, καὶ τοσούτῳ μᾶλλον, ὅσῳ μείζων ἡ ἡδονή· οὐδεὶς γὰρ δύναται ἐν ταῖς μεγίσταις ἡδοναῖς ὤν νοῆσαί τι. Ἔτι πᾶν ἀγαθὸν τέχνης ἔργον· οὐδεμιᾶς δὲ τέχνης ἔργον ἡ ἡδονή· οὐκ ἄρα ἀγαθόν. Ἔτι τὰ θηρία διώκει τὰς ἡδονάς, καὶ τὰ παιδία ἀλόγως φερόμενα· ὃ δὲ ζητεῖ τὰ ἀλόγως κινούμενα, οὐκ ἔστιν ἀγαθόν· οὐκ ἄρα ἡ ἡδονὴ ἀγαθόν.

*** Ὅτι δὲ οὐ πᾶσα ἡδονὴ ἀγαθὸν ἐδόκει, διὰ τὸ ἔνια τῶν ἡδέων βλαβερὰ εἶναι καὶ νοσώδη, καὶ ἡδονάς τινας αἰσχρὰς καὶ ἐπονειδίστους.

*** Ὅτι δὲ οὐκ ἔστι τὸ τέλος ἡ ἡδονή, διότι γένεσίς ἐστι καὶ κίνησίς τις, τὸ δὲ τέλος ὅρος, εἰς ὃν ἡ κίνησις· τὰ μὲν οὖν λεγόμενα σχεδὸν περὶ ἡδονῆς ταῦτά ἐστι. Τούτων δὲ τὸ μὲν τῶν ἡδονῶν τὰς μὲν ἀγαθάς, τὰς δὲ φαύλας εἶναι ἀληθές· τὰ δὲ λοιπὰ ψεῦδος· καὶ πειρατέον ἐλέγχειν· καὶ πρῶτον περὶ τοῦ πρώτου λέγωμεν.

(Scripsi * : γάρ ἐστιν] vulgo γὰρ ἔστιν. —)

Cap. XVIII.

Nullam voluptatem bonum esse.

Jam vero causæ propter quas singuli hoc aut illud statuerint, explicandæ sunt. Qui ergo nullam omnino voluptatem bonum esse putabant, ita argumentabantur : omnis voluptas ad naturam ortus est qui sensu percipi possit : plantarum nempe ad naturam ortus, si non sit sensibilis, non est voluptas : si ergo voluptas est ortus, ortus autem est imperfectus, illud vero quod imperfectum habetur non est bonum, voluptas quoque non est bonum : nimirum quod jam factum est, non ipsum fieri bonum vocamus : neque enim cognatus finibus, in quos desinit, est ortus : sicut nec ejusdem generis cum ædificio est ædificatio. Insuper quæ fugienda sunt fugit vir temperans : est enim honestus : fugit autem voluptates : voluptas ergo non est bonum. Quin etiam vir prudens sequitur id quod bonum est : voluptatem autem non sequitur : nam doloris vacuitatem potius, quam voluptatem sequi solet : voluptas igitur non est bonum. Præterea prudentiæ obstat voluptas, eoque magis, quo major est voluptas : nemo videlicet qui maximis voluptatibus servit, quidquam animo agitare potest. Insuper quidquid est bonum, artis opus est : nullius autem artis opus est voluptas : voluptas igitur non est bonum. Quin etiam bestiæ et pueri, qui sine ratione feruntur, voluptates consectari solent : quod vero ea quæ sine ratione feruntur expetunt, non est bonum : voluptas ergo non est bonum.

Jam vero non omnem voluptatem bonum esse idcirco censebant, quia nonnulla quæ jucunda sunt tum damnum afferrent, tum morbos gignerent et quia voluptates quædam tam turpes quam probrosæ essent.

Sed nec finem esse voluptatem, quia generatio est et motus, finis vero terminus est, ad quem tendit motus. Et hæc quidem fere sunt, quæ de voluptate dicuntur. Verum quas commemoravimus voluptates alias bonas, alias malas esse, vera opinio est : reliquæ vero et falsæ sunt et pro viribus confutandæ : ac primum quidem de primo genere agamus.

* Τοῖς μὲν οὖν δοκεῖ οὐδεμία ἡδονὴ κτλ. — ** Ὅλως μὲν οὖν οὐκ ἀγαθόν, κτλ. — *** Τοῦ δὲ μὴ πάσας σπουδαίας, κτλ. — **** Ὅτι δ' οὐκ ἄριστον ἡ ἡδονή, κτλ.

Κεφ. ιθ'.

Λύσις τῶν λόγων, περὶ ὧν ἡ ἡδονὴ δοκεῖ μὴ ἀγαθὸν εἶναι.

*Ὅτι γὰρ οὐκ ἀνάγκη διὰ τοὺς εἰρημένους λόγους μὴ εἶναι τὴν ἡδονὴν ἀγαθόν, μηδὲ τὸ ἄριστον, ἐκ τῶνδε δῆλον. Ἐπεὶ γὰρ τὸ ἀγαθὸν διχῶς λέγεται, τὸ μὲν ἁπλῶς καὶ καθ' αὑτὸ καὶ κυρίως, ὡς ἡ ἀρετή, τὸ δὲ οὐχ ἁπλῶς μὲν ἀγαθόν, τινὶ δὲ ἀγαθόν, ὡς τὸ λωποδυτεῖν τῷ λωποδύτῃ ἀγαθόν, ἀκόλουθόν ἐστιν ὅτι καὶ φύσις πᾶσα, καὶ ἕξις, καὶ πᾶσα κίνησις, καὶ γένεσις, ἡ μὲν ἔσται ἁπλῶς ἀγαθή, ἡ δέ τινι. Ὁμοίως καὶ ἐπὶ τοῦ κακοῦ. Κινήσεις γάρ, καὶ γενέσεις, καὶ ἕξεις αἱ μὲν φαῦλαι ἁπλῶς, αἱ δέ τινι, καὶ τῶν φαύλων τινί· καὶ αἱ μὲν καὶ ἀεὶ φαῦλαί τινι, αἱ δὲ κατά τινα τρόπον, καὶ ὀλίγον χρόνον· ἁπλῶς μὲν φαῦλαι πᾶσα κακία· τινὶ δὲ φαῦλον ἡ σωφροσύνη τῷ ἀκολάστῳ, καὶ ἀεί, καὶ πάντα τρόπον· τινὶ δὲ φαῦλον, καὶ οὐκ ἀεί, τὸ ἀκολασταίνειν τῷ ἀκρατεῖ. Τῆς γὰρ ἐπιθυμίας σβεσθείσης φαῦλον δοκεῖ, καθάπερ σὺν τῷ πάθει οὐκέτι. [a] Ἐπεὶ τοίνυν πᾶσα κίνησις καὶ γένεσις οὕτω διαιρεῖται, καὶ ἡ μὲν ἁπλῶς φαύλη ἡ δέ τινι, κίνησις δὲ καὶ ἡδονή, φανερὸν ὅτι οὐ πᾶσα ἡδονὴ φαῦλον· ἔστι γὰρ ἥδεσθαι ἐφ' οἷς δεῖ, ὅταν τις ἥδηται [b] ἐπ' ἀρετῇ ἢ σοφίᾳ, καὶ ἔστιν ἥδεσθαι ἐπὶ φαύλοις, καὶ ὅλως καθὼς καθόλου διωρισάμεθα. Ἔτι τοῦ ἀγαθοῦ τὸ μέν ἐστιν ἕξις, ὥσπερ ὁ ἔχων δικαιοσύνης ἕξιν· τὸ δὲ ἐνέργεια, ὥσπερ ὁ ποιῶν· ἡ δὲ ἐνέργεια τὴν ἐλλείπουσαν ἕξιν ἀναπληροῖ τῆς ἐνεργείας, σώζεται δὲ καὶ ἡ φυσικὴ ἕξις· ὥσπερ ἡ ὑγίεια ἔγκειται μέν, σώζεται δὲ διὰ τῶν ὑγιεινῶν σιτίων. Αὕτη δὴ ἡ ἐνέργεια ἡ σώζουσα τὴν ἕξιν, ὁποτέραν ἄν τις εἴποι, ἡδεῖα μέν, οὐ καθ' αὑτὸ δέ, ἀλλὰ κατὰ συμβεβηκός. Οὐ γὰρ αὐτὸ τὸ ἀναπληροῦν τὸ ἐνδέον τῆς ἕξεως αὕτη ἐστὶν ἡ ἡδονή, ἀλλὰ τούτῳ ἕπεται ἡδονή· εἰ γὰρ τοῦτο ἦν ἡδονή, ἀναπλήρωσις τῆς φυσικῆς ἕξεως ἢ τῆς ἐθιστῆς, καὶ πᾶσα ἂν ἡδονή· νῦν δὲ οὐχ οὕτως ἔχει· οὐκ ἄρα τοῦτό ἐστιν ἡδονή, γένεσις εἰς φύσιν αἰσθητή· τοῦτο γάρ ἐστιν ἡ ἀναπλήρωσις τοῦ φυσικῶς ἐνδέοντος· καὶ οὕτω λύεται τὸ ἐπιχείρημα τῶν συναγόντων μηδεμίαν ἡδονὴν ἀγαθὸν εἶναι. Ὅτι δὲ οὐ πᾶσα ἡδονὴ ἀναπλήρωσίς ἐστι, δῆλον ἀπὸ τοῦ καὶ ἄνευ λύπης καὶ ἐπιθυμίας ἡδονὰς εἶναι, τὴν δὲ τοιαύτην ἀναπλήρωσιν ἄνευ τούτων οὐκ εἶναι δύνασθαι· αἱ γὰρ ἐν τῇ θεωρίᾳ τῶν ἐπιστημῶν ἡδοναὶ ἄνευ ἐνδείας εἰσὶ καὶ λύπης. Ἐπειδὰν γὰρ ἡ μήπω παροῦσα ἐπιστήμη ἐγγένηται τῇ ψυχῇ, ἡδονὴν μὲν ἐποίησε τῷ παρεῖναι, λύπην δὲ οὐδεμίαν ἀποῦσα δίδωσι, ἐπεὶ οὐδὲ ἔνδειά ἐστιν ἡ ἀπουσία τῆς ἐπιστήμης· οὐ γὰρ ἦν ὅτε παρῆν ἡ ἐπιστήμη· νῦν δὲ ἀπώλετο· καὶ σωματικαὶ δὲ ἡδοναί εἰσιν οὕτως ἔχουσαι ἄνευ ἐνδείας καὶ λύπης. Καὶ γὰρ οὐ μόνον ἐνδεεῖς ὄντες τροφῆς ἡδόμεθα τρεφόμενοι, ἀλλὰ καὶ μετὰ τὸ πληρῶσαι τὸ ἐλλεῖπον, ἔστιν οἷς ἡδόμεθα· οὐ γὰρ τοῖς αὐτοῖς χαί-

Cap. XIX.

Dissolutio argumentorum, quibus voluptatem bonum non esse probant.

Non sequi ergo ex iis quæ diximus, voluptatem aut bonum non esse aut non esse optimum, ex his patet. Quum enim bonum dupliciter dicatur, alterum simpliciter, per se et proprie, ut virtus, alterum non simpliciter, sed alicui bonum, ut grassari grassatori bonum est, inde efficitur etiam, omnem naturam et habitum, omnem item motum et ortum partim absolute, partim alicui bonum esse. Similiter et in malo se res habet. Motus enim, ortus et habitus quidam absolute mali sunt, nonnulli alicui tantum, idque cuidam malo: rursus alii semper alicui mali sunt, alii quodammodo et parumper: et absolute quidem mali habitus sunt omnia vitia: cuidam vero mala res, ut temperantia intemperanti et semper et omni modo: cuidam denique malum, sed non semper, ut incontinenti luxuriose vivere. Namque expleta cupiditate malum videtur, animi ardore quasi abrepto non item. Quum ergo omnis tum motio ita dividatur, tum generatio, sitque alia absolute mala, alia cuidam tantum, motio autem voluptas quoque sit, apparet non omnem voluptatem esse malum: potest quippe delectari aliquis rebus, quibus delectari decet, quum quis virtute vel sapientia delectatur, sicut contra fieri potest, ut rebus malis aliquis delectetur, et omnino quemadmodum universe distinximus. Præterea bonum aliud est habitus, ut qui justitiæ habitum habet: aliud est actus, ut qui facit: porro actus deficientem habitum actu suo supplet, sed et naturalis habitus conservatur: sicut sanitas inest quidem, sed tamen salubribus cibis conservatur. Actus ergo qui conservat habitum, utrocunque dicitur modo, est jucundus, non per se tamen, sed per accidens. Neque enim in supplendo ipso habitus defectu posita est voluptas, sed eam rem sequitur voluptas: nimirum si voluptas in eo versaretur, ut defectus habitus vel naturalis vel assuetudine comparati suppleretur, omnis etiam voluptas idem efficeret: nunc vero non ita se res habet: non ergo ad naturam ortus qui sensu percipi possit, voluptas est: hoc enim defectus naturalis supplementum est: atque ita eorum argumentum confutatur, qui nullam voluptatem bonum esse colligunt. Jam vero non omnem voluptatem esse expletionem, ex eo apparet, quod etiam sine dolore et cupiditate nonnullæ sint voluptates, talis autem expletio sine his esse non possit: nam quæ e doctrinarum contemplatione capiuntur, sine defectu et dolore sunt voluptates. Nempe quum nondum adest, sed adhuc animo innascitur scientia, voluptatem quidem affert sua præsentia, sed nullum tamen dolorem absentia sua nobis facit, quoniam scientiæ absentia ne defectus quidem habetur: nec enim erat quum adesset scientia: nunc vero periit: sed et corporis voluptates quædam sine defectu ac dolore tales sunt. Etenim non solum quum egemus cibo, alimento delectamur, sed etiam postquam supplevimus defectum, nonnullis cibis delectamur: nec enim iisdem quum egemus de-

* Cap. 12 Ὅτι δ' οὐ συμβαίνει διὰ ταῦτα κτλ.

ρομεν ἐνδεεῖς ὄντες καὶ πεπληρωμένοι· ἀλλὰ πληρωθέντες μὲν ἡδόμεθα τοῖς κυρίως ἡδέσι, καὶ πᾶσιν ἡδονὴν φέρει· πρὶν δὲ πληρωθῆναι, τοῖς τυχοῦσι καὶ τοῖς ἐναντίοις πολλάκις χαίρομεν· ὅθεν φαίνεται, καὶ ὅτι τῶν ἡδονῶν αἳ μέν εἰσιν ἁπλῶς, αἳ δέ τισιν· ὡς γὰρ ἔχουσι τὰ ἡδέα, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ αἱ ἡδοναὶ αἱ ἀπὸ τούτων. Ὅτι μὲν οὖν οὐ πᾶσα ἡδονὴ ἀναπλήρωσίς ἐστι φυσική, δέδεικται. Καὶ μὴν οὐδὲ πᾶσα ἀναπλήρωσις ἡδονή· τῆς γὰρ ὑγιείας πλήρωσις, ἥτις φυσική ἐστιν ἕξις διὰ τῆς διαίτης γινομένη, οὐκ ἔστιν ἡδεῖα, οὐκ ἄρα ὀρθῶς ἔχει λέγειν τὴν ἡδονήν, ὅτι ἐστι γένεσις εἰς φύσιν αἰσθητή. Καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἀνάγκη ἀπὸ τούτων τῶν λόγων μὴ εἶναι τὴν ἡδονὴν ἀγαθόν.

(Scripsi : [a] οὐκέτι] cod. οὐκ ἔτι. — [b] ὅταν τις ἥδηται] cod. ὅτάν τις ἥδεται. —)

lectamur et quum expleti sumus; verum postquam expleti sumus, iis qui proprie jucundi sunt delectamur, et illi omnibus voluptatem afferunt : antequam vero expleti sumus, quibuslibet et sæpe contrariis delectamur : unde apparet, alias absolute dici, alias quibusdam esse voluptates : sicut enim ea quæ jucunda sunt, ita et quæ ex iis oriuntur voluptates se habent. Non omnem igitur voluptatem naturalem esse expletionem, demonstravimus. Atqui neque omnis expletio est voluptas : nimirum sanitatis, qui naturalis est habitus et certa quadam vivendi ratione contingit, jucunda non est expletio, quare non decet dicere, voluptatem esse ad naturam ortum qui sensu percipi possit. Quamobrem non necessario his argumentis voluptatem non esse bonum docent.

Κεφ. κ'.

Λύσις τοῦ λόγου ὅθεν ἡ ἡδονὴ δοκεῖ μὴ τὸ ἄριστον εἶναι.

* Καὶ οἱ λέγοντες δὲ τὴν ἡδονὴν μὴ εἶναι αὐτὸ τὸ τέλος τὸ ἄριστον, οὐκ ἀναγκαίως συλλογίζονται· εἰ γὰρ οὐ δύναται ἡ ἡδονὴ τέλος εἶναι, ἀνάγκη ἀεὶ ἕτερόν τι βέλτιον αὐτῆς εἶναι, τὸ τέλος δῆλον ὅτι· [a] τὸ γὰρ τέλος παντός ἐστι βέλτιον· αὐτὸ γάρ ἐστι τὸ ἄριστον καὶ τὸ βέλτιστον. Οὐκ ἀνάγκη δέ· οὐ γάρ ἐστι γένεσις ἡ ἡδονή, ἵνα ἐξ ἀνάγκης βέλτιον αὐτῆς ᾖ τὸ τέλος τῆς γενέσεως, οὐδὲ ἀεὶ ἐν τῇ [b] γενέσει θεωρεῖται, ἀλλὰ ἐνέργειά ἐστι καὶ τέλος· θεωρεῖται δὲ οὐκ ἐν τῇ συστάσει τῶν ἕξεων· οἷον, φέρε εἰπεῖν, ὅταν τὰ δίκαιά τις ποιῇ, καὶ τὴν ἕξιν τῆς δικαιοσύνης ἐν τῇ ψυχῇ συντιθῇ, οὔπω δίκαιος ὤν· ἀλλ' ἐν τῇ χρήσει τῆς ἕξεως, ὅταν τις δίκαιος γενόμενος ἔπειτα χρῆται τῇ ἕξει τῆς δικαιοσύνης. Διὰ τοῦτο οὐδὲ πάσης ἡδονῆς ἐστι τέλος, ἀλλ' ἔνιαι αὐταί εἰσι τέλος. Καὶ γὰρ τῶν ἐνεργειῶν ὅσαι μὲν εἰς τελείωσιν ἄγουσι φύσεως, οὐκ αὐταί εἰσι τέλος, ὥσπερ ἡ καθ' ἕξιν ἰατρικὴν ἐνέργεια τέλος ἔχει τὴν ὑγίειαν· ὅσαι δὲ οὐκ ἄγουσιν εἰς φυσικὴν τελείωσιν, ἀλλ' αὐταί εἰσιν ἡ φυσικὴ τελείωσις, δῆλον ὡς οὐκ ἔχουσιν ἄλλο τέλος, ἀλλὰ ἄλλων αὐταί εἰσι τέλη· ὥσπερ εἴ τις κατὰ τὴν τελείαν ἕξιν τῆς ἀρετῆς ἐνεργεῖ. Ἡ γὰρ τοιαύτη ἐνέργεια τέλος ἐστὶν ἄλλων, οὐκ αὐτή ἐστι πρὸς ἄλλο τεταγμένη τέλος· ὅθεν καὶ ἡ ἡδονή, ἐνέργεια οὖσα, οὐ πᾶσα τέλος ἔχει· ἐνέργεια γάρ ἐστι τῆς κατὰ φύσιν ἕξεως. Διὸ οὐ καλῶς ἔχει αἰσθητὴν γένεσιν εἶναι λέγειν τὴν ἡδονήν, ἀλλὰ ἐνέργειαν τῆς κατὰ φύσιν ἕξεως λεκτέον εἶναι τὴν ἡδονήν· ἀντὶ δὲ τοῦ αἰσθητήν, ἀνεμπόδιστον· καὶ ἔσται ἡδονὴ ἐνέργεια τῆς κατὰ φύσιν ἕξεως ἀνεμπόδιστος. Δέδεικται δὲ ἐν τῷ [c] ιη' κεφαλαίῳ μὴ πᾶσαν ἡδονὴν γένεσιν εἶναι εἰς φύσιν· ὥστε ἐλλιπής ἐστιν ὁ τοιοῦτος ὁρισμός· ἔτι δὲ οὐδὲ πᾶσα αἰσθητή ἐστιν. Ἡ γὰρ ἐν τῷ θεωρεῖν ἡδονὴ οὐκ ἔστιν αἰσθητή· ἡ δὲ ἐνέργεια καὶ

Cap. XX.

Refutatio argumenti, quo voluptatem non esse optimam rem probant.

Sed et illi qui negant ipsum finem optimum esse voluptatem, non necessario rationem concludunt : si enim finis esse nequit voluptas, necesse est semper aliquid ea melius reperiri, finem nimirum : omnium enim optimus est finis, quia ipse eorum quæ exstant optimum et præstantissimum est. At non est necesse : nec enim generatio est voluptas, ut necessario ipsa generatione melior sit finis, neque semper in generatione consideratur, sed actus est et finis : sed neque in habituum constitutione consideratur : ut, exempli gratia, quum quis ea quæ justa sunt facit, et justitiæ habitum in animo fingit, quum tamen nondum sit justus, sed in usu potius illius habitus, quum jam justus aliquis factus ipso postea justitiæ habitu utitur. Quocirca nec omnium voluptatum est finis, sed earum nonnullæ ipsæ sunt finis. Etenim illi actus qui ad naturæ perfectionem perducunt, non ipsi sunt finis, sicut actus ad medicinalem habitum accommodatus finem habet sanitatem : eos vero qui ad naturalem perfectionem non adducunt, sed ipsi naturalis perfectio sunt, perspicuum est non alium finem habere, sed ipsos esse aliorum fines : ut si quis ad perfectum virtutis habitum accommodate aliquid efficit. Talis quippe actus finis aliorum est, non autem ipse ad alium finem refertur : quare nec omnis voluptas, licet actus sive efficacia sit, finem habet : siquidem efficacia habitus naturalis est. Quapropter non recte dicunt, voluptatem esse generationem, quæ sensu percipi possit, sed potius efficacia habitus naturalis voluptas dicenda est : pro sensibili autem rectius non impeditam vocaveris : atque ita erit voluptas non impedita habitus naturalis efficacia. Ostendimus autem in capite duodevicesimo, non omnem voluptatem ad naturam ortum esse : quamobrem imperfecta hujusmodi definitio est : præterea nec sensibilis est omnis. Voluptas videlicet quæ e contemplatione capitur non est sensibilis : actus autem

* Ἔτι οὐκ ἀνάγκη ἕτερόν τι κτλ.

τὴν γένεσιν ἔχει τὴν αἰσθητήν· καὶ οὐδεμία ἡδονή ἐστιν, ἥτις οὐκ ἔστιν ἀνεμπόδιστος· τὸ δὲ κατὰ φύσιν πᾶσαν ἕξιν περιέχει φυσικήν τε καὶ ἐθιστήν. Καὶ γὰρ καὶ ἡ ἐθιστὴ ἕξις κατὰ φύσιν ἐστί· πεφύκαμεν γὰρ πρὸς τὰς τοιαύτας ἕξεις, καὶ διὰ τοῦτο κτώμεθα· ὁ γοῦν ἐνεργῶν κατά τινα ἕξιν ἀνεμποδίστως ἥδεται· καὶ τοῦτό ἐστιν ἡ ἡδονή. Γένεσις δὲ ἔδοξέ τισιν εἶναι ἡ ἡδονή, ὅτι ᾤοντο τὴν ἡδονὴν εἶναι τὸ κυρίως ἀγαθὸν καὶ τὸ ἄριστον· τὸ δὲ κυρίως ἀγαθὸν ἐνέργειαν εἶναι· ἐνέργειαν δὲ καὶ γένεσιν μηδὲν ἀλλήλων διαφέρειν. Τὸ δὲ οὐχ οὕτως ἔχει· οὐ γὰρ ταὐτόν ἐστι γένεσις ἐνεργείᾳ· γένεσις μὲν γάρ ἐστιν ἡ ἀπὸ τοῦ μὴ ὄντος ἐπὶ τὸ εἶναι ὁδὸς τῆς ἕξεως· ἐνέργεια δὲ ἥτις ἐστὶ τὸ ἄριστον, ἡ μετὰ τὴν ἀνάληψιν τῆς ἕξεως, κατ' αὐτὴν τὴν τελείαν ἕξιν ἐνέργεια.

(Scripsi : [a] δῆλον ὅτι] cod. δηλονότι. — [b] τῇ] cod. τῆ. — [c] τῷ] cod. τω. —)

sensibilem etiam habet generationem: neque ulla est, quæ non sit libera voluptas : quum autem naturæ convenientem dicimus, omnem tum naturalem, tum assuetudine comparatum habitum complectimur. Nam et assuetudine comparatus habitus naturæ consentaneus est : quia ad ejusmodi habitus nati sumus, ideoque eos nanciscimur : qui igitur ad aliquem habitum accommodate sine ullo impedimento aliquid efficit, delectatur : atque hæc res est voluptas. Sed generatio quibusdam esse visa est voluptas, propterea quod voluptatem existimabant, id quod bonum proprie et optimum vocatur : id autem quod proprie bonum est, actum esse : sed actum et generationem nihil inter se differre. At res non ita se habet : neque enim idem est generatio quod actus : quippe generatio est habitus via ab eo quod non est ad rerum naturam confecta : actus vero, quod optimum vocamus, postquam adepti sumus habitum, ad hunc ipsum jam perfectum habitum apta efficacia.

Κεφ. κα'.

Λύσις τοῦ ἐπιχειρήματος, ὅθεν ἐδόκει μὴ πᾶσαν ἡδονὴν ἀγαθὸν εἶναι· καὶ ἔτι δι' ὧν δοκεῖ φαύλη εἶναι· καὶ ἀπόδειξις, ὅτι ἀνάγκη τὸ ἄριστον ἡδονὴν εἶναι.

* Οὐδὲ φαύλην δὲ εἶναι ἀνάγκη τὴν ἡδονήν, ὅτι ἔνια ἡδέα νοσώδη.

Εἰ γὰρ τοῦτο, ἔσονται καὶ τὰ ὑγιεινὰ φαῦλα, ὅτι τινὰ ὑγιεινὰ ἐμποδὼν ἵσταται τῷ πλουτεῖν, ὅτι πολλῶν χρημάτων εἰσὶν ἀναλωτικά· ἀλλ' οὐ φαῦλα διὰ τοῦτο· οὐ γὰρ τὸ ἐναντιούμενον ὁπωσοῦν ἄλλῳ τινὶ ἀγαθῷ, φαῦλον· ἐπεὶ καὶ τὸ θεωρεῖν βλάπτει ποτὲ εἰς ὑγίειαν, καὶ οὐ διὰ τοῦτο φαῦλον· οὐκ ἄρα οὐδὲ ἡ ἡδονὴ φαῦλον, ὅτι τινὰ ἡδέα νοσώδη.

** Καὶ μὴν οὐδὲ ὅτι ἐμποδίζουσιν ἔνιαι τῶν ἡδονῶν τῇ φρονήσει καὶ τῇ θεωρίᾳ, διὰ τοῦτο φαῦλον ἡ ἡδονή. Οὐ γὰρ ἡ ἡδονὴ τῆς φρονήσεως τῇ φρονήσει ἐνοχλεῖ, οὐδὲ ἡ ἡδονὴ τῆς τέχνης τῇ τέχνῃ, ἀλλὰ μᾶλλον αὔξει ἑκάστην ἕξιν ἡ οἰκεία ἡδονή· ἀλλὰ αἱ ἐμποδίζουσαι ἡδοναὶ τὰς ἕξεις ἀλλότριαί εἰσι, καὶ ὡς μὴ προσήκουσαι ἐνοχλοῦσι· τοῦτο δὲ οὐκ ἔστι φαυλότητος σημεῖον, ἐπεὶ καὶ τῇ ὑγιείᾳ ἡ θεωρία ἐνοχλεῖ, καθὼς εἴρηται, ὅτι οὐκ ἔστι προσήκουσα ἐνέργεια τῇ ὑγιείᾳ· ἀλλ' οὐ διὰ τοῦτο φαῦλον ἡ θεωρία.

*** Καὶ μὴν οὐδὲ ὅτι οὐκ ἔστιν ἔργον τέχνης οὐδεμιᾶς, διὰ τοῦτο φαῦλον· οὕτω γὰρ ἂν πᾶσα ἐνέργεια φαῦλον ἂν ἦν. Οὐδεμία γὰρ ἐνέργεια τέχνης ἐστὶν ἀποτέλεσμα· ἀλλὰ τὴν μὲν δύναμιν ἡ τέχνη, ἡ δὲ δύναμις προάγει τὴν ἐνέργειαν· ἡ μὲν γὰρ περὶ τὴν κυβερνητικὴν τέχνη αἰτία ἐστὶ τοῦ δύνασθαι κυβερνᾷν· τὸ δὲ δύνασθαι κυβερνᾷν αἴτιόν ἐστι τῆς κατὰ τὴν κυβερνητικὴν ἐνεργείας. Καίτοι καὶ ἡ ἡδονὴ γίνεταί τινος τέχνης πολλάκις· ἡ γὰρ μυρεψικὴ καὶ ἡ ὀψοποιητικὴ τέχναι εἰσὶν ἡδονῆς ποιητικαί.

Cap. XXI.

Refutatio argumenti, quo non omnem voluptatem bonum esse probant : præterea cur mala videatur esse : denique necessario voluptatem summumque bonum esse ostenditur.

Sed neque malam esse voluptatem necesse est, quia jucunda quædam morborum causæ sunt. Nam si hoc ita est, erunt etiam ea quæ salubria sunt mala, quia eorum nonnulla, ne quis divitiis affluat, impediunt, propterea quod in eorum emtionem pergrandis pecunia absumitur : sed non idcirco mala sunt : neque enim quod alii alicui bono utcunque adversatur, continuo est malum, quum etiam contemplatio interdum sanitati noceat, nec tamen propterea malum sit : ergo ne voluptas quidem ideo malum est, quod jucunda quædam morbos pariunt. Sed nec quia nonnullæ voluptates prudentiam et contemplationem impediunt, idcirco malum est voluptas. Nam neque prudentiæ voluptas prudentiæ molestiam exhibet, neque artis voluptas arti molesta est, sed singulos potius habitus sua cujusque voluptas auget : itaque alienæ potius sunt, quæ habitum impediunt voluptates, et quia non sunt ei cognatæ, illum turbant : hoc autem non est pravitatis signum, siquidem etiam sanitatem contemplatio turbat, quemadmodum diximus, tanquam non conveniens sanitati actus : sed propterea contemplatio non est malum.

Sed nec quia nullius artis opus est, idcirco malum esse sequitur : ita enim malus foret omnis actus. Nulla quippe actio artis effectus est, sed facultatem ars, facultas vero actum producit : nimirum gubernandi ars efficit gubernandi facultatem : at gubernandi facultas efficit gubernandi actionem. Quamquam sæpenumero artis alicujus voluptas est : nam ars unguentaria et coquinaria oblectationem habent.

* Τὸ εἶναι φαύλας κτλ. — ** Ἐμποδίζει δὲ οὔτε φρονήσει, κτλ. — *** Τὸ δὲ τέχνης μὴ εἶναι ἔργον κτλ.

* Ὅτι δὲ οἱ σώφρονες, καὶ οἱ φρόνιμοι φεύγουσι τὴν ἡδονήν, καὶ τὸν ἄλυπον διώκουσι βίον, οἱ δὲ παῖδες καὶ τὰ θηρία διώκουσι τὰς ἡδονάς, λύεται τοῖς ἐν τῷ ιη' κεφαλαίῳ εἰρημένοις. Ἐπεὶ γὰρ τῶν ἡδονῶν αἱ μέν εἰσιν ἁπλῶς ἀγαθαί, αἱ δὲ οὐχ ἁπλῶς ἀγαθαί, τὰς μὲν μὴ ἁπλῶς ἀγαθὰς τὰ παιδία καὶ τὰ θηρία διώκει, καὶ ὁ σώφρων φεύγει, καὶ κατὰ ταύτας βούλεται μόνον ἄλυπος εἶναι· καὶ ὁ φρόνιμος, καὶ εἴ τις σπουδαῖος τὰς μετ' ἐπιθυμίας καὶ λύπης, τὰς σωματικὰς (τοιαῦται γὰρ αὗται) καὶ τὰς τούτων ὑπερβολάς, περὶ ἃς ἂν ὁ ἀκόλαστος στρέφηται· διὸ [a] ὁ σώφρων φεύγει ταύτας· τὰς δὲ ἁπλῶς ἡδονὰς ὁ σώφρων καὶ ὁ φρόνιμος διώκει· αἵ εἰσι σώφρονες ἡδοναί· αἵ εἰσιν αἱ τῶν ἐπαινετῶν ἕξεων ἐνέργειαι· οἷον σωφροσύνης, ἢ δικαιοσύνης, ἢ θεωρίας.

** Ἐπεὶ δὲ καὶ λύπη ἡ μέν ἐστιν ἀγαθόν, ἡ δὲ φαῦλον καὶ φευκτόν, καὶ τῆς φευκτῆς ἡ μὲν καθ' αὑτό ἐστι φευκτή, ὡς ἡ ἐπὶ ἀρετῇ λύπη, ἡ δὲ πῄ, [b] ὡς ἡ ἐπὶ ζημίᾳ τινὶ λύπη, ἥτις φευκτή ἐστι κατά τι, ὅτι ἐμποδίζει τῇ θεωρίᾳ· φανερὸν ὅτι ἀνάγκη πᾶσα τὸ ἐναντίον τῇ λύπῃ τὴν ἡδονήν, τὴν μὲν ἁπλῶς φευκτὴν εἶναι, τὴν δὲ πῄ· [c] ἀνάγκη γὰρ τῷ ἁπλῶς κακῷ ἁπλῶς ἀγαθὸν εἶναι ἐναντίον, καὶ τῷ πῄ [d] κακῷ τὸ πῄ ἀγαθόν· οὐ γὰρ ἡ Σπευσίππου λύσις, καθ' ἣν ἐνιστάμενος λύειν ἐπιχειρεῖ τόνδε τὸν λόγον, συμβαίνει τῇ ἀληθείᾳ. Φησὶ γάρ, ὅτι καθάπερ τὸ μεῖζον καὶ τὸ ἔλαττον ἐναντία ἐστὶ τῷ ἴσῳ, καὶ ἐπὶ τῶν ἀρετῶν τὰ παρ' ἑκάτερα ἐναντία, τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ τῇ ἀλυπίᾳ ἀντίκειται ἡ ἡδονὴ καὶ λύπη, ἡ μὲν ὡς μεῖζον, ἡ δὲ λύπη ὡς ἔλαττον, καὶ ἔστιν ἡ μὲν ἀλυπία ἀγαθόν, ἡ δὲ ἡδονή, καὶ ἡ λύπη, κακόν· οὗτος γὰρ ὁ λόγος παντελῶς ἄδοξός ἐστιν· οὐδενὶ γὰρ ἡ ἡδονὴ κακὸν δοκεῖ· οὐδεὶς γὰρ ἂν φαίη τὴν ἡδονὴν αὐτήν, ὅπερ ἐστὶ κακὸν εἶναι.

*** Οὐδὲν δὲ κωλύει ἡδονὴν εἶναί τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ ἄριστον, ὅτι ἔνιαι τῶν ἡδονῶν φαῦλαι· καὶ γὰρ πολλῶν φαύλων οὐσῶν ἐπιστημῶν οὐδὲν κωλύει τὸ ἄριστον εἶναι τὴν ἐπιστήμην. Ἴσως δὲ οὐ μόνον δυνατόν, ἀλλὰ καὶ ἀναγκαῖον τὴν ἡδονὴν τὸ ἄριστον εἶναι καὶ τὸ αἱρετώτατον. Εἰ γὰρ πάσης ἕξεώς ἐστιν ἐνέργεια, ἡ δὲ εὐδαιμονία καὶ τὸ ἄριστον ἐνέργειά ἐστιν ἕξεως ἀγαθῆς, ἢ μιᾶς τῆς ἀρίστης ἢ πασῶν, ἀνεμπόδιστος· ἡ δὲ ἡδονὴ ἐνέργειά ἐστι τῆς κατὰ φύσιν ἕξεως ἀνεμπόδιστος· ἀνάγκη δὴ τὴν εὐδαιμονίαν, καὶ τὸ ἄριστον, ἡδονὴν εἶναι. Καὶ οὐδὲν προσίσταται τό τινας τῶν ἡδονῶν φαύλας εἶναι. Ὅτι δὲ τὴν εὐδαιμονίαν ἀνάγκη ἐνέργειάν τινα εἶναι ἀνεμπόδιστον, φανερόν, δεῖ γὰρ τελείαν εἶναι· οὐδεμία δὲ ἐνέργεια ἐμποδιζομένη τελεία δύναται εἶναι· διὰ τοῦτο, καθὼς ἐν τοῖς ἔμπροσθεν εἴρηται, δεῖται ὁ εὐδαίμων τῶν ἔξωθεν ἀγαθῶν, ἵνα μὴ ἐμποδίζηται ἡ ἐνέργεια αὐτοῦ. Οἱ δὲ τὸν ἀνωμάλως βιοῦντα καὶ δυστυχίαις μεγάλαις

Jam vero quod temperantes viri et prudentes voluptatem fugiunt, vitamque potius a dolore vacuam sequuntur, pueri autem et bestiæ voluptates consectantur, hoc iis quæ capite duodevicesimo dicta sunt dissolvitur. Quum enim aliæ voluptates simpliciter et absolute bonæ, aliæ non simpliciter bonæ sint, eas quæ non sunt simpliciter bonæ pueri et bestiæ sequuntur, eas autem fugit temperans, suntque hæ solæ quibus dolorem vitat: pariterque prudens et quicunque est honestus: eas, inquam, quæ cum cupiditate et dolore conjunctæ sunt, corporis videlicet (nam hæ tales sunt) earumque immoderationes, in quibus versatur intemperans: ideoque has temperans quoque fugit: eas vero quæ simpliciter voluptates dicuntur temperans quoque et prudens persequitur: quæ etiam temperantes sunt voluptates: neque aliud quam laudabilium habituum sunt actus: exempli gratia, temperantiæ, justitiæ aut contemplationis.

Quoniam autem et dolor, alius quidem bonus, alius vero malus est et fugiendus, rursusque fugiendus partim per se fugiendus est, ut dolor e virtute susceptus, partim quodammodo fugiendus, ut dolor e damno aut pœna susceptus, qui aliquatenus fugiendus est, quia contemplationem impedit: apparet etiam id quod dolori est contrarium, voluptatem dico, necessario aliam simpliciter, aliam quodammodo fugiendam esse: necesse enim est ei quod absolute malum est, id opponi quod absolute bonum est, eique quod quodammodo malum est, id quod quodammodo est bonum: neque enim Speusippi illa dissolutio, qua instando hoc argumentum dissolvere conatur, revera quadrat. Ait enim, quemadmodum majus et minus æquali sunt contraria, et in virtutibus quæ utrinque sunt inter se sunt contraria, ita voluptatem quoque et dolorem indolentiæ opponi, illam quidem ut majus, hunc vero ut minus, atque esse bonum indolentiam, malum vero voluptatem ac dolorem: hæc enim ratio omnino improbabilis est: quippe nemini malum videtur voluptas, quia nemo ipsam voluptatem idem quod malum esse dicet.

Sed nihil obstat, quominus voluptas tum bonum sit tum optimum, quia nonnullæ voluptates sunt malæ: sicut nec quum multæ malæ sint doctrinæ quidquam prohibet, quominus finis bonorum sit doctrina. Fortasse autem non solum fieri potest, sed etiam necesse est, voluptatem simul summum bonum esse simul maxime expetendum. Si enim omnis habitus est actus, beatitudo vero et id quod optimum vocatur boni habitus, aut unius optimi aut omnium non impeditus est actus: voluptas vero habitus naturæ consentanei non impeditus est actus: necesse erit beatitudinem ipsumque id quod est optimum, esse voluptatem. Neque tamen quidquam obstat, quod nonnullæ voluptates malæ sunt. Jam vero beatitudinem necessario esse actum non impeditum manifestum est, perfectam enim esse oportet: nullus autem, qui impeditur, perfectus esse potest actus: ideoque, sicut in superioribus dicebamus, externis quoque bonis eget beatus, ne ipsius actus impediatur. Qui vero homi-

* Τὸ δὲ τὸν σώφρονα φεύγειν, κτλ. — ** Cap. 13. Ἀλλὰ μὴν ὅτι ἡ λύπη κτλ. — *** Ἄριστον δ' οὐδὲν κωλύει κτλ.

περιπίπτοντα εὐδαίμονα φάσκοντες εἶναι, ἐὰν ᾖ ἀγαθός, ἢ ἑκόντες ἢ ἄκοντες οὐδὲν λέγουσι· προσδεῖται γὰρ ὁ εὐδαίμων καὶ τῶν σωματικῶν ἀγαθῶν· ὑγιείας δῆλον ὅτι [e] καὶ μακροβιότητος, καὶ τῶν περὶ τὸ σῶμα τῶν ἀναγκαίων, καὶ τῆς ἀπὸ τῆς τύχης ῥοπῆς. Διὰ τοῦτό τινες [f] ᾠήθησαν τὸν εὐτυχῆ ταὐτὸν εἶναι τῷ εὐδαίμονι, ὅτι ἄνευ εὐτυχίας οὐκ ἔνι καθαρῶς εὐδαιμονεῖν· οὐκ ἔστι δὲ ταὐτόν. Δεῖ γὰρ σπουδαῖον εἶναι τὸν εὐδαίμονα· οὐ πάντες δὲ εὐτυχεῖς σπουδαῖοι, καὶ βλάπτει δὲ ἐνίοτε εἰς τὴν ἀρετὴν ἡ εὐτυχία, καὶ συγχεῖ τὸν σπουδαῖον, ἂν ὑπερβάλλουσα ᾖ, ἥτις οὐδὲ εὐτυχία δικαίως ἂν καλοῖτο· τὸ γὰρ εἶναι τῆς εὐτυχίας ἐστὶν ἐν τῷ συμβάλλεσθαι πρὸς εὐδαιμονίαν. Ἀκολούθως δὲ καὶ ὁ ὅρος ἀπὸ τούτου λαμβάνεται, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὸ ὄνομα. Διὸ [g] οὐκ ἂν εὐτυχία δικαίως καλοῖτο, μὴ πρὸς εὐδαιμονίαν συμβαλλομένη· φανερὸν δὴ ὅτι τὸ ἀνεμπόδιστον ἀνάγκη προσκεῖσθαι τῇ ἐνεργείᾳ τοῦ εὐδαίμονος· τοῦτο δέ ἐστιν ἡ ἡδονή, ἐνέργεια ἀνεμπόδιστος. Τὶς ἄρα ἡδονή ἐστιν ἡ εὐδαιμονία· ἔτι δὲ δῆλον καὶ ἀπὸ τοῦ θηρία καὶ ἀνθρώπους καὶ πάντα τὰ αἰσθητὰ διώκειν τὴν ἡδονήν, ὅτι τὸ ἄριστον ἡδονή ἐστι· πάντα μὲν γὰρ βοῶσιν ἀγαθὸν εἶναι τὴν ἡδονὴν καὶ ἄριστον, δι' ὧν εἰς αὐτὴν ἐπείγονται.

> Φήμη δ' οὔτι γε πάμπαν ἀπόλλυται, ἥντινα πολλοὶ
> λαοὶ φημίζουσιν. [h]

Οὐ πάντα δὲ διώκουσι τὴν ἀρίστην ἡδονήν, ἐπεὶ οὐδὲ πάντα τὴν αὐτὴν ἕξιν ἔχει, ἢ τὴν αὐτὴν φύσιν· πάντα δὲ ἡδονὴν διώκουσιν, εἰ καὶ τὰ μὲν ἀγαθήν, τὰ δὲ φαύλην. Ἴσως δὲ οὐδὲ διώκει οὐδὲν φαύλην ἡδονήν, οὐδὲ ζητεῖ, οὐδὲ ἐφίεται φαύλου τινός· οὐ γὰρ ἣν οἴεται ζητεῖν, καὶ ἣν ἂν εἴποι διώκειν, ταύτην διώκει, ἀλλὰ τὴν ἀρίστην διώκει πάντα· πάντα γὰρ τοῦ ἀγαθοῦ ἐφίεται φύσει, ὅτι φύσει τι θεῖον ἔγκειται πᾶσι, καὶ πρὸς τὴν ἀγαθὴν ἡδονὴν καὶ κυρίως ἅπαντα φέρεται· εἰ καὶ ἡδοναὶ κυρίως δοκοῦσιν εἶναι αἱ σωματικαὶ ἡδοναί, διὰ τὸ πλειστάκις παραβάλλειν εἰς αὐτάς, καὶ πάντας μετέχειν αὐτῶν. Διὰ τὸ μόνας οὖν ταύτας γνωρίμους εἶναι, ταύτας μόνας οἴονται εἶναι ἡδονάς· ἐπεὶ δὲ αὗται αἱ ἡδοναὶ οὐκ ἀγαθαί εἰσι καὶ κυρίως, ἔλεγον μηδεμίαν ἡδονὴν ἀγαθὸν εἶναι. Φανερὸν δὲ ὅτι ἀνάγκη τὴν ἡδονὴν ἀγαθὸν εἶναι.

* Εἰ γὰρ μή ἐστιν [i] ἡ ἡδονὴ ἀγαθὸν καὶ ἡ κατ' αὐτὴν ἐνέργεια, οὐ δυνατὸν ἡδέως ζῆν [k] τὸν εὐδαίμονα· ἀλλὰ μὴν ἀνάγκη μεθ' ἡδονῆς τὸν εὐδαίμονα ζῆν· οὐκ ἄρα δυνατὸν τὴν ἡδονὴν μὴ ἀγαθὸν εἶναι. Ὅτι δὲ εἰ μεθ' ἡδονῆς ὁ εὐδαίμων ζήσεται, ἀγαθὸν ἔσται ἡ ἡδονή, δῆλον ἀπὸ τοῦ τῇ εὐδαιμονίᾳ μηδὲν παραμεμῖχθαι κακόν, ἢ μὴ κυρίως [l] ἀγαθόν· τίνος γὰρ ἕνεκα διώκει ταύτην ὁ εὐδαίμων, εἴπερ μή ἐστιν ἀγαθόν; εἰ δὲ μήτε ἀγαθόν, μήτε κακὸν ἡ ἡδονή, οὐδὲ ἡ λύπη εἴη ἂν οὔτε ἀγαθὸν οὔτε κακόν· οὐκ ἄρα φευκτὸν ἡ λύπη· διὰ τί οὖν φεύγει αὐτὴν ὁ εὐδαίμων, εἴπερ μὴ

nem inæqualiter viventem magnisque calamitatibus oppressum beatum esse dicunt, si sit bonus, vel sponte vel coacti nihil dicunt : nam corporis etiam bona desiderat beatus, sanitatem videlicet et longam vitam, cæterasque res corpori necessarias, nec non fortunam, e qua rerum momenta pendent. Quocirca quidam fortunatum eundem ac beatum esse putarunt, quia sine rebus prosperis nemo perfecte beatus esse potest : non tamen idem est. Quippe honestum esse oportet beatum : atqui non omnes fortunati sunt honesti, sed obest interdum virtuti fortuna secunda, perturbatque virum honestum, si immoderata sit, quæ idcirco ne secunda quidem fortuna jure nominatur : nam secundæ fortunæ natura in eo versatur, ut ad beatitudinem prosit. Ei rei convenienter tum definitio ejus hinc sumitur, tum nomen. Quare secunda fortuna non recte nominaretur, nisi ad beatitudinem prodesset : est igitur manifestum, beati hominis actui necessario non impediti nomen addi : hoc autem, actus nimirum non impeditus, est voluptas. Aliqua igitur voluptas est beatitudo : sed ex eo quoque, quod bestiæ omnes et homines et sensibilia cuncta voluptatem persequuntur, apparet voluptatem esse summum bonum : omnia enim bonum esse et finem bonorum voluptatem clamant, unde etiam ad eam feruntur.

> *Fama autem haud dubie non funditus interit illa,*
> *quam multi celebrant homines.*

Non omnia autem optimam consectantur voluptatem, quum in omnibus neque idem habitus, neque eadem natura insit : at omnia voluptatem persequuntur, quamvis alia bonam, alia malam. Fortasse vero nihil neque sequitur pravam voluptatem, neque consectatur, neque appetit ullum malum : neque enim quam videtur sibi consectari aut quam a se peti dixerit, hanc etiam petit, sed optimam omnia sequuntur : omnia quippe natura appetunt bonum, quia cunctis divinum quiddam innatum est, proprieque ad bonam voluptatem cuncta feruntur, etiamsi voluptates proprie corporis esse videantur, propterea quod plerumque ad eas sese applicant homines, earumque sunt omnes participes. Quia igitur hæ solæ notæ sunt, idcirco has solas putant esse voluptates : quia vero hæ voluptates non proprie etiam sunt bonæ, nullam voluptatem bonum esse dixerunt. Apparet autem necessario voluptatem esse bonum.

Si enim voluptas et actus ei conveniens non sit bonum, vir beatus jucunde vivere non poterit : atqui necesse est cum voluptate vivere eum qui beatus sit : quare fieri nequit, ut voluptas non sit bonum. Sed si vir beatus cum voluptate vivat, bonum esse voluptatem, intelligitur ex eo, quod beatitudini nihil admixtum est, quod aut malum sit aut non proprie bonum : cur enim persequitur eam vir beatus, si non est bona? quodsi nec bonum sit voluptas nec malum, ne dolor quidem aut bonum erit aut malum : ergo ne fugiendus quidem dolor est : cur igitur fugit eum vir beatus, si non est fugiendus? neque enim fugiendus sit, nisi simul est malus :

* Φανερὸν δὲ καὶ ὅτι, εἰ μὴ ἡδονὴ κτλ.

ἐστι φευκτόν; οὐ γὰρ φευκτὸν εἰ μὴ κακόν· οὐ δύναται δὲ μὴ φεύγειν τὴν λύπην ὁ εὐδαίμων· ἀνάγκη γὰρ ἥδιστον εἶναι τὸν εὐδαίμονα βίον· τοῦτο δὲ οὐ δυνατόν, εἰ μὴ ἡδεῖαι εἶεν αἱ ἐνέργειαι τοῦ εὐδαίμονος· πῶς γὰρ ἂν ἥδιστος γένοιτο; εἰ δὲ μήτε κακὸν ἡ ἡδονή, μήτε οὐκ ἀγαθόν, εἴη ἂν ἀγαθόν.

(Scripsi : [a] διὸ] cod. δι' ὅ. — [b] πή] cod. πῆ. — [c] πή] cod. πῆ. [d] πὴ] cod. πῆ — [e] δῆλον ὅτι] cod. δηλονότι. — [f] τοῦτό τινες] cod. τοῦτο τινὲς. — [g] διὸ] cod. δι' ὅ. — [h] φημίζουσιν] cum cod. Andronici; sunt autem Hesiodi versus Op. et. D. 762-763, in quibus lectio variat. [i] μή ἐστιν] vulgo μὴ ἔστιν. — [k] ζῆν] cod. ζῆν. — [l] μή ἐστιν] vulgo μὴ ἔστιν. —)

atqui non potest non fugere dolorem vir beatus : necesse enim est jucundissimam esse viri beati vitam : quod quidem fieri nequit, nisi simul hominis beati actus jucundi sint : quomodo enim jucundissima esse posset? sin autem neque malum est voluptas, neque non bonum, sequitur bonum esse.

Κεφ. κβ'.

Ἀπορία διὰ τί πᾶσα λύπη φευκτόν, ἐπεὶ οὐ πᾶσα ἡδονὴ ἀγαθόν, καὶ λύσις.

* Ἀπορήσειε δ' ἄν τις, εἰ τινὲς ἡδοναὶ ἀγαθαί εἰσι καὶ αἱρεταί, τινὲς δὲ φαῦλαι, ὥσπερ αἱ σωματικαὶ περὶ ἃς ὁ ἀκόλαστος, διὰ τί πᾶσα λύπη μοχθηρά ἐστι καὶ φευκτή· δεῖ γὰρ τὴν μὲν ἐναντίαν ταῖς ἀγαθαῖς ἡδοναῖς λύπην πονηρὰν εἶναι, τὴν δὲ ταῖς φαύλαις ἐναντίαν ἀγαθήν· κακῷ γὰρ ἐναντίον ἀγαθόν· εἰ δὲ καὶ αὕτη ἡ λύπη πονηρά, δόξειεν ἂν τὰς σωματικὰς ἡδονὰς ἀγαθὸν εἶναι. Πρὸς δὴ ταῦτα λέγομεν, ὅτι αἱ σωματικαὶ ἡδοναὶ ἀγαθαί εἰσιν οὕτως, ὥστε μὴ εἶναι κακαί· τὸ γὰρ μὴ κακὸν ἀγαθόν ἐστι. Τοῦτο γὰρ μέχρι τινός. Ἀγαθαὶ γάρ εἰσι τόνδε τὸν τρόπον αἱ μὴ ὑπερβάλλουσαι· διὰ τοῦτο αἱ λῦπαι [a] αἱ ἐναντίαι ταύταις οὐκ εἰσὶν ἀγαθαί· ἐπεὶ γὰρ ἕξεις αἱ μὲν ὑπερβάλλουσι τὸ βέλτιστον καὶ τὸ δέον, αἱ δὲ οὐχ ὑπερβάλλουσιν· ὑπερβάλλουσι μὲν αἱ ἀναγκαῖαι ἕξεις, οἷον, ἡ θρεπτική, καὶ αἱ ἄλλαι ἀναγκαῖαι, καὶ ὅλως αἱ σωματικαί· ἔστι γὰρ πλέον τοῦ δέοντος αὐταῖς χρήσασθαι· οὐχ ὑπερβάλλουσι δέ, ὅσαι ἐπιτεινόμεναι οὐχ ὑπερβάλλουσι τὸ δέον, ἀλλ' ἀεὶ ἀγαθαί εἰσιν, ὥσπερ αἱ θεωρητικαὶ ἕξεις.

** Ἐπεὶ δὲ αἱ ἡδοναὶ ταῖς ἕξεσιν ἀκολουθοῦσιν, ἀνάγκη καὶ τῶν ἡδονῶν τὰς μὲν ὑπερβάλλειν τὸ δέον, τὰς δὲ μὴ ὑπερβάλλειν. Ὅσαι τοίνυν ὑπερβάλλουσι τὸ δέον φαῦλαί εἰσι, καὶ κατὰ ταύτας ὁ ἀκόλαστός ἐστι, καὶ ὁ ἀκρατής· κατὰ τὰς δὲ ἐναντίας λύπας ἀκόλαστος οὐ περὶ τὰς ὑπερβολικάς ἐστιν, ἀλλὰ τὰς μὲν ὑπερβαλλούσας ἡδονὰς διώκει, τὰς δὲ μικρὰς λύπας φεύγει· ὥστε φανερὸν ὅτι ταῖς ὑπερβαλλούσαις ἡδοναῖς αἱ ἐν τῷ ἀκολάστῳ ἀντικείμεναι λῦπαι οὐχ ὑπερβολικαί εἰσιν, ἀλλὰ μέτριαι, καὶ ἃς οὐδεὶς ἂν φύγοι τῶν σπουδαίων, ὅτι οὐδὲ λῦπαί εἰσιν· ἀλλὰ τῷ διώκοντι τὴν ὑπερβολὴν τῶν ἡδονῶν ἀλγεινὸν δοκεῖ τὸ μετρίως

Cap. XXII.

Quæritur, cur fugiendus sit omnis dolor, quum non omnis voluptas sit bona : et respondetur.

Dubitaverit autem aliquis, si quædam voluptates bonæ et expetendæ, aliæ malæ sunt, quales habentur corporis voluptates, in quibus versatur intemperans, cur omnis dolor malus ac fugiendus sit : oportet enim dolorem bonis voluptatibus contrarium malum esse, malis autem contrarium bonum : quippe malo contrarium bonum est : quodsi etiam hic dolor est malus, corporis voluptates bonæ esse videbuntur. Ad hæc igitur respondemus, ita bonas esse corporis voluptates, ut non sint malæ : nimirum quod non est malum, necessario bonum est. Aliquatenus enim hoc procedit. Hoc videlicet modo bonæ sunt, quæ non excedunt modum : ideoque dolores quoque qui his opponuntur, non sunt boni : quum enim alii habitus facultatesque excedant, alii non excedant id quod est optimum et modum : excedunt quidem necessariæ facultates, ut nutriendi facultas reliquæque necessariæ, omnes denique quæ sunt corporis : magis enim quam decet uti illis potest aliquis : non sunt autem immoderati habitus et facultates, qui si intenduntur, non excedunt modum, sed semper sunt boni, velut contemplandi facultas.

Quum autem voluptates sequantur habitus, necesse est etiam alias voluptates esse quæ excedant, alias quæ non excedant modum. Quæ ergo modum excedunt, sunt malæ, in iisque intemperans versatur et incontinens : quod vero ad oppositos dolores attinet, non in nimiis versatur intemperans, sed incredibiles magnasque sequitur voluptates, parvos vero dolores fugit : unde apparet dolores in homine intemperante cum incredibilibus voluptatibus pugnantes, non nimios, sed mediocres esse, talesque quales nemo honestus vitet, quia ne dolores quidem sunt : sed ei qui voluptatum immoderationem sequitur, molestum videtur, modice iis et rationi convenienter

* Cap. 14. περὶ δὲ δὴ τῶν σωματικῶν ἡδονῶν κτλ. — ** Πάντες γὰρ χαίρουσι κτλ.

καὶ κατὰ λόγον αὐταῖς χρήσασθαι. Λύεται δὲ δὴ ἡ ἀπορία οὕτως· ταῖς μὲν συμμέτροις ἡδοναῖς αἱ ἀντικείμεναι λῦπαι οὐκ ἀγαθαί εἰσιν· αἱ γὰρ σύμμετροι σωματικαὶ ἡδοναὶ ἀγαθαί, καθ' ὅσον [b] οὐ κακαί· αἱ δὲ ταῖς ὑπερβαλλούσαις ἀντικείμεναι μέτριαι, καὶ οὐδὲ λῦπαι, καὶ διὰ τοῦτο οὐ φευκταί. Ὥστε πᾶν ἀγαθὸν φευκτῷ ἐστιν ἐναντίον, καὶ αἱ φαῦλαι ἡδοναὶ ταῖς ἀγαθαῖς λύπαις εἰσὶν ἐναντίαι, καὶ αἱ ἀγαθαὶ ταῖς φευκταῖς.

(Scripsi : [a] λῦπαι] cod. λύπαι. Sic etiam cæteris locis. — [b] καθ' ὅσον] cod. καθόσον. —)

uti. Solvitur ergo hoc modo quæstio : dolores mediocribus voluptatibus contrarii non sunt boni : mediocres enim corporis voluptates sunt bonæ, quatenus non sunt malæ : qui vero nimiis sunt oppositi, sunt mediocres, ac ne dolores quidem, ideoque non fugiendi. Quamobrem omne bonum illi quod fugiendum est, opponitur, malæque voluptates bonis doloribus contrariæ sunt, sicut bonæ fugiendis.

Κεφ. κγ'.

Διὰ τί αἱ σωματικαὶ ἡδοναὶ τῶν θεωρητικῶν αἱρετώτεραι δοκοῦσι.

*Ἐπεὶ δὲ οὐ μόνον δεῖ εἰπεῖν τὸ ἀληθές, ἀλλὰ καὶ διὰ τί δοκεῖ τὸ ἐναντίον ψεῦδος ἀληθές· τοῦτο γὰρ συμβάλλεται πρὸς τὸ πιστεῦσαι τὴν ἀλήθειαν· ὅταν γὰρ φανῇ ἡ αἰτία, δι' ἣν εἰκότως τὸ ψεῦδος ἀλήθεια δοκεῖ, καὶ ἡ αὐτῆς ἀπάτη ἐλεγχθῇ, πιστεύειν ποιεῖ τῷ ἀληθεῖ μᾶλλον· ὥστε λεκτέον διὰ τί φαίνονται αἱ σωματικαὶ ἡδοναὶ αἱρετώτεραι τῶν κυρίως ἀγαθῶν ἡδονῶν. Πρῶτον μέν, ὅτι ἰατρεῖαί εἰσι ταῖς λύπαις ταῖς σωματικαῖς, καὶ ταύτας ῥαδίως ἐκκρούουσι καὶ μεγάλας οὔσας αἱ ὑπερβάλλουσαι ἡδοναί, καὶ διὰ τοῦτο διώκονται παρὰ τὸν καιρὸν τῆς λύπης τῆς σωματικῆς, ὅτι δοκοῦσιν ἰατρεῖαι εἶναι σφοδραί, καὶ ῥαδίως ἀπαλλάττουσι τῆς ἐπὶ τῇ ἐνδείᾳ τῶν ἡδέων λύπης· ἔπειτα, διότι διώκονται παρὰ τῶν μὴ δυναμένων ἄλλαις ἡδοναῖς χαίρειν. Πολλοὶ δὲ οἱ τοιοῦτοι· καὶ διὰ τοῦτο τὸ ὑπ' αὐτῶν ζητούμενον ἀγαθόν τι δοκεῖ καὶ αἱρετόν· οἵτινες οὐ τὰς ἐκ φύσεως ἐπιθυμίας ἐμπιπλάναι μόνον σπουδάζουσιν, ἀλλὰ καὶ ἐπισκευαστάς τινας ἐπιθυμίας ἐπινοοῦσι, καὶ δίψας τινὰς παρασκευάζουσιν ἑαυτοῖς, ἵνα δύνωνται διὰ παντὸς ἥδεσθαι. Τοῦτο δέ, εἰ μὲν οὐχ ὑπερβαίνει τὸν λόγον καὶ τὸ μέτριον, οὔτε βλαβερόν ἐστιν· αἱ γὰρ σύμμετροι ἡδοναὶ [a] οὐ λυμαίνονται τῷ σώματι, καὶ ἀνεπιτίμητόν ἐστιν· εἰ δὲ ὑπερβάλλουσι καὶ βλαβεραί εἰσιν αἱ διωκόμεναι ἡδοναί, φαῦλον. Ἀνεπιτίμητον δέ ἐστι τὸ χρῆσθαι συμμέτροις ἡδοναῖς, ὅτι ἀνάγκη χρῆσθαι τὸν ἄνθρωπον τοῖς ἡδέσι διὰ τὴν φύσιν ἀεὶ οὖσαν ἐν πόνῳ καὶ δεομένην τινὸς ἡδονῆς, ὥσπερ ἀναπαύσεως· ἀεὶ γὰρ πονεῖ τὸ ζῷον, [b] ὥσπερ καὶ οἱ φυσικοὶ λόγοι μαρτυροῦσι· λέγουσι γὰρ τὸ ὁρᾷν καὶ τὸ ἀκούειν λυπηρὸν εἶναι, διὰ δὲ τὸ ἔθος οὐ τοιοῦτον δοκεῖν· διὰ τοῦτο χρεία τῷ ἀνθρώπῳ ἡδονῆς· ᾧ δὲ οὐκ εἰσὶν αἱ θεωρητικαὶ ἡδοναί, πᾶσα ἀνάγκη ταῖς σωματικαῖς χρῆσθαι· οἱ οὖν συμμέτρως χρώμενοι, καὶ ὥσπερ οὐ πρὸς τὸ διαφθεῖραι [c] τὸ σῶμα, οὐκ ἐπιτιμῶνται. Ὁμοίως δὲ διώκονται αἱ ἡδοναὶ ὑπὸ τῶν νέων, καθάπερ ὑπὸ τῶν ἀκολάστων, ὅσαι εἰσὶ

Cap. XXIII.

Cur corporis voluptates contemplativis magis expetendæ videantur.

Quoniam autem non solum id quod verum est, dici debet, sed etiam cur id quod contrarium est, falsum nempe, verum esse videatur : nam hoc ad fidem vero faciendam valet : quum enim causa apparuerit, cur jure verum videatur quod est falsum, ejusque opinionis vanitas convicta fuerit, majorem vero fidem conciliat : idcirco exponendum etiam erit, cur corporis voluptates magis quam proprie bonæ expetendæ videantur. Primum quidem, quia corporis dolorum medicamenta sunt eosque quamvis magni sint immoderatæ voluptates facile discutiunt, ideoque ipso corporis dolorum tempore appetuntur, quia violenta esse remedia videntur, facileque liberant dolore e defectu voluptatum orto : deinde quia ab illis appetuntur, qui aliis delectari voluptatibus non possunt. Multi autem sunt tales : ideoque id quod ab illis quæritur bonum videtur esse et expetendum : multi, inquam, qui non tantum naturales cupiditates explere student, sed etiam artificiosas quasdam excogitant, et sitim sibi quærunt atque arcessunt, ut semper summa voluptate perfrui queant. Quod quidem, si rationem et modum non excedit, neque damnosum est : mediocres enim voluptates non nocent corpori, neque ulla objurgatione dignum est : sin modum excedant et noceant eæ quas appetimus voluptates, malum id est ac vitiosum. Mediocribus quippe voluptatibus se dedere res est minime reprehendenda, quia propter naturam suam quæ assiduis molestiis conflictatur, aliqua voluptate, tanquam quiete uti homo cogitur : perpetuo enim labore defatigatur animal, ut etiam libri de natura confecti testantur : in quibus scriptum est, videre et audire molestum esse, sed quotidiana consuetudine fieri, ut molestum non videatur : quocirca aliqua homini opus est voluptate : qui vero contemplativis voluptatibus caret, eum necesse est corporis voluptatibus frui : quare qui modice iis utuntur, atque ita ut corpori suo non noceant, non reprehenduntur. Similiter autem voluptates ab adolescentibus appetuntur, atque ab intemperantibus, quæ ad alendi facultatem spectant, quia natura eos

* Ἐπεὶ δ' οὐ μόνον δεῖ τἀληθὲς εἰπεῖν κτλ.

